M. L. Earle

# MAT. DEVARII
# LIBER
## DE
# GRAECAE LINGVAE
# PARTICVLIS

EMENDAVIT

ET

NOTAS ADDIDIT

IOH. GOTTFR. REUSMANN.

RECTOR SCHOLAE SCHNEEBERG.

EDITIO ALTERA.

LIPSIAE,

Impensis IO. AMBR. BARTHII.

cIↄIↄCCLXXXXIII.

VIRO CELEBERRIMO

ATQVE

ERVDITISSIMO

# IOH. FRIDERICO FISCHERO

PROFESSORI LITT. HVMAN. IN ACAD. LIPS.

LONGE CELEBERRIMO

ET

SCHOLAE THOMANAE RECTORI

OPTIME MERENTI

S. P.

IOH. GODOFR. REVSMANN.

Hunc libellum, quem ad TE, VIR CELEBERRIME, nouo quodam, habitu indutum, mittere ausus sum, nolim ita accipias, tanquam contendere voluerim TECVM mutuis muneribus, quod editos abs TE nuper quam curatissime, vt soles, Platonicos tres dialogos ad me miseris: sed vt scribendi occasionem nactus, TVA in me, quae multa atque eximia extant merita, peruulgarem. Inde enim iam ab adolescentia, qua TE magistro vti mi-

hi contigit in Schola Thomana, TVO me ita amplexus es amore, vt quidquid ex ratione ſtudiorum meorum eſſe intelligeres, vltro et prolixo animo mihi offerres. Poſt neceſſitate fortunae diſtractus a TVIS et ſcholis et familiaribus ſermonibus, abſentia, quae ſaepe fraudi ſolet eſſe, de TVA in me voluntate non modo nihil detraxit, ſed eam potius mirifice auxit. Quoties enim mihi per literas TECVM agere ſumſi, vt de dubiis, aut parum mihi cognitis rebus TE conſulerem, TVAMue ex TE ſciſcitarer ſententiam, ſemper ita promte et accurate meis ſatisfeciſti deſideriis, VT TECVM mihi quaſi coram agere viderer. Quid? cum TVI deſiderio admodum laborare me intelligeres, quoniam videndi TVI copia mihi, tanto locorum interuallo disiuncto, non dabatur, id quodammodo leuari voluiſti, datis mihi dono, quos deinceps edideras, et graecis et latinis libris: quibus mihi quum nihil gratius potuiſſet accidere, nihil, quod magis literarum generi, ad quod po-

tiſſi-

tissimum animum applicueram, profuisset, gratulabar mihi quidem magnopere de muneribus ab amore TVO profectis, sed dolebam non minus, quod non esset mihi, quo tantis TVIS in me meritis vel aliquo tantum modo respondere possim: licet mea in TE pietate ne ab ipsis quidem TIBI carissimis liberis TVIS vinci me vnquam patiar. Minime enim putaram, vnquam mihi oblatum iri occasionem pietatis TIBI monumentum statuendi, quo monerentur posteri, quanta TVA in me extiterint merita. Tandem vero Deuarius, homo olim haud ignobilis, at hodie pene neglectus, idoneam mihi videbatur offerre opportunitatem; cuius libellum de Particulis graecis nunc cum maxime ab obliuione, vel ipso pene dicam, interitu vindicandum putabam, cum apud Belgas Henrici Hoogeueni, Viri graece doctissimi, Doctrina particularum Linguae graecae, dudum expectata exiisset. Huius enim libri quum admodum rara cum videndi, tum etiam

iam ob pretii inſaniam noſtratibus rarior comparandi ſit copia, inprimis iuuenibus, quorum tamen maxime intereſſe debet, eiusmodi aliquem paratum habere libellum, quem, ſi quando vſus ſit, conſulant: hoc Deuariano libello iterum edendo tironibus non ingratum munus oblatum iri iudicabamus, qui et eorum tenuitati fortunarum, cuius ratio his temporibus maxime habenda eſt, parabilior, et propter molis exilitatem ſtudiis eorum pariter ac manibus eſſet tractabilior. Vt vero noua haec editio ſuperioribus, quae, quantum quidem ſcio, omnino extant ſex, et comtior et emendatior exiret, ante omnia romanum exemplar cœpi conquirere. Exemplum enim Noribergenſe, hoc ipſo ineunte ſeculo editum, quanquam in titulo ad romanum dicatur expreſſum, ita tamen vitioſum eſt, vt Eſchenbachius, qui curauit, ſupinae negligentiae culpam effugere nequeat. Anglicanam vero editionem, quae prodiit Londini,

cIↄ

cIↃIↃCCLVII. octonis, plane ignorauit. Sic enim in praefatione: opportune, ait, Matthaei huius Deuarii in hoc argumento labor ſeſe obtulit, a multis hactenus deſideratus, et nullibi, quantum quidem ſcio, poſt editionem Romanam, quae anno cIↃIↃCLXXXVIII. prodiit, recuſus. At hic libellus eodem anno, quo Noribergae prodibat, etiam apud Amſtelodamenſes editus eſt, et exempli vtriusque ea eſt ſimilitudo, vt praeter formam, qua internoſcantur, omnia pene vitia habeant communia, adeoque alterum ex altero ductum videatur. Etiam exemplum Londinenſe admodum negligenter fuit deſcriptum. Peropportune igitur accidiſſet, ſi Romani exemplaris videndi mihi copia data fuiſſet, ingratoque labore collationis reliquarum editionum ſuperſedere potuiſſem. Sed maiores moleſtiae mihi erant deuorandae, quum Auctoris loca exemplis allata, quo de integritate eorum certus fierem, in libris, qui ad manus erant, conquirere inſti-

 tuiſ-

ris me non poenituerit, nec licentiae TVI appellandi veniam quin ſis daturus, eſt, quod dubitem. Caeterum, vt tot mihi ſunt TVI amoris pignora, quot, quantaque filius haud facile a parente poſſit expectare, ita meam erga TE pietatem, ſua magnitudine, ne ipſi quidem filio vnquam eſſe ceſſuram, magnopere velim exiſtimes. Bene vale! Scripſi

Schneeberg, menſe Martii A.C.

cIↄIↄCCLXXV.

MAT-

# MATTHAEI DEVARII PRAEFATIO IN TRACTATVM DE GRAECAE LINGVAE PARTICVLIS.

Constitui de graecae Linguae vocibus quibusdam agere: quae tametsi rem ipsae per se nullam fere significant, tamen in aliarum vocum constructione positae vim aliquam habent, efficacitatemque siue emphasin, aut certe qualitatem aliam sermoni tribuunt. Cuius naturae eae voces sunt, quae structurae orationis adhibentur; quaeque in ea potissimum orationis parte, quam graeci Grammatici σύνδεσμον, Latini Coniunctionem vocant, reponuntur, modique alicuius aut ordinis veluti signa sunt: continuandique aut transeundi, aut interrogandi, aut dubitandi, aut ratiocinandi, aut qualitatem aliam referendi vim habent. Exempli causa, γε et ἂν particulae nihil per se significant, sed tamen in aliarum vocum constructionem receptae, γε quidem diminuendi quasique coercendi facultatem habet, vt apud Latinos *certe*, *saltem*

*ſaltem* et *duntaxat*: ἂν vero verbis appoſita efficit, vt quod illa alioqui fieri factumue eſſe ſignificarent, id *poſſe* tantum, aut *potuiſſe fieri* ſignificent: vt, ſi dicas, ἔγραψα ἂν, non ponis *te ſcripſiſſe*, ſed *potuiſſe ſcribere*. Idque munus voces huiusmodi praeſtant, aut per ſe ſingulae poſitae, aut aliae aliis inter ſe certa quadam ratione coniunctae. In qua quidem huiusmodi vocum coniunctione, ſi ſuam vnaquaeque vim notionemque retineant, tunc in conſtructionis reſolutione ad diuerſa ſingulae referuntur: ſin duae vel tres vnum ſenſum conficiant, et ita in vnum, vt ita dicam, conſpirent, fit, vt vnam eius ordinis vocem ceterae adiuuent, ſuamque ipſae ſignificationem deponant. Quo fit, vt ex pluribus vocibus nonnunquam ſimul iunctis ſenſus fiat nullius vocis proprius earum, quae poſitae ſunt, interdum etiam ab omnibus alienus, vt in ἄλλοτι et ἄλλοτι ἢ demonſtrabimus. Nam illud inprimis animaduertendum eſt, permagni referre, vtrum particulae duae vel plures, per appoſitionem quandam, vt ita dicam, aggregentur, in qua ſingulae vim ſuam et ſignificationem retineant, an ad certae cuiusdam et propriae notae conſtitutionem coniungantur. Quae enim certas ac proprias notas conſtituunt, ſiue duae ſint, ſiue plures, in vnam ſignificationem coëunt, et, vt dictum eſt, aut vna, aut omnes ſuam ſignificationem immutant ſeu deponunt, vel etiam vnius ſignificationem adiuuant,

uant, vt εἰ conditionalis, in εἰ μὴ exceptiuae constitutione. Si in ἄλλωςτε et καιταῦτα, id est, *alioquin* et *praesertim*, binae particulae in qualibet voce in vnum sensum conueniunt, qui neutrius sensum sapit. Eae vero, quae per appositionem aggregantur, sicut a se inuicem solutae sunt, ita ex ipsis nihil euadit, quod vnum sit; sed ad diuersa singulae referuntur, quod sit in οὐ μὴν ἀλλὰ, et aliis, de quibus passim in hoc Commentario admonebimus. Quod qui non animaduerterunt, plures nobis huius generis vocum formas, quam ferat earum natura, tradiderunt. Nec solum disiunctas particulas duas vel tres in vnam redegerunt, et vnicum simul omnibus sensum tribuerunt, vt, cum docent, ἀλλ' ὅταν, pro *antequam* et *priusquam* accipi: sed etiam singulis ac simplicibus fere omnibus multas, aequiuocas etiam, et alienas plures, quam opus est, significationes tribuerunt. Non enim animaduerterunt, vt paulo ante diximus, quaenam a se inuicem solutae, altera alteri apponatur, et quae ad certae ac propriae notae constitutionem in vnum conueniant: nec viderunt, non opus esse significationes vnius vocis multiplicare, cum vna eademque cuiusque vocis significatio plerumque esse deprehendatur; si vel id, quod deest, suppleatur aliunde, ac subintelligatur, vel dictum repetatur, vel forma aliqua locutionis commutetur, vel id, quod longius progressum est, ad ea, quibus iungi debet, referatur

ratur. Intereſt enim, vtrum plura voce aliqua ſignificari dicas, an propter diuerſas rationes, diuerſoſque, vt ita dicam, reſpectus, vnam eandemque vocem ad plura ſignificata deduci; dum a primaria ſignificatione, licet paululum, non prorſus tamen, recedit. Cuius diſtinctionis ignoratio cauſa fuit, cur plura et diuerſa ſignificata omnibus fere his particulis nonnihil tribuerint, etiam illis, in quas nulla cadit homonymia. Verbi cauſa, ἀλλὰ particula, cum μειωτικῶς accipitur, licet a ſua ſignificatione nonnihil deflectat, aduerſatiuam tamen vim non prorſus amittit, nec idcirco, vt aequiuoca vox habenda eſt. Nam μειωτικῶς etiam accepta, aduerſatur quodammodo poſitioni alicui, vt in illo 6. *Polit.* καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς, vt ſuo loco fuſius dicetur. Inter Aduerbia etiam monoſyllaba quaedam, ναὶ, νὴ, μὰ, quae nihil per ſe ſignificant, ſed modi et affectus, vel alterius qualitatis ſigna ſunt: alia quoque, quae per ſe aliquid ſignificant, vt πȣ et ποτὲ, quatenus extra propriam ſignificationem ϛοχαϛικῶς vel ἀοριϛολογικῶς accipiuntur: nec non vt ἤπȣ et ὅπȣ, quatenus ordinis membrorum hypotheticarum argumentationum ſigna fiunt: et vt vox εἶτα, quatenus emphaſin et vim interrogantibus tribuit, et αὐτίκα, quatenus exempli nota fit: ea ratione huiuſmodi aduerbia in hoc Commentario locum habent. In aliis porro orationis partibus voces quaedam inueniuntur, quae quanquam per ſe aliquid ſignificant,

cant, quia tamen nonnihil a propria ſignificatione deflectunt, earum, quas ſupra diximus, vocum ordinem ſubeunt, modumque aut efficacitatem, aut emphaſin, aut qualitatem aliam, aut ornatum, vel quandam, vt dicam, plenitudinem tribuunt orationi. Cuiusmodi eſt, inter nomina, relatiuum ὅσον, in ἀμήχανον ὅσον, et ὑπερφυὲς ὅσον, et ſimilibus locutionibus. Et inter Participia vox ἔχων, in locutionibus παίζεις ἔχων, et ληρεῖς ἔχων. Inter verba etiam vox ἔστιν, vocibus ὅτε, οὗ, et ὡς praepoſita, earum ſignificationem adiuuat: in locutionibus ἔστιν ὅτε, ἔστιν οὗ, et ἔστιν ὡς, id eſt, *aliquando, alicubi*, et *aliquomodo*, ſeu *quodammodo*. Fit enim, vt non paucae voces in quibusdam orationis partibus, praeter propriam ſignificationem, aliam quandam vim et qualitatem ex modo ſermonis acquirant, quod, vt dictum eſt, ἦπου particulae accidit, quae, cum affirmandi et aſſeuerandi vim habeat, in argumentis tamen a minori ad maius, vel a maiori ad minus, a ſua natiua ſignificatione deflectens, modo multo magis, modo multo minus ſignificat, vt ſuo loco declarabitur. Nam, ſicut pleraeque particulae ſermonem afficiunt, modumque ipſi et qualitatem quandam tribuunt, ſic ipſarum nonnullae ex modo et qualitate ſermonis afficiuntur. Sunt item aliae nonnullae voces eiusmodi naturae, vt ἐλλειπτικῶς ſubaudiantur, quas reliquae orationis partes, quae ipſis ad plenitudinem orationis indigent, im-

plicita quadam vi sua referant, compendiumque et elegantiam orationi adeo affectae praestent; vt in locutionibus ἐμὴν χάριν, et σὴν χάριν, διὰ praepositio subintelligitur, et in Synecdoche ἡ κατὰ. Porro voces etiam aliae eius naturae sunt, vt propter defectum aliquem, cum quid est subintelligendum, vel ex superioribus repetendum, vim suam immutare, vel plura quaedam significare videantur, quod his etiam accidit, quae ad remotiora, non ad proxima, referuntur. Cum tamen ex suppletione eius, quod deest, aut repetitione, vel etiam figuratae cuiusdam locutionis conuersione, (quibus in hoc Commentario ad vindicandum cuiusque particulae natiuum sensum, veluti quibusdam instrumentis vtar,) appareat, singulas vnam certam habere notionem, quam perpetuo in oratione qualibet, quadam ex parte, retineant; quanquam, vt supra dictum est, nonnullae aliquantum a sua primaria significatione deflectunt. De quibus omnibus vocum generibus, non vt aliquid per se nonnullae significent, sed quatenus alias voces adiuuant, in hoc libro agitur: ex quibus, quodnam orationi commodum accedat, inde perspicere licet, si consideremus, passim ex oratione demtis huiusmodi vocibus, quam eneruata atque inefficax et dissoluta futura sit. Cuius rei argumentum sumere poterimus in iis particulis, quas *Coniunctiones* Grammatici dicunt, si proposita Scriptoris alicuius periodo

riodo quapiam, vt *Aristotelis* illa, ἐπειδὴ πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν, καὶ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν συνεστηκυῖαν, τοῦ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες, δῆλον, et reliqua: ex ipſa clauſula ſubtrahantur, et nudae reliquae orationis partes proferantur. Cum enim orationis cuiusque locutiones certa quadam ratione aliae ab alia pendeant, ſingulaeque in membra quaedam diuidantur, ipſaque membra, nimirum antecedens et conſequens, ſigna quaedam comitentur; profecto qui ſignorum huiusmodi vim atque indicationem ignorat, ne membrorum quidem nexum et ſeriem, totiusque orationis modum qualitatemque percipiet. Cumque parum interſit, tollaturne de medio particularum vſus, an non intelligatur, vel ipſae male adhibeantur et applicentur, non omnino operam perdet, qui in his exponendis, quique in intelligendis induſtriam ſtudiumque poſuerit Si enim ordinis et efficacitatis orationis certa ſigna conſtituerimus, fiet, vt non opinione ducti ex apparente ſententia locutionis cuique particulae modo hanc, modo illam ſignificationem tribuamus: quod illis quoque accidit, qui praeſumta opinione de huiusmodi particularum vi et poteſtate facile indicant. Sed ex ipſarum etymologia potius et primaria notione, particulae cuiusque facultatem et multiplicem vſum perſpiciemus, et quisnam ex

ſingulis modus et efficacitas, aut alia qualitas ſingulis locutionibus et earum membris accedat, certa quadam ratione intelligemus. Verum cum ipſae particulae omnes, praeter paucas, nihil commune inter ſe habeant, quo altera ab altera pendeat, ita, vt vna non poſſit ſine alterius cognitione intelligi, idcirco, vt ſingulae quaeque in litterarum ordine ſuas primas litteras habent, ita ordine deſcribentur. Illud tamen hoc loco animaduertendum videtur, earum particularum, quas παραπληρωματικὰς vocant, non eſſe vnum quoddam genus, cuius voces ſemper ſolum ad orationis ornatum, et quaſi rimarum orationis explementum adhibeantur, ſed aliorum fere omnium generum nonnullis vocibus accidere, vt aliquando nihil in locutionibus ſignificent, ſed vel ornatus, vel metri gratia, praeſertim a Poetis, vſurpentur. Earum etiam vocum, quae a propria ſignificatione deflectentes, alienam a ſuo genere vim habere videntur, nonnullae inter παραπληρωματικὰς collocantur a Grammaticis, vt πȣ, et ποτὲ, et ȣ̃ν, cum tamen propriam vim ἀοριστολογικὴν et στοχαστικὴν habeant, vt in ipſa ſingularum particularum tractatione dicetur.

ILLV-

)o(

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ALEXANDRO FARNESIO, CARDINALI, S. R. E. VICE - CANCELLARIO.

*Matthaeus Deuarius*, auunculus meus, Cardinalis amplissime, multos quidem libros reliquit, octo ac viginti annis a se conscriptos; quo tempore in tuorum numero familiarium ad supremum vsque vitae diem, quae tua fuit erga illum humanitas, domi tuae versatus est. Ex quibus ego libris hunc potissimum, quem de *graecae linguae particulis* inscripsit, iam pridem statueram in lucem edere. Quanquam diuturna et accurata graecorum librorum tractatione illud erat facile consecutus, vt, quis esset graecarum particularum vsus, quae vis ac notio, non modo ipse perspiceret ac teneret, verum aliis quoque tradere posset, deque illarum natura facillime disputare. Huc accedit, quod viri docti permulti, et graecae linguae peritissimi, non semel me cohortati sunt, vt hoc opus in hominum adspectum lucemque proferrem, quod non exiguam censerent vtilitatem ad omnes manaturam, qui aut graece loqui vel scribere aliquando velint, aut certe scriptores graecos cupiant legendo non primoribus tantum labris, vt dicitur, degustare, verum etiam penitus introspicere: cum ex vna plerumque particula loci cuiuspiam sententia pendeat vniuersa. Nemo enim adhuc vno volumine compre-

hendit, quaecunque ad eam rem illustrandam et explicandam pertinent: nemo distincte atque disposite; nemo certa ratione ac via de illis egit; nemo certe clarius ac facilius harum particularum vim naturamque persecutus est, quibus tamen, peritorum huius linguae sententia, nihil est pene in graecorum libris difficilius ad intelligendum, nihil obscurius. Atque inter eos, qui mihi, vt hunc librum ederem, suaserunt, grauissimus inprimis auctor fuit *Hieronymus Rouerius*, Cardinalis amplissimus: cuius tantum apud me valet auctoritas, quantum apud omnes valere debet, quibus tanti viri sapientia, probitas, grauitas non sit inaudita. Quin etiam eo plus me, vt opinor, mouere debet, quo mihi est eiusdem integritas doctrinaque perspectior fortasse, quam ceteris, quibus cum eo familiariter agere minus contigit. Etenim est ille quidem cum grauissimarum disciplinarum, iurisque ciuilis ac Pontificii, tum graecae linguae peritia clarus, vt eius nominis fama vix vlli iam pene dicam mortalium esse possit obscura: idem tamen ita me pro sua humanitate, atque in graecam nationem beneuolentia, in suis domesticis esse voluit. vt et mihi iam prope singularem viri sapientiam, et probitatem propius liceat intueri, et magnum inprimis apud me pondus Cardinalis optimi ac sapientissimi debeat haberi sententia. Quare cum fructus vberes ex hoc libello percipi posse viri doctissimi atque grauissimi

uiſſimi arbitrarentur; illud mei muneris eſſe maxime videbatur, vt et auunculi nomen, quoad eius fieri poſſet, immortalitati commendarem, et graecae linguae perdiſcendae ſubſidia eiusdem ſtudioſis hominibus ſine inuidia proderem. Verum vt hoc pietatis officium ad hoc vsque tempus differrem, multae me res propemodum coëgerunt. Primum enim cum decem fere ipſos extremos aetatis annos idem auunculus meus aduerſa valetudine conflictaretur aſſidue, me Romam Corcyra paucis ante menſibus, quam e vita diſcederet, eo conſilio reuocarat, vt ipſi cum in aliis libris, tum in hoc potiſſimum deſcribendo ac diſponendo praeſto eſſem, niſi vita ipſum antea defeciſſet. Cum enim id maxime ageret, ac tibi adhuc fideliter, Pater ampliſſime, nauaret pro viribus operam, ſeptuaginta natus annos diem ſuum obiit, praeclaris, vt initio dicebam, relictis ingenii doctrinaeque monimentis: ex quibus haec ipſa, de graecae linguae particulis, erudititiſſima diſputatio in varias diſperſa ſchedulas, fuit cum a me diligentius colligenda, et ad certam quandam reuocanda methodum ac viam, tum a viris doctis atque prudentibus accurate per otium recognoſcenda. Deinde vero exiguis facultatibus auunculo relictis, nondum licuit efficere, quod optabam, neque vero liceat hoc tempore, niſi tua mihi benignitas, Princeps illuſtriſſime, ſubueniat; quam in operibus egregiis et in iis praeſer-

tim ſubleuandis adhibere ſoles, qui te ſedulo fideliterque coluerint. In quibus, quoniam iure poteſt *Matthaeus Deuarius* numerari, cum tibi ſit is diuturna tot annorum conſuetudine penitus cognitus atque perſpectus; tui ipſius teſtimonio grauiſſimo fretus, pauca quaedam hoc loco percenſere non dubitabo, quibus eiusdem virtus, atque doctrina teſtata et conſignata poſteris relinquatur; quippe qui aetatem ſemper in ſtudiis rerum honeſtiſſimarum cum laude traduxerit. Natus eſt igitur *Matthaeus* Corcyrae, honeſta *Deuariorum* familia ex iis, quae Latinum ritum in chriſtiana religione ſectantur. Cum vix annum octauum ageret, Romam a *Ioanne Laſcari* perductus eſt, viro graecarum literarum latinarumque ſcientia nobili; quo tempore idem *Laſcaris*, *Leonis* X. Pontificis Maximi iuſſu, ex variis Orientis locis ingenuos pueros delegerat, ex quibus tum primum eſt graecum Romae Collegium, quam Scholam graecam nuncupabant, ad montis Quirinalis radices inſtitutum: cuius quidem extat adhuc in *Sophoclem* ſcholiorum monimentum, quae ex illo Collegio prodierunt. Ibi igitur *Deuarius* a tanto Doctore, ſumma docentis atque diſcentis cura literis graecis eruditus, obſcura quaeque ac recondita eius linguae myſteria ita celeriter arripuit, vt ipſe deinde per ſe ex veteribus graecis Oratoribus, Hiſtoricis, Poetis, Philoſophis, tanquam ex fontibus, omnem hauſerit non modo linguae cognitionem

nem atque verborum, verum etiam rerum ſcientiam pulcherrimarum. Quare, cum iam illius doctrina celebraretur, a *Nicolao Rodulpho Cardinali* arceſſitus, domum humaniſſime receptus eſt, apud quem per illud tempus ita multiuariis diſciplinarum generibus inſtructiſſimi florebant, ex Graecis quidem, *Conſtantinus Rallius*, *Nicolaus Soſſiano*, *Chriſtophorus Condoleus*, *Deuarii* condiſcipuli et contubernales: ex Latinis vero atque Italis, *Nicolaus Maiorana*, idemque poſtea Malefectae delectus Epiſcopus: *Franciſcus Priſcianenſis*, *Donatus Giannottus*, Pater *Leonardus Malaſpina*, *Matthaeus Herculanus*, *Petrus Craſſus*, qui eſt Epiſcopus creatus deinde Viterbii: vt eius Cardinalis domus iure quoddam ſapientiae domicilium appellari potuiſſe videatur. Mei porro auunculi opera, *Rodulphus* in graecis potiſſimum explicandis auctoribus vtebatur, quem ſuae quoque Bibliothecae peramplae et copioſae praefecerat. Ergo *Deuarius* quindecim annis, quibus ſuperſtes *Rodulphus Cardinalis* fuit, Indicem vberrimum in *Euſtathium*, Homeri interpretem, confecit, qui adhuc extat a Paulo III. fere editus, auo tuo, Cardinalis ampliſſime; qui quanti ſemper fecerit viros doctos ac ſapientes, tum aliis rebus permultis aperte ſatis oſtendit, tum vel hac vna non obſcure ſignificauit, cum, vel propter illum ipſum a *Deuario* ſuſceptum indicis conficiendi laborem, menſtruam illi penſionem aſſignarit, quam eidem poſtea,

postea, quoad viueret, Pius IV. attribuit: eumque Vaticanae Bibliothecae primum graecorum Codicum instituit correctorem: in qua nimirum eiusdem apparent monimenta praeclara in descriptis libris ab illius Bibliothecae librariis, ab ipso vero non sine magno celeberrimae Bibliothecae ornamento correctis. Vita functo *Rodulpho*, *Camillus Columna*, *M. Antonium*, filium, hodie Cardinalem, et quidem hoc dignitatis honorisque gradu dignissimum, *Deuario* graecis literis tradidit imbuendum: cum quo *Matthaeus* triennio partim Romae, partim studiorum grauiorum causa Pisis, ita versatus est, vt ab eo et in honore haberetur, et vnice diligeretur. Verum cum is Patauium profectus esset ad Philosophiae spatium decurrendum, essetque *Deuario*, ne suo muneri librorum corrigendorum deesset, Romae remanendum; a te, Cardinalis amplissime, accitus est, et benignissime semper pro summa tua facilitate humanitateque tractatus. In tua igitur honestissima domo aetatem reliquam *Deuarius* traduxit, cum praeclare secum agi putaret, quod se et Principis amplissimi patrocinium nactum esse, et in celeberrimorum virorum numerum videret adscriptum, qui doctrinis essent omnibus exculti, quibus tuam domum semper ornatam esse voluisti, quae tamen eos vicissim non minus ornaret, quam ab ipsis ornaretur. Vbi enim, nisi domi tuae, Pater amplissime, vt a Poetica incipiam facultate, vel-

ut

ut in Pindo aliquo monte, vel Parnaſſo, *Franciſcus Maria Molza, Laurentius Gambarus, Bernardus Cappellus,* aliique permulti Poetae noſtra aetate praeſtantiſſimi floruerunt? Vbi vnquam plures, quam domi tuae, aut eloquentiae laude, aut variarum pulcherrimarumque rerum cognitione praeſtantes? Ex quibus ſi *Romulum Amaſaeum, Annibalem Carum, Carolum Gualteruccium, Fuluium Vrſinum,* cuius mentio nobis erit alias infra non ſine laude ipſi debita facienda, *Guidum Colgium, Antonium Aelium,* Epiſcopum deinde Polenſem, alterum item *Antonium Aelium Mirandulanum,* qui Caſſertae item eſt poſtea praefectus Epiſcopus, *Ioannem Baptiſtam Poſſeuinum, Hieronymum Mercurialem,* noſtra aetate medicum celeberrimum: ſi vel hos, inquam, vt ceteros quamplurimos taceam, proferre velim, nemo, vt opinor, erit, cui fuerit horum eruditio vel conſuetudine familiari perſpecta, vel etiam fama ipſa et auditione cognita, qui mendacii nos poſſit vel temeritatis accuſare. Quid? nonne vt ex equo Troiano fortiſſimi viri, ita e domo tua, quae ſemper doctrinarum omnium, etiam diuinarum, ſeminarium quoddam fuit, non modo Epiſcopi permulti, hoc eſt, Eccleſiae orthodoxae paſtores, verum etiam Cardinales nonnulli, h. e. Reip. Chriſtianae lumina, et ſummi etiam Pontifices prodiere? quorſum ego *Marcellum Ceruinum* hoc loco nominem? qui ob inſignem virtutis et ſapientiae laudem ad ſupremum ſacerdotium eſt euectus: qui cum diu tecum olim familiariterque vixiſſet, grauiſſimo tuo teſtimonio, vt par eſt, non ſua, a qua longiſſime aberat, ambitione; virtutum ſuarum quaſi gradibus ad ſacros ac ſummos honores adſcendit, quem tamen videtur Deus oſtendere potius mortalibus voluiſſe, quam dare, quippe qui paucis die-

diebus fuerit in Apoſtolico illo faſtigio ſuperſtes, vt et illum tanto honore digniſſimum, et nos tanto paſtore non ſatis fortaſſe dignos eſſe declararet. Omitto *Bernardinum Maffaeum*, et *Ardinghellium*, Cardinales, qui illud purpurae decus e domo tua retulerunt, quod illorum merita poſtulabant. *Ioannes Antonius Facchinettus*, qui, cum primum Romam venit, in tuorum numero domeſticorum cum ſumma laude verſatus eſt; inde Tridentino Concilio interfuit, tum Venetias a Pio V. miſſus, legationem ſumma cum dignitate obiit, deinde a *Gregorio* XIII. Cardinalis creatus eſt: vel vnus poteſt eſſe huius rei teſtis idoneus, qui nunc in hoc ſacroſancto Patrum Collegio, magno apud omnes eſt in honore, ob legum humanarum ac diuinarum ſcientiam, quibus potiſſimum fultus praeſidiis, multa et grauiſſima onera pro dignitate ſuſtinet in Eccleſia ſancta pro viribus ſubleuanda. Verum ne in hac re longius digrediar, quam aut leges epiſtolae patiantur, aut vires meae ferre poſſint, ad inſtitutam de auunculo meo narrationem reuertamur. Is ergo domi tuae Tridentinum Concilium, et Catechiſmum, Pii V. iuſſu, in graecum ex latino conuertit, Florentinum Concilium tum primum graece editum emendauit. Longum eſſet alias praeterea eius lucubrationes atque opera perſequi. Quid? epigrammata graeca quam multa, quam eleganter ornateque conſcripſit? ex quibus nonnulla, quibus *farneſia Familia* fere celebrantur, typis mandanda exiſtimaui, vt, et quantum illius in te, familiamque tuam ſtudium fuerit, facile intelligatur, et *farneſiae Familiae* nomen, etſi per ſe ſatis ornatum, quo iſte libellus ornatur, viciſſim tamen, quantum eſt in nobis, his quoque verſibus illuſtretur. Equidem aliquot ante annis, ſub *Gregorio*, Pont. Max.

Tri-

Tridentinum Concilium typis excudendum curaui, quod, vt modo dicebam, auunculus meus graece conuerterat, antea tamen, eodem iubente Pontifice, recognitum et cum latino collatum exemplo, tum a *Guilielmo Sirleto*, Cardinali, noſtra aetate religionis ac doctrinae laude praeſtanti, tum a *Fuluio Vrſino*, familiari tuo, quem paulo ante honoris cauſa nominauimus, viro cum ſplendore generis, tum eruditione ac latinarum graecarumque literarum cognitione praeclaro; is ita ſuam in ea re operam nauauit egregiam, vt, et quod amicitia illi ſumma cum auunculo meo interceſſerat, et quod ambo ſimul coniunctiſſime vixerant, non maiorem adhibere diligentiam, ſi viueret, Auctor ipſe potuerit. Reliquum eſt, vt et Catechismus, et alia nonnulla auunculi opuſcula deſcribantur, et viris doctis recognoſcenda tradantur: quod ipſe eiusdem *Fuluii Vrſini*, aliorumque ope, Deo bene iuuante, praeſtare conabor. Quae deinde tuo dicata nomini libenter ſinam in manus hominum peruenire, quemadmodum haec iam disputatio de particulis prodit, auctoritatis tuae fulta praeſidio: atque ita prodit, vt cum eidem *Fuluio Vrſino* tuique ſtudioſiſſimo, tum *Sirleto* ipſi, Cardinali, vehementer probata ſit, eademque a *M. Antonio Mureto*, paulo ante quam e vita diſcederet, accurate recognita: de cuius viri doctrina, eloquentia, graecae latinaeque linguae ſcientia quid atinet dicere? cum inter omnes, qui recte ſentiunt, vt puto, conueniat, eum eruditione, dicendi facultate, graecarumque literarum laude noſtra aetate pares fortaſſe, vt leuiter dicam, pauciſſimos, ſuperiorem certe habuiſſe neminem. Iam vero ſicut mei auunculi conſilium illud erat, vt Concilium ſummo Pontifici dedicaretur, quod ipſi eſſet illud negotium a

ſummo

ſummo Pontifice datum, ita hoc opuſculum de particulis, quippe proprium foetum ac ſuum, tui ſplendore nominis illuſtrari cupiebat; nempe cuius domus, vt ante dixi, ſemper doctis viris ac ſapientibus patuit, quorum voces te iam inde a pueritia vsque adeo delectarunt, vt cum illorum ſermonibus, atque ingenii tui praeſtantia animique virtute magnas tibi opes paraueris prudentiae, conſilii, grauitatis; te nunc in ſacro Patrum ampliſſimorum Collegio principem locum tenere, teque vnum vni Pont. Max. ſecundum eſſe iure laetemur: te denique, ſi humano res tanta pendenda iudicio ſit, illo ipſo loco, quo nullus eſt in terris celſior, eſſe digniſſimum arbitremur. Ergo dum tuo patrocinio, Cardinalis ampliſſime atque optime, tutum eſſe libellum hunc, atque ornatum volo, ſimul, credo, Auctoris videbor obſequi voluntati, et mihi ipſe quoque aliqua ex parte ſatisfacere, qui non minus profiteor me Amplitudinis tuae ſtudioſum eſſe cultorem, quam vel auunculus fuerit, vel quam a me auunculum coli, obſeruarique par ſit. Quare tui quondam clientis et familiaris primitias hilari vultu ac libenti, vt ſoles, animo accipere ne graueris, meque ipſum *Matth. Deuarii* ſororis filium in tua eſſe tutela, obſecro, patiaris; vt dum ſimul auunculi memoriam conſeruas, meumque hoc erga te ſtudium et qualecunque officium minime contemnis, ſi forte me vires in hac ipſa re praeſtanda deficiant, tu me pro tua ſumma humanitate ac benignitate ſuſtentes. Vale.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dominationis tuae

deditiſſimus et humillimus ſeruus
PET. DEVARIVS.

MAT-

# MATTHAEI DEVARII

## DE
## GRAECAE LINGVAE PARTICVLIS, ET ALIIS QVIBVSDAM VOCIBVS, EIVSDEM NEXVI ET COMPENDIOSAE ELEGANTIAE DESERVIENTIBVS.

---

## DE PARTICVLA
### ΑΛΛΑ, et compositis ex ἀλλὰ et ex ἄλλο.

### CAPVT I.

ΑΛΛΑ, coniunctio, tam inter *copulatiuas*, quam inter *aduersatiuas* numeratur a Grammaticis. Est enim *vi* quidem et *potestate*, *aduersatiua*: *munere* vero et *functione* in structura orationis, *copulatiua*; quippe quae, sicut complures aliae, orationem connectit. Quare aliquando in ea specie, quae praecipuo nomine *copulatiua* vocatur, reponi potest, cum pro καὶ: vel δὲ, accipitur. [1]) Habet autem vim ἐναν- ἀλλά.

τιωμα-

1) vide infra obseruat. n. 16. et 35.

τιῶματικὴν, et διαφορικὴν, id est, *aduersatiuam* et *differentiam significatiuam*. Quae quidem facultates in structura ita se habent, vt, quae aduersatiua est, διαφορικὴ etiam sit: non item semper quae διαφορικὴ, etiam aduersatiua. Vis enim διαφορικὴ constat ipsa per se, et princeps est in huius particulae significatione, quippe quae ab ἄλλο, nomine, deducitur. Apud Homer. Ὀδυσσ. α΄. [2]) διαφορικὴ vis perspicitur in illis carminibus: ὦ πάτερ ἡμέτερε, καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ. ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ. Quasi diceret: *illum quidem missum faciamus, sed ad Vlyssem, cuius cura me angit, transeamus. Aduersatiuam* vero vim prae se fert haec particula in sermonibus, in quibus aliquid negantes, aliud ponimus, quam quod prius positum est, vt, οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος. [3]) Vel totum quidem concedimus, verum negamus qualitatem, vel conditionem aliquam, vt in Epigrammate: [4]) τοῦτο τὸ βουλεύειν εἶχες πάλαι. ἀλλὰ τὸ βῆτα Οὐκ ἐπιγιγνώσκω, δέλτα γὰρ ἐγράφετο. In hac eadem significatione respondet particulae μὲν, et pro δὲ accipitur, vt si quis dicat: μικρὸν μὲν, ἀλλὰ καλὸν. Quod etiam μικρὸν μὲν, καλὸν δὲ dici potest. In quo sensu differt a δὲ, quod hic quidem non sine μὲν, ἀλλὰ vero plerumque sine eo dicitur, cujus exempla passim occurrunt apud auctores. Cum itaque talem sensum prae se ferat, ab ἄλλο, nomine, quod διαφορικὸν appellatur, deriuari videtur, eiusque significationem retinere. Per ἀλλὰ namque coniunctionem, ἄλλο, id est, *aliud*, ponimus, quam quod supra positum

ἀλλά, pro δέ.

2) v. 45-48.
3) ex Aristoph. in Ranis v. 1001.
4) in Anthol. ab Henr. Steph. 1566. edita, p. 144.

tum eſt. Qua ratione fit, vt *diſtinguendi* ac *definiendi* vim habeat.

Varius autem eſt apud auctores vſus huius particulae; cuius tamen modi omnes praedictam naturam et originem aliqua ratione redolent. Praecedit enim τὲς παρακελευςικὲς λόγες id eſt, *hortatorios* et *ſuaſorios ſermones*, vt, ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες. [5]) vbi συμπερασματικῶς et ἀποςατικῶς, pro ὥςε, accipitur, et quiddam praeter ea, quae poſita ſunt, videtur inferre, et tunc pro *quare*, et *quapropter* accipi- pro ὥςε.



5) Homer. Iliad. β. 139. Gregorius Corinthi Metropolita, de Dialectis, §. 37. τὸ Ἀλλὰ ἀντὶ παρακελευσματικȣ̃ τιθέασιν. Haec repetit Schol. ad Thucyd. Hiſt. VIII. c.89. Edit. Duker. p. 559. lin. 68. Sed citatus Homeri verſiculus, ex Iliad. V. v. 292. diuerſe ſcribitur. Apud Gregorium Sic. ἀλλὰ γε etc apud Schol. Thucyd. ἀλλ' ἄγε, quae poſtrema ſcribendi ratio vera eſt, ſed a librariis ſaepe, vt fit, confuſa. Vid. Giſb. Koen, ad Gregorium nuper editum, Lugd. Batav. 1766. Haec poteſtas τȣ̃ ἀλλὰ, quam Deuarius vocat συμπερασματικὴν, et ἀποςατικὴν, (finem et clauſulam orationis facientem,) quoniam ſemper praecedat verba imperatiua, eo magis in promtu eſſe videatur, ſaepius tamen ab interpretibus ignorata fuit, et expoſita *ſed*. Vid. Reiske, V. Cl. ad Theocr. Idyll. II. Tom. II. p. 157. Sed ſignum illud verbi imperatiui, vbi non adeſt, in explicanda hac particula tirones facile haereant. Obſeruent igitur, τὸ ἀλλὰ ſubjici argumentationi, ſiue cauſis breuiter enarratis, et ſignificare *quae cum ita ſint, quamobrem*. Xenoph. Cyri expedit. Lib. V. p. 269 Edit. Baſil. primum copia commeatus ex hoſtico paranda erit. Nam periculum eſt, ne in regione nobis infeſta, ſi negligenter ad parandum commeatum perrexeritis, multi pereant. ἀλλά μοι δοκεῖ σὺν προνομαῖς λαμβάνειν

accipitur, vt apud Virgil. †) *quare agite.* Et in hoc significatu accipitur apud Platonem VII. νόμων. ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ Φρονεῖν μάλιστα ἐστὶ κηδεμὼν, etc. *quamobrem si quis* etc.

Et hac ratione in *approbationibus* et *assensibus* recipitur, vt, ἀλλά μοι δοκεῖς καλῶς λέγειν. 6) Sic, cum aliquid faciendum proponitur, ἀλλὰ χρὴ τοῦτο πράττειν, *adstipulamur*, vt saepe apud Platonem: vbi etiam συμπερασματικῶς et ἐπιλογικῶς accipitur, vt proxime dictum est. Conuenit enim *epilogis* ὁ ἀλλὰ, quemadmodum etiam ὁ καὶ. Hippocrates, ἀλλὰ περὶ μὲν ἀδένων οὐλομελίης ἐν ἑτέρῳ λόγῳ γεγράψεται. In *consequentia* etiam *sermonis* hanc eandem vim habet, vt apud Aristoph. in Ranis, 7) οὐδὲν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει. *nihil agis eo modo, quo coepisti; quare*, vel, *propterea latera eius contunde.* In qua etiam significatione ὁ ἀλλὰ, *aduersatiuum sensum* aliqua ex parte sapit. Cum enim aliquid diximus, eo repudiato, aliud proponimus.

Valet

θύνειν τὰ ἐπιτήδεια, etc. *quamobrem ego quidem censeo, commeatum factis excursionibus comparandum esse.*

†) Aen. I. 631.

6) Sic saepe ap. Xenoph. in Memorab. Socr. Nonnunquam etiam ἀλλὰ solum ita ponitur, vt assentiendo simul aliquid neget. v. c. Xenoph. Mem. Lib. II. c. 2. §. 8. σὺ δὲ πόσα οἴει ταύτῃ (μητρὶ) καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς πράγματα παρασχεῖν; ad haec Lamprocles: ἀλλ' οὐδεπώποτε αὐτὴν οὔτ' εἶπα, οὔτ' ἐποίησα οὐδὲν, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη. Sed nunquam eam aut verbo aut facto indigne tractaui. Hic latet primum in ἀλλὰ, propositio haec: *non nego, me multa matri et magna incommoda exhibuisse infantulum:* sed *hoc nego*, me eam aut verbo etc.

7) v. 675. Sed haec pertinent ad praecedentem notam n. 5.

Valet etiam per ſe tantundem, quod *ἀλλὰ καὶ*, id eſt, *ſed etiam*, vt, *ὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν.* Quod perinde valet, ac ſi dixiſſet: *ὐ μόνον ἐκινδύνευσεν, ἀλλὰ καὶ ἔπαθεν. non tantum periclitatus, verum etiam paſſus eſt.* [8]). Ponitur etiam pro *immo vero*, et *quin etiam*, vel, *ſed potius*. Plutarch. in Lycurgo: [9]) *ὐ πόλεως ἡ Σπάρτη πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητῦ βίον ἔχυσα. non ciuitatis inſtitutionem, ſed potius viri ad virtutem ſe exercentis, et ſapientis vitam ducens.* Differt autem ab eo, quod *approbantis* et *conſentientis* eſt, eo, quod in illo quidem abſolute ponitur, et nullam particulam praecedentem reſpicit; hic vero ad *ὐ* negatiuam refertur, vt in citato proxime exemplo: *ὐ πόλεως, ἀλλ' ἀνδρὸς.* Sic apud eundem in Romulo: [10]) *εἰ δὲ τῦτο μὴ λέγεται κακῶς, ἀλλὰ ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι τότε τῷ ὀνόματι τῆς Ταλασίας.* Quorum verborum

pro *ἀλλὰ καὶ.*



8) Omnino *τὸ ἀλλὰ* nota eſt *βραχυλογίας*, qua repetendum ex praecedentibus, aut *ἀπὸ κοινῦ* inſerendum eſt, cui *ἀλλὰ* reſpondet. Huc pertinet locus Xenoph. Memor. III. c.4. §.3. quem Deuarius paulo poſt proponit probaturus, *ἀλλὰ καὶ* in principio etiam comprehenſionis clauſulae poni. *Laudauerat nempe Socrates Antiſthenem, quod norit χρήματα συλλέγειν.* ad haec cum Nicomachides reſpondiſſet, *ἀλλ' ὐχ ἕνεκα τύτυ καὶ στρατηγεῖν δύναιτ' ἄν.* pergit Socrates: *ἀλλὰ καὶ φιλόνικος Ἀντισθένης ἐστὶν,* etc. Reuocandum ſcil. ex praecedentibus eſt, *ὐ μόνον ἐπίσταται χρήματα συλλέγειν, ἀλλὰ καὶ φιλόνικός ἐστι. ſed etiam aliis quibusuis excellere cupit.*

9) Tom. I. edit. Wechel. p. 58. B. adde Ariſtoph. Pluto, v. 100. *ἄφετόν με νῦν. Χρ. μὰ Δί'. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεσθά συ.* *immo vero* tenebimus te. Xenoph. Mem. II. 2. 9. *ἀλλ' οἶμαι, ἐπειδὴ ὐκ οἴονται* etc. *immo vero.*

10) Opp. Tom. I. p. 26. C. hic *ἀλλὰ* correctionis vim habet. Nam particulae *εἰ μὴ* et *ἀλλὰ* ita cohaerent, q. d. ſi illud non eſt, ſed potius hoc, nempe nomen *ταλασίας* apud Romanos in vſu fuiſſe.

borum sensus est: *quod si res non ita se habet, vt quidam asserunt, sed vtebantur Romani Talasiae nomine.* Vbi non recte ἀλλὰ particulam pro *nam*, causatiuo, accipi docet Lexicographus, vertens verba illa ἀλλ' ἐχρῶντο etc. *nam vtebantur.* Differt etiam ὁ ἀλλὰ, a proxime dicta significatione in superiori illo exemplo, οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν. quod quidem id, quod prius ponitur, continetur in posteriore. Qui enim malum aliquod passus est, antequam in illud incideret, non longe absuit ab eo. Hoc autem plane est periclitari. Continetur itaque prius in posteriore. In hoc autem exemplo, οὐ πόλεως πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον ἔχουσα, id, quod posterius est, non refert, quod prius est: immo multum ab illo distat, in quo τὸ ἀλλὰ, suam propriam et praecipuam vim, id est, τὴν διαφορικὴν, obtinet, οὐ πόλεως πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον. Negat enim, *vrbem Spartam ciuitatis institutionem habuisse, sed hominis sapientis, et ad virtutem se exercentis vitam instituisse contendit.* Habet itaque eam vim, vt ad ea, quae posita sunt, aliquid addere videatur, vt in exemplo, οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν, et multis aliis in locis, in quibus ὁ ἀλλὰ per se, idem valet, quod ἀλλὰ καί; cum tamen ad sermonis integritatem requiratur expressio καὶ particulae, non solum in consequentia sermonis, vt in proxime dicto exemplo, sed etiam in principio comprehensionis clausulae, vt apud Xenophontem III. ἀπομν. 11) vbi, posteaquam *Socrates Antisthenis cuiusdam laudes quasdam exposuit*, subiungit: ἀλλὰ καὶ φιλόνικος Ἀντισθένης ἐστίν. In consequentia vero orationis

11) Vid. nota praeced. no. 8.

tionis vtitur τῷ ἀλλὰ, pro ἀλλὰ καὶ, etiam Aristot. in III. Politic. [12]) πολίτȣ ἀρετὴν λεκτέον ȣ̓ παντὸς, ȣ̓δ' ἐλευθέρȣ μόνον, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι. Quorum verborum sensus est: *non ad omnem ciuem pertinebit virtus illa, de qua dictum est, neque ad illum, qui solum liber sit, nisi solutus quoque ob omni opere sit.* Et erit series verborum talis: ȣ̓ δὲ μόνον ἐλευθέρȣ, ἀλλὰ καὶ ἀφειμένȣ τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων. Sic apud Plutarchum, ȣ̓ πλȣ́σιοι μόνον εἶναι ἀξιȣ̃σιν, ἀλλ' εἰ μὴ ἔξȣσι, et reliqua. *non solum se diuitiis dignos arbitrantur, sed etiam* etc. Vbi Lexicographus totam vocem ἀλλ' εἰ μὴ, *nisi*, significare docet, supprimens ἀλλὰ particulae significationem, cum tamen in eiusmodi particularum oppositione ipsum ἀλλὰ, suam natiuam significationem retineat, nec a sibi appositis particulis naturam suam immutari aut supprimi patiatur, quemadmodum putat Lexicographus, qui immutari quidem ἀλλὰ significationem putat in ἀλλ' ὅταν, et quibusdam aliis, in quibus tamen vis ἀλλὰ particulae, nequaquam immutatur. Supprimi autem eiusdem particulae vim arbitratur in ἀλλ' ἔγωγε, quod *equidem* interpretatur, et in multis aliis aggregatis ἀλλὰ, particulae, adjunctarum significationem tribuit: quippe qui ex particulae alicuius subsecutione putat, ἀλλὰ coniunctionis significationem immutari, vt, cum ἀλλὰ pro *atqui*, accipi asserit, si post ἀλλὰ, μᾶλλον δὲ subsequatur, vt apud Demosthenem, †) ἀλλὰ πολλȣ̃, μᾶλ-



12) Opp. Tom. V. p. 480. Editionis Venetae, 1552. octonis.

†) Frustra hunc locum per totum Demosthenem quaesiuimus. In Lexico autem

λον δὲ τοῦ παντὸς δεῖ. Quae Lexicographus: *atqui longe secus se res habet, et immo nihil horum reperietur*, latine reddidit. Vbi tamen ἀλλὰ non tam pro *atqui*, ἐναντιωματικῶς, quam pro *sed* διαφορικῶς, accipitur, quippe cum ad praecedentem negationem referatur. Est enim integer sensus: οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντός, id est, *res non ita se habet, sed multum abest, immo vero toto coelo distat.* Multa praeterea huic particulae inepte tribuit Lexicographus ex aliarum particularum adiunctione, quae operae pretium est, hoc loco recensere, ne tirones decipiantur. Ac primum quidem, quod ait, ἀλλὰ per se, pro ὅταν accipi, adiecta γε particula, se ipse refellit, cum dicit, ἀλλά γε, pro *at certe, atqui*, et *veruntamen* accipi. Deinde, quod pro *num* et *an*, vt πότερον et ἆρα, accipiatur, et pro rationali γὰρ, multisque aliis, nulla auctoritate confirmat. Sciendum autem, non ex omnis particulae adiunctione, ἀλλὰ coniunctionis vim et significationem immutari, sed ex paucarum admodum, qualis est ἢ, disiunctiua, ex qua fit ἀλλ' ἤ, quod *nisi*, et *praeterquam* significat, de quo infra.

ἀλλὰ obiicientis, et respondentis.

Caeterum ἀλλά, tam sola per se, quam νὴ Δία, vocibus subiecta „ *obiectionibus* conuenit, vt apud latinos particula *at*. Aristot. 2. Ethicorum:

tem illo graeco latino vegrandi, quod Basileae aliquoties ex officina Henric. Petrina prodiit, in quo pleraque exhibentur exempla, de quibus hic cum Lexicographo disputat Deuarius, huic exemplo auctor adscriptus non est. Haud dubie igitur pro Demosthene aliud scribendum erat nomen.

ſum: [13]) ἀλλ' ἴσως τοιῦτος τίς ἐςιν, ὥςε μὴ ἐπιμεληθῆναι, ἀλλὰ τῦ τοιῦτος γενέσθαι αὐτὸς αἴτιος ἀνειμένως ζῶν. Vbi ἀλλὰ, non ſolum obiectioni, ſed etiam *reſponſioni* ſeruit, non aliter, quam ſi in obiectione νὴ Δία vocibus ſubiiceretur, vt apud Demoſthenem: [14]) νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως ἔτυχε, ταῦτα τὰ γράμματα ἕςηκεν; *at enim ipſae litterae.* Cui obiectioni his verbis reſpondet: ἀλλ' ὅλης ὕσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἕςηκεν. de quibus ſuo loco fuſius.

Non ſolum autem alternis *obiectionibus*, ſed etiam alternis *oppoſitionibus*, deſeruit apud Ariſtophanem in Pluto. [15]) Καρ. τί δῆτ' ἂν εἴης ὄφελος ἡμῖν ἐνθάδ' ὤν; Ἑρ. παρὰ τὴν θύραν ςροφαῖον ἱδρύσασθέ με Καρ. Στροφαῖον; ἀλλ' ὐκ ἔργον ἐς' ὐδὲν ςροφῶν. Ἑρ. ἀλλ' ἐμπολαῖον. Καρ. ἀλλὰ πλυτῦμεν. τί ὖν Ἑρμῆν παλυγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν; Ἑρ. ἀλλὰ δόλιον τοίνυν. Καρ. δόλιον; ἥκιςά γε. ὐ γὰρ δόλυ νῦν ἔργον, ἀλλ' ἁπλῶν τρόπων. Ἑρ. ἀλλ' ἡγεμόνιον. Καρ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει. Quorum exemplorum prior pars non minus, quam poſterior per *at* particulam efferretur, ac prior quidem illa vim μειωτικὴν habet, altera autem oppoſitiuam.

Porro obiectiones, ſi cum interrogatione fiant, ſolet ὁ ἀλλὰ viciſſim *percontationibus* et *reſponſionibus* aptari, vt apud Demoſthenem: [16])

A 5 τί

13) eſt lib. III. Opp. Edit. Reiskiae Vol. I. p. 428. T. V. p 248.

14) de falſa leg. p. 236. C.

15) v. 1153-1160.

16) de Corona, p 316. A. Edit.

τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ᾽ ἂν αὐτοὺς, ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ᾽ ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ᾽ αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. In cuius exempli vltima parte τὸ ἀλλὰ, priore loco positum, vim habet τοῦ πότερον, ἢ ἆρα, in posteriore autem cum interrogationi respondet, significat *at*, vel *atqui*, vbi non minus, quam alibi aduersatiuam vim prae se fert. Opponit enim aliquid, ex quo infertur remotio praecedentis propositionis. Xenoph. 2. ἀπομνημ. [17]) ἐὰν δὲ σοῦ προσκατηγορήσω, ἔφη, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτὸν, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ᾽ ἐμοῦ; ἀλλὰ καὶ αὐτῷ μοι ἔφη ἐγγίγνεται εὔνοια, πρὸς οὓς ἂν ὑπολάβω εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἐμέ. Interrogatus enim, *nunquid existimaturus esset in se crimen conferri?* respondet, *immo ego cum aliquem mihi conciliare volo, eam ineo rationem, qua me suspicaris aegre laturum.* Ex quo infert, *non eo animo se fore, vt arbitretur in se crimen conferri, si eo modo conciliecilie-*

A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 233. Vigerus de Idiotism. p. m. 341. eodem hoc loco probare vult, Atticos inprimis τὸ ἀλλὰ tam in interrogationibus, quam responsionibus adhibere, ac latine ita interpretatur: *quo tandem consilio eos conuocaretis? ad pacemne? at jam omnes in pace erant: an ad bellum? at de pace deliberatis.* Ex his tribus ἀλλὰ ait primum et vltimum respondere, secundum interrogare. Hoogeuenus pro nota ὑποφορᾶς accipit. Neutrum placet, immo vero est copula. Quam copulandi vim habere nonnunquam, ipse Deuarius ab initio capitis docuit. Et intelligitur ex praecedente τί γάρ. Quare etiam alterum membrum sic constitui poterat: τί δέ; ἐπὶ τὸν πόλεμον; Sic apud Aeschin. Socrat. Dial. I. 1. praecedit, φέρε, εἴ τις βούλοιτο, et sequitur, τί δέ; εἰ βούλοιτο. pro quo potest dici: ἀλλ᾽ εἰ βούλοιτο.

17) cap. VI. §. 34.

*cilietur.* Sic apud Ariſtophanem in Pluto: [18]) ἀλλ', ὦ νεανίσκε, ὐκ ἐῶ τὴν μείρακα μισεῖν σε ταύτην. Νε. ἀλλ' ἔγωγ' ὑπερφιλῶ. id eſt, *immo vero plus quam credi poſſit amo.* Superaddit enim aliquid negando ea, quae praeceſſerunt: vt ſit ſenſus: *tantum abeſt, vt oderim, vt etiam ſupra modum amem.*

*Aduerſatiuam* quoque naturam ſapit, cum μειωτικῶς accipitur. Ponitur enim ὁ ἀλλὰ, quemadmodum ὁ γέ, pro *ſaltem*, vt apud Latinos *certe*, et *at certe*. Ariſtoph. in Nebulis: [19]) ἔπειτα δ'ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα, τῶν Αἰσχύλυ λέξαι τι μοι. Et paulo infra: σὺ δ' ἀλλὰ τύτων λέξον τι τῶν νεωτέρων. Sic apud Ariſtot. 3. Politic. [20]) ἡ δὲ βελτίστη πόλις ὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. εἰ δὲ καὶ ὗτος πολίτης, ἀλλὰ πολίτυ ἀρετὴν ἣν εἴπομεν λεκτέον ὐ παντὸς, ὐδ' ἐλευθέρυ μονον etc. *Quod ſi ciuis habendus eſt, certe virtus, quam diximus, non omnis ciuis erit.* In VI. etiam Politic. [21]) ἀλλὰ, pro *attamen*, et *at certe*, vſus eſt: καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλὰς. Vbi ſi nomen δυνατὸν repetatur: ἀλλὰ κατὰ φυλὰς δυνατὸν, apparebit in ἀλλὰ, vis aduerſatiua. pro γέ.

Porro, μειωτικῶς acceptum, γε et ὖν particulis copulatur ἐκ παραλλήλυ, et fit ἀλλά γε, vt pro ὅμως. ἀλλά γε, ἀλλ' ὖν,

18) v. 1072. ſeqq.

19) v. 1367. et 1372. ſed vtrumque locum Deuario remittimus, huc non pertinentia. ἀλλὰ enim vtroque in verſu παρέλκει.

20) Opp. Tom. V. p. 480.

21) hunc locum etiam Vigerus attulit, Idiot. cap. VIII. ſect. I. §. 3.

vt Hom. Iliad. primo, [22]) ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον. Et ἀλλ᾽ οὖν, quod et ἀλλ᾽ οὖνγε dicitur, quod interruptum, vt plurimum, inuenitur apud auctores, et idem, quod ὅμως, vel ἀλλ᾽ ὅμως significat, id est, *tamen, attamen, veruntamen.* Isocr. in Panegyr. [23]) εἰ δὲ καὶ πρεσαπεῖπον, ἀλλ᾽ οὖν τοὺς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον κατέλιπον. Sic Plato in Apolog. [24]) ἀλλ᾽ οὖν δαιμόνιά γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον. Aristot. [25]) εἰ καὶ μὴ δι᾽ ἀκριβείας, ἀλλ᾽ οὖν εἰς τυπώδη μάθησιν. Isocrates, [26]) ἀλλ᾽ οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσιν.

ἀλλά exceptiuum. Ἀλλά etiam sola, *exceptiue* accipitur, vt ἀλλ᾽ ἤ. Xenoph. [27]) ὑπομνημ. γ΄. Ἤρετο αὐτὸν, εἰ καὶ φορτίον ἔφερε; μὰ Δί᾽ οὐκ ἔγωγ᾽, ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἱμάτιον. Vbi vel μόνον vox supplenda est, vel ipsum ἀλλὰ, pro ἀλλὰ μόνον accipiendum. Nam et ipsum ἱμάτιον, inter Φορτία ducendum est. Dicitur enim ὁ ἀλλὰ interdum ἐλλειπτικῶς, et aliquid praesupponit, quod breuitatis gratia omittatur. Quae caussa est, cur ἀλλὰ, cui aliquid deest ad orationis perfectionem, ipsum abun-

ἀλλὰ ellipsin indicans.

22) v. 82. ibi vero relationem habet ad praecedens εἴπερ, *quamuis*, ἀλλά γε, *at, s. tamen ex parte saltem.*

23) p. 148. edit. Basil. octonis. 1613.

24) cap. 15.

25) de mundo, Opp. Tom. II. p. 271.

26) ad Demon. p. 18. unde etiam ἀλλὰ sic ponitur subintellecto γε, vel ὅμως. Aristoph. in Pace, v. 323. ἀλλ᾽ ἔγωγ᾽ οὐ σχηματίζειν βούλομ᾽, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς, οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὼ τὼ σκέλη χορεύετον. nolo vtique saltare, prae voluptate tamen, me non mouente, ipsa crura tripudiant.

27) cap. XIII. §. 6.

abundare videatur, vt apud Aristoph. in Nebulis: 28) τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμ' ἄν, ἀλλ' ἐδ' ἐρεβίνθε. Quae locutio plena esset hoc modo: τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμ' ἄν, μὴ ὅτι ἀξίας τινὸς μεγάλης, ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθε: *non modo non magno aliquo pretio, sed ne ciceris quidem*, id est, *ne cicere quidem vno.* Quibus verbis *vilitatem pellis seniorum* ostendit, *quos excoriatum iri asserit, si iuuenis ille, qui loquens illic inducitur, persuadere possit, ab ipsis filiis parentes esse verberandos.* Accipitur etiam ἐλλειπτικῶς, licet non abundare videatur: vt, cum in eadem fabula inducitur *pater, metuens obiurgare filium illis verbis:* 29) ὦ τί σ' εἴπω, ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Vbi deest ad sensus absolutionem, ἀλλ' ἐὰν εἴπω, αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Sunt fortasse et alii modi, quibus huius particulae vsus continetur, quos diligens obseruator poterit ex auctorum lectione sibi colligere. 30) Restat, vt animaduertatur,

28) v. 1397.

29) v. 1381.

30) Sic ἀλλὰ in Dialogis, maxime apud Comicos, concidendi sermonis vim habet, quod supra iam p. 4. n. 8. attigimus. v. c. Aristoph. Plut. v. 26. Chremylus, herus, a seruo iterum iterumque interrogatus, quis esset ille, quem praeeuntem sequerentur? respondet: ἀλλ' ἔ σε κρύψω. Ante ἀλλὰ subintelligendum est: *alii nemini aperirem, te vero* (ἀλλὰ) *non celabo.* it. v. 71. ἀλλ' αἶρε ταχέως, subintellige, *noli cunctari, sed statim corripe.*

Porro ἀλλὰ, post parenthesin adhibetur, vt *sed* ap. Lat. pro *inquam*. Aelian. V. H. III. 9. §. 4. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶ ἑτέρε τῶν Θεῶν κατειλημμένοι — ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐξ ἑνὸς περιειλημμένοι δαίμονος &c. *qui enim ab altero horum Deorum incitati, — illi, inquam* etc. Vide Reisk. ad Aesch. adv. Timarch. p. 76. no. 82.

tatur, perticulam hanc multis aliis praeponi, ex quibus nihil prorsus significationi eius accedit, neque demitur, quidquid opinetur Lexicographus, qui ἀλλ' ἔγωγε, duas voces, vnica voce *equidem* interpretatur. Inter particulas appositas ἀλλὰ coniunctioni, est etiam τοι, [31]) vt apud Galenum in primo Methodi, ἀλλὰ τοι κἂν κριτήριον γέ τι τῶν λόγων ἔχειν σε παρασχέσθαι. quas voces pro *atqui* et *at vero*, et *certe* accipi docet Budaeus. Et nonnullas alias huiusmodi appositiones seu adiunctiones ἀλλὰ particulae cum aliis, non vt voces, in quibus ὁ ἀλλὰ praecedit in ordine constructionis, sed vt formales quas-

Ita etiam ante ἀλλὰ καὶ, aliquid inserendum esse Scholiasta docet ad Aristoph. Plut. v. 202. vbi Chremylus respondet Pluto: νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες, ὡς δειλότατον ἐσθ' ὁ πλοῦτος. Supplet haec: οὐ σὺ μόνος λέγεις σαυτὸν δειλὸν, ἀλλὰ καὶ πάντες. Saepius autem ante ἀλλὰ καὶ simpliciter supplendum esse οὐ μόνον, docet Wesseling. ad Diod. Sic. I. 141. Duker ad Thucyd. IV. 92. I. Dauis. ad Cicer. de Nat. Deor. p 239. Reiske Vol. I. Animadv. ad graec. auct. p. 163.

Inseruit porro ἀλλὰ *precandi obsecrandique formulis*. Hom. Il. α. v. 393. ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος. *Tu, quaeso, si potes quidem, filio tuo auxiliare!* Lamb. Bos Observ. Crit. p. 92. hoc ἀλλὰ pro *quare* accipit, sed *quaeso* melius videtur.

Nonnunquam ἀλλὰ pleonastice poni jam supra no. 19. attigimus. Adiiciamus alium locum, vbi ante negationem πλεονάζει. Xenoph. Exped. Cyri Lib. I. p. 196. οὐς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων. *quos, postquam accepi, non in meum commodum, nec meam voluptatem conuerti, sed in vos impendi.*

31) cf. Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. 10. p. m. 345. Budaei Comment. gr. ling. p. 474.

quasdam notas describit, et significationem cuique minime conuenientem tribuit, vt, cum docet, ἀλλὰ χρὴ, *licet sit* et *esto* significare, cum tamen *sed oportet*, significet, vt supra dictum est.

## Αλλ' ὅταν.

Αλλ' ὅταν etiam *antequam* et *priusquam* significare docet, afferens Plutarchi exemplum [32]) ἰσχάδας δ' ὐκ ἂν ἔφη φαγεῖν ὠνίυς κομισθείσας, ἀλλ' ὅταν τὴν Φέρυσαν κτήσηται χώραν. In qua locutione vox ἀλλ' ὅταν, εἰ μὴ ὅταν significare posset, si tempus τῦ φαγεῖν ὠνίυς, indicare certum autor vellet, et non potius τὸ φαγεῖν ὠνιυς, omnino excludere. Id enim spectat, qui loquitur, *vt neget, se venales ficus vnquam comesturum, sed tunc demum se comesturum, quando producentem regionem acquisiuisset.* Et sic repetendae erunt voces ἔφη, φαγεῖν, vt sit integra locutio: ὐκ ἔφη φαγεῖν ὠνίυς, ἀλλ' ὅταν τὴν Φέρυσαν κτήσηται χώραν, τότε φάγεσθαι. Fallitur autem Lexicographus ex eo, quod putat, ἀλλὰ particulae, et ὅταν aduerbii subsequentis, propriam vtriusque significationem supprimi, et tertium quoddam ex ipsis resultare. Sic ἀλλ' ὅτι καὶ, *verum etiam*, et *multo magis*, docet significare. Budaeus [33]) quoque ex ἀλλὰ coniunctione, quibusdam aliis particulis apposita, formales notas constituit: inter quas ἀλλ' ὐ, et ἀλλ' ὐκ, et ἀλλ' ὐχὶ, describit, quas voces, vt ἀλλὰ μὴ, *non autem*, vel, *non potius* significare docet, afferens exemplum Gregorii, τίς γὰρ ἐγγυη-

32) Apophthegm. Tom. II. Opp. p. 173.

33) Comment. L. gr. p. m. 473.

ἐγγυητὴς, ὅτι μένει τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ' ȣ̓κ ὀφείλοντας ἡμᾶς τὸ κριτήριον ὑποδέχεται. Vbi ἀλλὰ, copulatiue tunc accipitur pro καὶ, vt ipsemet Budaeus [34]) interpretatur, et non *potius*. Item pro *non etiam* accipi docet in illo Gregorii, ἀλλ' οὐκ ὁ μακάριος ἐκεῖνος, *non item sic fecit beatus ille vir.* In quo exemplo διαφορικὸν est τὸ ἀλλά.

*Interrogatiue* etiam accipi docet in illo Demosth. [35]) ἀλλ' οὐκ ἂν τȣ̃το εὐθέως εἴποιεν, quod, *immo vero nonne statim dicerent?* latine reddidit. Et ἀλλ' ȣ̓χὶ, pro eodem accipi in illo Demosthenis: ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιȣ̃τος, quod, *annon tu talis?* latine reddidit. Vbi ἀλλὰ non *interrogatiua* magis, quam *aduersatiua* est: tametsi nonnunquam interrogatiue proferatur, vt apud Aristophanem in Pluto: [36]) ἀλλ' οὐ λαχȣ̀ς ἔπινες ἐν τῷ γράμματι. Atqui aliud est *interrogatiue proferri*, aliud *interrogationis signum esse.* Nam verborum secundae personae, tametsi *interrogatiue* omnes proferri possunt, nemo tamen inter *signa interrogationis* ipsas commemorat. Apud Isocr. etiam πρὸς Νικοκλ. [37]) inuenitur τὸ, ἀλλὰ οὐ, nega-

34) loco citato. Adde Aristoph. Vesp. v. 1203 vbi ἀλλὰ, pro copula *et.* παῦ', ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεὶς προσμάνθανε. desine, et accumbe huc, vt discas.

35) cf Vigerus de Idiotism. c. 8. sect. I. 4 p. m. 343. locus Demosth. est in Midiana, Edit. Reisk. Vol. I. p. 582.

36) v. 973.

37) p. 44. μᾶλλον omnino post se desiderat ἢ, vt latinum *potius — quam.* Tum autem ἀλλ' οὐ, pro καὶ οὐ, accipi posset, si μᾶλλον plane abesset. Ac tum illa Isocratis latine sic exponenda: *eorum consuetudinem, quos vitiorum socios habeant, expetunt; at eorum, qui dehor-*

negationi praepositum, μᾶλλον comparatiuo respondens: ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι. Vbi videtur ἀλλ' οὐ, loco ἢ, particulae *selectiuae* accipi, cum tamen ἀλλ' οὐ pro καὶ οὐ positum sit. Nam si passim sensum verborum sequamur, et quae quadrare possent vocabula, idem significare dicamus, atque ea, quae recepta sunt, plena erunt omnia enallages. Non igitur, quia in hoc loco Isocratis ἢ selectiuum quadrat, ideo ἀλλ' οὐ pro ἢ selectiuo accipi dicendum, nec idem cum illo significare. Nec nego, sub ἀλλὰ particula huius modi voces describendas esse: sed non ideo esset ἀλλὰ particulae, et adiunctarum vis, et ad diuersa cuiusque relatio supprimenda. Locutiones etiam essent explicandae supplendo, quod ad orationis absolutionem deest, atque obseruandum, in quibusnam ὁ ἀλλὰ vim natiuam retineat suam, et vbi amittat vel alteret: quod mox agendum est.

ἀλλ' οὐ, pro καὶ οὐ.

Ἀλλ'

*hortantur a vitiis, non item.* Sed si μᾶλλον in versione omitti non potest, id enim longe alium constituit sensum, ἀλλ' οὐ per *quam* reddendum est, sic: eorum *potius* consuetudinem expetunt, *quam* eorum, qui &c. Μᾶλλον, ἀλλ' inprimis refertur inter idiotismos Thucydidis, pro μᾶλλον ἤ. Sic Hist. II. 43. acceperunt sepulcrum maxime insigne, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν — ἀείμνηστος καταλείπεται *non in quo iacent potius sepulti, quam in quo eorum gloria relinquetur.* In quibusdam codicibus pro μᾶλλον, ἀλλ', legitur μᾶλλον, ἤ. Vide Var. Lect. in Edit. Duk. p. 124 Nobis videtur μᾶλλον, ἀλλὰ transpositum, pro ἀλλὰ μᾶλλον, hoc sensu: *in welchen sie nicht blos begraben liegen, sondern in welchen vielmehr ihr Ruhm aufbehalten wird.*

# Ἀλλ' ἄρα.

ἀλλ' ἄρα, exceptiuum. Ἀλλ' ἄρα vox, ex ἀλλὰ et ἄρα constans, *exceptiuam* vim habet, et pro εἰ μὴ, id est, *nisi*, accipitur. Aristot. 3. Ethic. [38]) τὸ δ' ἑκούσιον οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ' ἄρα γε τὸ προβεβουλευμένον, Vbi ἀλλ' ἄρα γε, pro ἀλλὰ μόνον, accipi videtur in sensu *exceptiuo* et *limitatiuo*, propter γε, *limitatiuam* particulam. Dicit enim, *non omne spontaneum eligibile esse, sed id tantum, cuius consultatio antecessit.* Quando autem ἄρα *interrogatiuo* iungitur, ἀλλὰ particula suam retinet significationem. ἀλλ' ἄρα, interrogatiuum. Ἀλλ' ἄρα enim *sed nunquid* significat, et est principium quaestionis seu dubitationis. Quod officium per se etiam praestat ἀλλὰ particula, vt supra dictum est. Aristot. primo Ethic. [39]) ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται, οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις, ἀλλ' ἄρά γε τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι, ἢ πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν; ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλόγιον. Galen. Lib. 3. de different. pulsuum, τί ποτ' οὖν ἐστὶν ὃ βούλεται δηλοῦν ὁ ῥοῖζος, εἰ μὴ τὸ τάχος. ἀλλ' ἄρά γε τὸ τάχος τῆς πληγῆς; cuius interrogationis responsionem subiungit: ἀλλ' οὕτω πάλιν ἅμα δυοῖν ἔσται τὸν τορισμὸν †) πεποιημένος.

# Ἀλλὰ γάρ [40]).

ἀλλὰ γάρ. Ἀλλὰ γάρ, *obiectionibus* conuenit, vt *atqui* apud Latinos, ex eoque *at enim*, et *sed enim* ductum

38) Opp. Tom.V. p.244.

39) Opp. Tom.V. p.212. cf. Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. 4. p. m. 343.

†) leg. ὁρισμὸν. extat loeus p. 33. To. III. Opp. Edit. Basil 1538.

40) cf. Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. 6. p. m. 343. et ibi Hoogeuen.

ctum esse videtur. ἀλλὰ γὰρ φήσει τίς, *at enim dicet aliquis.* Dicitur etiam in hoc sensu cum ἴσως, aduerbio. Isocrat. in Paneg. [41]) ἀλλὰ γὰρ ἴσως διὰ τὰς συνθήκας ἄξων ἐκισχεῖν. Accipitur etiam *aduersatiue* pro ἀλλ' ὅμως, sine obiectione. Isocrat. ad Nicocl. [42]) ἀλλὰ γὰρ ἐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιζητεῖν τὰς καινότητας. *verumtamen in sermonibus, qui ad mores et vitam instituendam pertinent, nouitatem spectare non oportet.* Inuenitur etiam interruptum aliarum vocum interpositione in sensu aduersatiuo, apud Aristoph. in Nebulis: [43]) ἀλλ' ἐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. ἀντὶ τῦ, ἀλλὰ γὰρ ἐκ ἐθέλει μανθάνειν. Et in Pluto: [44]) confirmare quidam contendit τὴν πενίαν, quae in ea fabula inducitur, ἐριννὺν esse, in illis verbis: ἴσως ἐριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. βλέπει γέ τοι μανικόν τε καὶ τραγῳδικόν. quibus alter opponit: ἀλλ' ἐκ ἔχει γὰρ δᾷδας. *at faces non habet, quas ἐριννύες habere solent.* In quo sensu τὸ γὰρ, *otiosum* esse notauit Interpres [45]), quod tamen minime otiosum est. Reddit enim *causam*, quare non ἐριννὺς arbitranda sit, quae negatio in ἀλλὰ aduersatiua, implicite continetur, vt sit integra locutio: ἀλλ' ὀυκ ἔστιν ἐριννὺς, ἐ γὰρ ἔχει δᾷδας. Atque ita vbique in aliis exemplis seruari potest vis causatiua particulae γὰρ, supplendo aliquid extrinsecus, tametsi non adeo vbique commode: vt in illo Aristophanis loco in Nebulis [46]: ἀλλ' ἔστ' ἔμοι γ' υἱὸς καλός τε κἀγαθὸς· ἀλλ' ὀυκ ἐθέλει

ἀλλὰ γὰρ ἴσως.

ἀλλὰ γάρ, pro ἀλλ' ὅμως.

B 2 λει

41) p. 150.

42) p. 42.

43) v. 796.

44) v. 423. seq.

45) Schol. ad h. l. τὸ δὲ γὰρ ἀργόν, ὡς ὑποτασσόμενον τῷ ἀλλά. Sed vide dicta quae sunt infra in γάρ.

46) v. 795.

λει γὰρ μανθάνειν. Simpliciter quidem exponitur pro *attamen*, vt ſit ſenſus, ex repetitione ſupra dictorum: *quod quamuis ſit mihi filius bonae indolis et ingenii, tamen minime diſcere vult.* Si quis autem cauſatiuam vim τῦ γὰρ ſeruare velit, non repetendum, ſed ſupplendum erit extrinſecus: ἀλλ' ὐδὲν ὄφελος τῦ καλὸν κἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι. ὐ γὰρ ἐθέλει μανθάνειν. Sic in ſupra dicto Iſocratis ad Nicoclem loco, dupliciter interpretari poſſumus voces ἀλλὰ γὰρ, altero quidem modo, ſupprimendo vim cauſatiuam particulae γὰρ pro ἀλλ' ὅμως, repetendo praecedentia: ἀλλὰ καίπερ τύτων ὕτως ἐχόντων, ὅμως etc. et ſic ὁ ἀλλὰ ad ſuperiora refertur, γὰρ autem pro ὅμως acceptum, ad ſubſequentia. Hoc itaque modo ὁ γὰρ, ἀντὶ τῦ ὅμως deſeruiet. Altero autem modo, ſi cauſatiuam eius vim ſeruare volemus, non repetenda erunt, quae ſupra dicta ſunt, ſed ſupplendum aliunde aliquid. Totus locus Iſocratis eſt: καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐςὶν, ἃ καὶ σὺ γινώσκεις. ὐδὲ γὰρ ἐμὲ τῦτο διέλαθεν. ἀλλ' ἠπιςάμην, ὅτι τοσύτων ὄντων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἀρχόντων, οἱ μέν τι τύτων εἰρήκασιν, οἱ δ' ἀκηκόασιν, οἱ δ' ἑτέρυς ποιῦντας ἑωράκασιν, ἔνια δ' αὐτοὶ τυγχάνυσιν ἐπιτηδεύοντες. poſt quae ſubiicit: ἀλλὰ γὰρ ὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ζητεῖν τὰς καινότητας. [47]). In quibus ὁ ἀλλὰ, ἐλλειπτικῶς, ad ſubintelligenda refertur, vt ſit plena locutio: ἀλλ' ὐδὲν διαφέρει. i. e. *nihil refert, an prius ab aliis haec eadem dicta ſint.* Quorum

47) vtraque haec explicandi ratio eodem redire videtur. Si tamen aliquod diſcrimen ſtatuendum erit, poſtrema ratio facilior priore videtur.

rum causam continet ὁ γὰρ, cum repetitione negationis, ὀυ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ζητεῖν χρὴ τὰς καινότητας etc. Sic in Panegyrico [48]), de Persarum rege loquens: εἰ δὲ ἀντιπάλων ὄντων ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων, προσθέμενος τοῖς ἑτέροις, ἐπικυδέστερα τὰ πράγματα τούτων ἐποίησεν, οὐδέν ἐστι τοῦτο σημεῖον τῆς ἐκείνου ῥώμης, ἐπεὶ καὶ περὶ Χίων ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὡς ὁποτέροις ἐκεῖνοι προσθέσθαι βουληθεῖεν, οὗτοι κρίττους ἦσαν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ τούτων δίκαιον σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν etc. In quibus negat, *probari posse, Persarum regis potentiam inexpugnabilem esse, ex eo, quod inter duos inter sese pugnantes, vtri ille accesserit, victorem reddat. Nam de aliis etiam dici potest, nimirum Chiis, quos tamen non expugnabiles esse constat.* In quibus, si repetamus superiora, ὁ γὰρ pro ὅμως deseruiet, ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτω γενομένων, ὅμως etc. Sin autem vim causatiuae particulae γὰρ seruare voluerimus, supplendum erit aliunde, ἀλλ᾽ οὐ δεῖ οὕτω σκοπεῖν. Et sic ὁ ἀλλὰ aduersatur superioribus, et negat, quod positum est. Cuius aduersationis causa redditur per γὰρ particulam, supplendo verba quaedam, vt sit integra locutio, οὐ γὰρ δίκαιον ἐκ τούτων σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν. Patet ita, ἀλλὰ γὰρ, non esse formalem notam, sed ex duarum particularum appositione constare: quarum ἀλλὰ superiora tollit, propter vim aduersatiuam; γὰρ autem, vel pro ὅμως accipitur, respondens aduersationi, vel, si causatiue accipiatur, destructionis causam reddit. Signum autem aduersationis est subsequens negatiua, quae semper repetenda est in redditione cau-

 sae,

[48]) p. 134. in fine.

sae, vt in supra dictis exemplis videre licet, ἀλλ' ὐδὲν ὄφ λος τῦ υἱοῦ, ὐ γὰρ ἐθέλει μανθάνειν, et in reliquis omnibus.

ἀλλὰ γὰρ pro ἀλλ' ὅμως. Interdum ἀλλὰ γὰρ simpliciter pro ἀλλ' ὅμως, aduersatiuo, sine redditione causae accipitur, vt apud Herodotum in prima [49]), qui, *de Ionicae nationis quibusdam loquens*, dicit: βασιλέας δὲ ἐςήσαντο οἱ μὲν αὐτῶν Λυκίυς, ἀπὸ Γλαύκυ τῦ Ἱππολόχυ γεγονότας· οἱ δὲ Καύκωνας πυλίυς, ἀπὸ Κόδρυ τῦ Μελανθυ. οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρυς. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τῦ ὀνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων. i. e. *tametsi reges sibi alienigenas constituerint, tamen Ionum nomen plus quam alii sibi vindicant.* Vbi nullo modo causatiua vis particulae γὰρ seruari potest, neque enim quidquam aliunde supplere possumus [50]). Aristoph. ἀχαρνεῦσιν: [51]) ὄιμοι τάλας, μυτ]ωτὸν ὅσον ἀπώλεσα. ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί.

## Ἀλλ' εἴπερ.

ἀλλ' εἴπερ. Ἀλλ' εἴπερ, *sed si* significat, vt apud Aristot. [52]). Χρησίμυ δ' ὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς ὐδὲν, ἀλλ' εἴπερ πρὸς τὸν πόλεμον. In cuiusmodi locutionibus ἀλλ' εἴπερ, *nisi*, exceptiuae particulae, et formalis notae sensum prae se fert. Quod si ad plenam loquendi formam reducatur, non amplius formalis nota videbitur; sed ἀλλὰ qui-

49) in Clio p. 31. fore extrema, Edit. Basil. fol. 1557. sed Edit. Jungerman. Frcf. 1608. fol. p. 62.

50) Sic ἀλλὰ simpliciter, subintellecto ὅμως, aut ἂν adhiberi, supra ostendimus no. 26.

51) v. 173. 174.

52) Lib. II. Politi Tom. II. p. 460.

quidem suam propriam significationem retinebit. Verbi gratia, si in supra dicta Aristotelis locutione repetantur praecedentia, fiet integra locutio hoc modo: χρησίμου δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν, ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ χρήσιμος, πρὸς τὸν πόλεμον μόνον χρησίμου οὔσης. i. e. *sed si alicubi vtilis est, ad solum bellum est vtilis.* Ex qua locutionis explanatione, et μόνον exclusiuae particulae suppletione, exceptionis vis apparet in ἀλλ' εἴπερ. Et inde fit, vt idem, quod εἰ μή που, significare videatur, i. e. *nisi forte*, vel ἀλλ' ἤ. Aristot. in Ethicorum: [53]) οὐδὲν γὰρ παρὰ τὴν αὑτοῦ πάσχει βούλησιν. ὥστε οὐκ ἀδικεῖται διά γε τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ, βλάπτεται μόνον. *quod si quid patitur, damno fortasse, non etiam iniuria afficitur.* Theophrastus [54]): τὴν δ' ἄμπελον οὔ φασι δεῖν ἢ ὑποκονίειν, ἢ ὅλως ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ. *quod si quando id faciendum sit, tum certe demum, cum uva nigra iam fuerit.* Galen. plena locutione: ἀλλ' εἴπερ οἷόν τε, dixit primo περὶ διάγν. σφυγ. ἀλλ' ὅ γε μὴ κατὰ πάντας τοὺς σφυγμοὺς, ἀλλ' εἴπερ οἷόν τε κατὰ μόνους τοὺς σφοδροὺς, ἄντικρυς δῆλον. Vnde patet, ἀλλ' εἴπερ, *exceptionis* vel *exclusionis* notam esse, nec simpliciter *formale* quoddam, sed ἀλλὰ ad praecedentem negationem referri: εἴπερ, suppletione alicuius vocis subaudiendae; vel repetitione cuiuspiam ex superioribus, *conditionalem* vim obtinere, vt in particula εἴπερ, plenius declarabitur. Apud Aristoph. in Nebulis [55]): ἀλλ' εἴπερ interruptum inuenitur: ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς

ἀλλ' εἴπερ, pro εἰ μή που.

ἀλλ' εἴπερ, nota exceptionis vel exclusionis.



53) Lib. V. Opp. Tom. V. p. 296. ἀλλ' εἴπερ, supple, πάσχει τὶ, βλάπτεται μόνον.

54) de plantis, Lib. II.

55) v. 226. 227.

τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ. Vbi necessario requiritur repetitio verbi καταφρονεῖν. Est enim integra locutio: ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ καταφρονεῖν βούλει [56]). In superiori autem illo Aristotelis exemplo suspicari posset aliquis, ἀλλ' ἤπερ, per ἢ scribendum esse. De qua particula infra dicetur in hoc sensu.

## ἀλλ' εἰ ἄρα.

ἀλλ' εἰ ἄρα. Ἀλλ' εἰ ἄρα, etiam videtur *exceptiue* accipi, vt apud Sext. Empiricum [57]): οὐκ ἄρα κοινή ἐστιν ἀμφοτέρων ἡ ἄνθρωπος προσηγορία καὶ ἡ αὐτὴ φησίν, ἀλλ' εἰ ἄρα ἰδία ἑκατέρου; et paulo infra: οὐκ ἄρα ἡ Θέωνος ὅρασις ἡ αὐτή ἐστι τῇ Δίωνος,

56) Siue potius sic expleas: εἴπερ ὅσιόν ἐστι ὑπερφρονεῖν, *si modo despicere fas est.* Occurrit haec particula iterum in hac ipsa fabula v. 250 cum supplemento: βούλει τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς, ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς; Στρ. Νὴ Δί', εἴπερ ἐστί γε. *diuinas res clare cognoscere cupis, quae sint?* Strep. *omnino, si quae sunt.* Eadem significatione vsurpatur τὸ, εἰ καὶ, ab Aristoph Ran v. 74 εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα, sc. ἐστὶ ἀγαθόν. praecedit, τοῦτ' ἔτ' ἐστι λοιπὸν ἀγαθόν. *hoc bonum adhuc superest, si quidem et hoc bonum est.*

57) Pyrrhon. Hypotyp. Lib. II. c. 20. extremo, p. 118. Edit. I. Alb. Fabricii, fol. Locum adscribam, vt V. Cl. e MSS. emendauit. οὐκ ἄρα κοινή ἐστιν ἀμφοτέρων, ἡ ἄνθρωπος προσηγορία, καὶ ἡ αὐτὴ ἀμφοῖν. ἄλλη ἄρα ἰδία ἑκατέρου. *Non igitur communis est vtrisque appellatio haec, homo, et vna eademque ambobus; sed certe alia, vtrique peculiaris.* Alter locus est cap. seq. οὐκ ἄρα ἡ Θέωνος ὅρασις ἡ αὐτή ἐστι τῇ Δίωνος. ἄλλη ἄρα ἰδία ἑκατέρου. *Igitur visus Theonis non est idem cum visu Dionis: Ergo diuersus est, vtrique peculiaris.* Merito sane τὸ ἀλλ' εἰ Deuario suspectum erat, pro quo malebat ἀλλ' ἢ, sed ne hoc opus quidem, si bonis libris fuisset vlus.

νος, ἀλλ' εἰ ἄρα ἰδία ἑκατέρῳ. Vbi ἀλλ' εἰ ἄρα, pro ſimplici ἀλλὰ, differentiali, plane accipitur. Non enim limitatiue, neque ſecundum quid negat, τὴν Δίωνος ὅρασιν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Θεωνος: ſed ſimpliciter aſſerens diuerſam eſſe; ac ſi diceret, ἀλλ' ἰδία ἑκατέρῳ. Quare ἀλλ' εἰ ἄρα, pro ſimplici ἀλλὰ accipiendum in vtroque e ſupra dictis locis in quibus rectius forte ἀλλ' ἢ, loco ἀλλ' εἰ legeretur. Nam ἀλλ' ἢ etiam pro ſimplici ἀλλὰ ponitur [58]) vt apud Ariſtoph. in Pace [59]): ἀλλ' οὐδέ γ' εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι. ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων. vt de ἀλλ ἢ proxime dicetur.

## De ἀλλ' ἢ, particula exceptiua [60]).

Ἀλλ' ἢ, i. e. *niſi* et *praeterquam*, exceptiua formalis nota ex ἀλλὰ et ἢ. i. e. *quam*, diſcretiua ſeu ſelectiua particula conſtat. Ex vſu autem vocis huius duplex naſcitur opinio de prima eius parte, nempe, vtrum ἀλλὰ coniunctio ſit, an ἄλλο nomen διαφορικόν. Cum enim occurrunt nobis huiusmodi locutiones, qualis eſt illa apud Platonem II. de Republ. [61]) οὐδὲν ἐθέλουσιν ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον, i. e. *nihil aliud, quam opes et diuitias laudare volunt.* Et apud Ariſtoph. in Ranis [62]): ἀλλ' ἐξόλοιθ' αὐτῷ κοάξ. οὐδὲν γάρ ἐς' ἀλλ' ἤ.



58) vide ſupra p. 9.

59) v. 474. 475.

60) aliud eſt ἀλλ' ἦ, interrogantis particula. Sed a librariis ſaepe cum illa eſt confuſa. Sic ap. Ariſtoph. in Veſp. v. 8. pro ἀλλ' ἢ, quod eſt in libris, reponendum eſt ἀλλ' ἦ. Verba ſunt: ἀλλ' ἦ παραφρονεῖς, ἢ κορυβαντιᾷς; *num tu inſanis, an corybantem agis?*

61) eſt lib. I. p. 372.

62) v. 228. 229.

ἐςʼ ἀλλ' ἢ κοδξ. Et in Pluto [63]), vbi *seruus interrogat quemdam, qui eius dominum quaerebat:* τί δ' ἐςὶν, ὦ βέλτιςε; ad quam interrogationem, factam per nomen τί, respondet ille: τί γὰρ ἄλλ' ἢ κακῶς. In huiusmodi locutionibus videtur non ἀλλὰ coniunctio, sed ἄλλο neutrum nomen, collisam vltimam habens, praeponi particulae ἢ discretiuae. Est autem re vera primaria haec, et originalis ratio constitutionis vocis huius, quippe cum ipsa etiam ἀλλὰ coniunctio, ab ἄλλο nomine deducatur. Postea vero factum est, vt ἀλλ' ἢ, tanquam vnica vox, simpliciter accipiatur, et negatiuas propositiones adstringat, sicut affirmatiuas πλὴν et εἰ μὴ, pro quibus nonnunquam accipitur, vt apud Aristoph. in Vespis [64]): ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμὴν οὐδέποτέ γε, ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος. ἀντὶ τοῦ, πλὴν τῆς φακῆς πεπλησμένος. Ipsum autem πλὴν, loco ἢ, postponitur ἄλλο nomini: vt apud eundem in Auibus [65]): τὰ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν γένειόν τ' ἐςὶ, καὶ κέρατα. vbi οὐδὲν ἀλλ' ἢ γένειόν τ' ἐςὶ καὶ κέρατα dici poterat. Contra ipsum ἀλλ' ἢ postponitur particulae πλὴν, et fit πλὴν ἀλλ' ἢ, ἐκ παραλλήλου, vt apud Aristot. [66]) οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. nisi forte πλὴν, pro expositione ἀλλ' ἢ posita extra seriem, in seriem irrepserit.

[Margin: ἀλλ' ἢ, pro πλὴν, et εἰ μή.]

[Margin: οὐδὲν ἄλλο πλήν.]

[Margin: πλὴν ἀλλ' ἤ.]

Caete-

63) v. 1173. apud eundem in Nub. v. 1497. diserte est ἄλλο ἢ, interiecto γε. τί ποιεῖς; Στρ. ὅ, τι ποιῶ; τί ἄλλο γ', ἢ διαλεπτολογοῦμαι. *quid aliud quam subtiliter disputo.*

64) v. 977. cf. Hoogeuen. ad Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. 11. p. m. 346.

65) v. 902.

66) Metaphys. lib. I. Opp. Vol. IV. p. 366. habet etiam Vigerus hunc locum Idiotism. Cap. 8. sect. I. §. 9.

Caeterum, prout *exceptiua* eſt, et ſimpliciter ſub vna voce conſideratur, exempla eius paſſim occurrunt apud auctores, vt apud Iſocratem [67]: δόξαν καλὴν οὐχ οἷόν τε ἀλλ᾽ ἢ τοὺς ἀρετῇ διενεγκόντας κτήσασθαι. i. e. *bonam exiſtimationem nemo ſibi parare poteſt, niſi qui virtute caeteris antecellit.* Ariſtot. V. Ethicor. [68]) εἰ δὲ ἐκέρδανεν, ἐπὶ οὐδεμίαν μοχθηρίαν ἀλλ᾽ ἢ ἐπ᾽ ἀδικίαν. *ſed ſi lucratus fuerit, ad nullam aliam prauitatem, quam ad iniuſtitiam refertur.* Cum autem praecedente nomine ἄλλο, vel eius aliquo caſu, nihilominus ſequitur ἀλλ᾽ ἢ, vox exceptiua, tunc vel *abundare* primam eius partem dicendum eſt, vel certe non ἄλλο, nomen, ſed ἀλλὰ coniunctionem eſſe, vt apud Platonem in Apologia [69]): τίνα ἄλλον λόγον ἔχουσι βοηθοῦντες ἐμοὶ, ἀλλ᾽ ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον. et libro IV. de Republ. [70]) εἰς ἄλλοτι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν, ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποις, ἀλλ᾽ ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς. Iſocrat. in Panegyr. [71]) ἄλλως aduerbium, praepoſuit ἀλλ᾽ ἢ particulae: πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόντ᾽ ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις, ἀλλ᾽ ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν. quod etiam ſine ἄλλως aduerbio dici potuiſſet [72]), at tunc ἀλλ᾽ ἢ non *praeterquam*, ſed *aliter quam* ſignificaret. Quod officium cum ipſum ἀλλὰ aliquando per ſe praeſtet, vt apud Galenum IV περὶ διαγν. σφυγμ. οὐδὲ γὰρ οὗτοι δὴ ἄλλοτι βίαιον ἔχουσι τὴν πληγὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀχώριστον αὐτῶν σκληρότητα: patet, ἀλλ᾽ ἢ quoque primam

67) ad Nicocl. p. 40.
68) Opp. Tom. V. p. 283.
69) cap. 22.
70) p. 406.
71) p. 82.

72) ſic ἀλλ᾽ ἢ, pro ἄλλως, ἢ, *praeterquam*, *ſecus quam*, occurrit apud Andocidem p. 41 in Oratt. graec. a Reiskio editis, Vol. IV.

mam partem non ἄλλο nomen, ſed ἀλλὰ coniunctionem eſſe; quam tamen ab ipſo ἄλλο nomine deduci, et eius naturam referre, iam ſupra dictum eſt. Dubitatur tamen, ne non in ſupra dicto Galeni loco ἀλλὰ, pro ἀλλ᾽ ἢ deprauate legatur, quemadmodum etiam apud Ariſtot. III. Polit. [73]) ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ᾽ ἀρετὴν ἢ ὀλίγους ἐνδέχεται. πλείους δ᾽ ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν. αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίγνεται. In qubus cum Ariſtoteles concedat, *bellicam virtutem in multitudine ineſſe poſſe;* neceſſe eſt, vt ἀλλὰ vel exceptiue accipiatur, vel certe loco eius ἀλλ᾽ ἢ legatur, quorum vtrumque habet vim adſtringendae proximae propoſitionis: πλείους δ᾽ ἤδη χαλεπὸν, quae, quamuis affirmatiua videatur, tamen negatiuum ſenſum habet. Atque ita conſtat, verum eſſe, quod ſupra dictum eſt, ἀλλ᾽ ἢ voces, negatiuas propoſitiones coërcendi vim habere. Valet enim χαλεπόν ἐστιν idem, quod οὐ ῥάδιον, quod aduerſatur τῷ ἐνδέχεται, ita, vt ſenſus ſit, πλείους δ᾽ ἤδη οὐκ ἐνδέχεται ἠκριβῶσθαι, etc.

ἀλλ᾽ ἢ, pro ἀλλὰ μόνον. Ἀλλ᾽ ἢ etiam accipitur ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ μόνον. Ariſtoph. εἰρήνη. ἀλλ᾽ οὐδέ γ᾽ εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι, ἀλλ᾽ ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων, i. e. ἀλλὰ μόνον κατεγέλων [74]).

ἀλλ᾽ ἦ. Ἀλλ᾽ ἦ, vltima circumflexa, *interrogatiuum* eſt, ex ἀλλὰ et ἦ aſſertiua conſtans. Plato in Gorgia [75]): ἀλλ᾽ ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν;

Ἀλλὰ

73) Opp. Tom. V. p. 483. 484. Deuarius iam ſupra attulerat p. 20.

74) v. 474. hunc locum

75) Statim ab initio Dialogi

# Ἀλλὰ μή [76].

Ἀλλὰ μή, duae voces ſunt, quae, interrogatiue prolatae, ἆρα μή, particulam ſubſequuntur, ipſique ſuccedunt, vbi plures interrogationes deinceps exponuntur, vt apud Xenophont. IV. ἀπομνημ. [77]) τί δὲ δὴ βουλόμενος ἀγαθὸς γενέσθαι συλλέγεις τὰ γράμματα; ἆρα μὴ ἰατρός; καὶ ὁ Εὐθύδημος, μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἔγωγε. ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι; οὔκουν ἔγω γ', ἔφη. ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ἐπιθυμεῖς, ἔφη, γενέσθαι ἀγαθός; οὐδὲ γεωμέτρης, ἔφη. ἀλλὰ μὴ ἀστρολόγος, ἔφη, βούλει γενέσθαι; ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἠρνεῖτο, ἀλλὰ μὴ ῥαψῳδός; ἔφη. Ex quibus patet, ἆρα μὴ interrogationis formam eſſe, ἀλλὰ μὴ autem, non aggregatum quoddam ex duabus praedictis particulis, ſed ipſarum vtramque ſeorſum proprium officium praeſtare: μὴ quidem, interrogationis repetitionem, ἀλλὰ autem, tranſitionis notam. Quod clarius patet, vbi μὴ, non interrogatiuum, ſed negatiuum habet, vt apud Demoſthenem [78]): πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δευρὶ

logi p. 303. Sed in editione Baſil. 1556. ap. Henrichum Petri excuſa pro ἀλλ' ἦ, legitur ἆρα. et Henr. Steph. Theſ. gr. ling. Tom. I. p. 337. e Suida docet ἀλλ' ἦ, (leg. ἀλλ' ἦ) pro ἀλλ' ἆρα, ſiue etiam ſimpl. ἆρα accipi.

76) Budaeus Comment. gr. ling. p. 473. ἀλλὰ μή, interrogatiuum eſt, pro *nunquid igitur? ſed nunquid?* idem quod ἆρα μή. Cum autem non eſt interrogatiuum, ſignificat *non autem.* Et pag. 477. ἆρα μή, ſignificat *nunquid*, et *vtrum*, quod in conſequentia ſermonis ἀλλὰ μή dicitur.

77) cap. 2. §. 10.

78) de Corona, p. 346. B. Edit. Reisk. p. 305.

δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα. In quibus patet, ἀλλὰ coniunctionem, disiunctam esse a μὴ, negatiua. Sic in ἀλλὰ μήποτε, ἀλλὰ *aduersatiua*, vel *transitiua* suam significationem retinens, praecedit μήποτε dubitatiuam. Quae particulae non vt aggregatum formale habendae sunt, sicut neque καὶ μήποτε, neque alia huiusmodi, quae μήποτε dubitandi notam praecedere possunt, sed singulae ad diuersa referendae sunt, etiamsi Budaeus [79]) ἀλλὰ μήποτε, vt formale signum describat, et ex ἀλλὰ et μήποτε constare dicat, afferens exempla ex Theophrasto: ἀλλὰ μήποτε ἐ τῦτο ἢ τὸ αἴτιον; ἀλλὰ τὸ προειρημένον. quod *an potius* interpretatur. Alterum idem ex eodem affert exemplum [80]): ἀλλ' ὃ λέγουσιν οἱ πολλοὶ, διὰ τί τὸ κερασβόλον ἀτέραμνον γίνεται, μήποτε ἄγαν εὔηθες ᾖ. In quo exemplo intelligitur, ἀλλὰ μήποτε non esse formalem notam, et pro *an potius* accipi, vt docet Budaeus: sed μήποτε per se, signum esse dubitationis, ἀλλὰ etiam seorsum locutioni inseruire, pro quo δὲ, vel alia quaepiam coniunctio poni poterat, v. c. μήποτε δὲ, μήποτε γὰρ, μήποτε τοίνυν, et aliae complures.

ἀλλὰ μήποτε.

## Ἀλλὰ μήν [81]).

ἀλλὰ μήν.

Ἀλλὰ μὴν, συλλογιστικὸς σύνδεσμος, pro *atqui*, vel *at vero*, assumtionibus conuenit, quae con-

79) Comment. gr. ling. p. 477.

80) de Caus. plant. lib. IV. c. 14.

81) Saepe ἀλλὰ μὴν et ἀλλὰ μὲν; vt et ὁ μὴν et ὁ μὲν, in libris confunduntur. Et eo ipso in loco Xenoph. quem Deuarius infra ponit, recte reposuit Ernesti V. Cl. ὁ μὲν.

consequens, i. e. posteriorem partem orationis aut adstruit, aut destruit, *vt, si hoc esset, sequeretur hoc: atqui hoc non sequitur, ergo illud prius non est.* Lucianus [82]) *ad probandum Deos esse*, vsus est ἀλλὰ μὴν in adstructione antecedentis contra regulam: εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί. εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί.

Ponitur etiam in principio orationis, vt apud Xenoph. 2. ἀπομνημ. [83]) καὶ ὁ Ἀρίσταρχος. ἀλλὰ μὴν, ἔφη, ὦ Σώκρατες ἐν πολλῇ γε εἰμὶ ἀπορίᾳ. vbi non συλλογιστικῶς eo modo, quo supra, sed *aduersatiua* ponitur. Cum enim Socrates dixisset: χρὴ δὲ τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις. ἴσως γὰρ ἄν τί σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν, *Aristarchus obiicit, difficile esse id, quod Socrates dixerat:* ἴσως γὰρ ἄν τί σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν. Et in tertio [84]), circa principium: *interrogatus quidam a Socrate, quid eum praeceptor docuisset?* respondet: ἐκ τοῦ αὐτοῦ (ἤρξατό με διδάσκειν) εἰς ὅπερ καὶ ἐτελεύτα. τὰ γὰρ τακτικὰ ἐμέ γε καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐδίδαξεν. Ἀλλὰ μὴν, respondet Socrates, τοῦτό γε πολλοστὸν μέρος ἐστὶ στρατηγίας, inferens: *non posse aliquem imperatoriae artis peritum fieri, si solum instruendi acies peritiam nihil praeterea sit adeptus.* Ἀλλὰ μὴν aliquando interruptum inuenitur, quarundam aliarum vocum interpositione. Plato in Epist. [85]) ἀλλὰ ποῖον μὴν τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐρώτημα;

ἀλλὰ μὴν, aduersatiuum.

Ἀλλὰ

82) in Dial. Jouis Tragoedi extremo, Opp. Tom. II. c. 51. p. 699. Edit. Amstelod. nouiss. cf. Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. §. 10.

83) cap. 7. §. 2. Vid. n. 81.

84) ἀπομν. c. 1. §. 5.

85) ad Dionysium altera, p. 670.

# Α λ λ ὰ ν ὴ Δ ί α.

ἀλλὰ νὴ Δία. Αλλὰ νὴ Δία, *obiectionis* nota, in qua vox ἀλλὰ aduersatiua concurrit tanquam *forma*: νὴ Δία vero, vt *qualitas*. Nam illud, formae rationem habet, qua praesente, res consistit, qua absente, res perit [86]). Sed cum ἀλλὰ per se, obiectiones constituat sine voce νὴ δια, patet, νὴ δία non esse formale obiectionis membrum, sed qualitatem obiectioni tribuere, quod *ironice*, seu *derisorie* ostendat intelligi, vt apud Demosth. πρὸς Λεπτίνην †) ἀλλὰ νὴ δια ἐκεῖνο ἴσως εἴποι. h. e. *sed scilicet hoc dicturus est.* Quae *ironia* seu derisio, audaciam arguentis prae se fert. Tunc enim εἰρωνευόμεθα, cum abundare nos probationibus confidimus. Fiunt autem obiectiones et sine ironia, ἀλλὰ particula adhibita, vt in ἀλλ' ἴσως, et ἀλλὰ γὰρ ἴσως: et tunc obiectio fit per modum instantiae. Nam cum ἀλλὰ aduersatiuam vim habeat, indicat, partem aliquam rei concedi, partem negari, vt dictum est, vbi de ἀλλὰ agitur. Cum vero sine ἀλλὰ fiunt obiectiones, non instantiae, sed simplices obiectiones

86) Veremur, vt tirones verba auctoris satis obscura capiant. Dixisse suffecerat, ἀλλὰ νὴ δία, non simpliciter obiicientis esse formulam, vt supra vidimus in ἀλλὰ p 7. sed eius, qui per contemtum vel ironiam, alterius oppositam sententiam proferens, explodat illam et minuat. Vt in exemplo e Demosth. contra Leptinem ab auctore citato, p. 362. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 457. ἀλλὰ νὴ δί' ἐκεῖνό γ' ἂν ἴσως] εἴποι πρὸς ταῦτα. ὅτι διὰ τὸ ῥαδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον, διὰ τοῦθ' οὕτως ἔθηκα τὸν νόμον at, *per Iouem, his fortasse opposuerit haec, se propterea, quod populus facile decipi posset, legem tulisse.* ἀλλὰ obiectionem facit, νὴ δια absurdum contrariae sententiae ostendit.

†) Edit. Reisk. Vol. I. p. 457.

nes sunt, vt, *εἴποι δ' ἂν τις, dicat quispiam.* Quae obiectiones modo, seu signo obiectionis carent. Porro, ἀλλὰ νὴ δία, pro νὴ δί' ἀλλὰ, accipi, docet Budæus [87]), cum tamen hoc inter se differant, quod in ἀλλὰ νὴ δία, vox νὴ δία non concedentis est, sed aut ironiam significat, aut certe superuacanea est in νὴ δι' ἀλλὰ: tametsi ipsum etiam *obiectionibus deseruiat, concessionemque* alicuius propositionis praecedentis vel subintellectae significet, vt suo loco dicetur.

## Ἄ λ λ ο τ ι.

Ἄλλοτι, duo nomina sunt, ἄλλο, διαφορικὸν, et τί, ἀόριστοι. Plato in Gorgia [88]): *εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν ἄλλοτι, τοῖς δὲ ἄλλοτι.* Inuenitur etiam ἄλλοτι, pro τί ἄλλο, subsequente particula ἤ, de qua infra. ἄλλοτι.

Per se autem ἄλλοτι *interrogationis formale signum* est, in quo praedicta nomina suam primogeniam significationem deponunt, et pro πότερον, ἄρα, vel eiusmodi interrogandi signis accipiuntur. Cuius vocis vsus frequens et apud Platonem, ex quo ea exempla proferam, in quibus apertius mihi videtur praedicta significatio in propositis vocibus perspici posse. In *Theaeteto* [89]) itaque inducitur Socrates asserens, *contingere, vt, quae quis animo percipit, ea quandoque sensu quoque aliquo, nempe visu, vel auditu, vel tactu percipiat: quandoque vero mente solum teneat, non item* pro πότερον, et ἄρα.

87) Comment. ling. gr. p. 473.

88) p. 316.

89) p. 88.

*item sensu.* Quam propositionem antequam inferat, proponit exemplum quoddam et *interrogat aduersarium, concedatne, an neget, quod proposuit.* Exemplum est: ἐγὼ εἰδὼς Θεόδωρον, καὶ ἐν ἐμαυτῷ μεμνημένος οἷός ἐστιν, ἄλλοτι, ἐνίοτε μὲν ὁρῶ αὐτὸν, ἐνίοτε δ' οὔ; καὶ ἅπτομαι ποτὲ αὐτοῦ, ποτὲ δ' οὔ; καὶ ἀκούω, ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν αἰσθάνομαι. τότε δ' αἴσθησιν μὲν οὐδεμίαν ἔχω περὶ αὐτοῦ; μέμνημαι δ' οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίσταμαι αὐτὸς ἐν ἐμαυτῷ; Ad haec respondet, qui cum illo disputat, πάνυ μὲν οὖν. Interrogat enim Socrates, *an detur, vt, quem quis nouit, interdum quoque ipsum videat, aut audiat, aut tangat, aut alio sensu quodam percipiat? interdum vero neque videat, neque audiat, neque alio modo sentiat, sed tantum memoria ipsum teneat?* Quae omnia cum concedat, qui cum eo disputat, infert supra dictam propositionem his verbis contentam, ὅτι ἔστι μὲν ἃ οἶδέ τις αἰσθάνεσθαι. ἔστι δὲ καὶ μὴ αἰσθάνεσθαι. In supra dicto igitur exemplo vox ἄλλοτι constituentium nominum significationem prorsus deponit, et aliam formam induit. Neque enim pro *quid aliud*, neque pro *aliud quid* accipi potest, sed πότερον et ἆρα significare videtur, ac si legeretur, ἆρα ἐνίοτε μὲν ὁρῶ, ἐνίοτε δὲ οὔ; Nam quod suspicari posset aliquis, vocem ἄλλοτι, iuxta sui ἐτυμολογίαν, i. e. iuxta constituentium partium significationem, pro ἄλλοτι ἀορίστως, i. e. *aliud quiddam*, aut interrogatiue, pro τί ἄλλο, i. e. *quid aliud*, secundum τί nominis duplicem significationem accipi posse; id neutro modo locum haber. Nam ἀόριστον ἄλλοτι nullo modo quadrat.

Quis enim sensus erit illorum verborum Platonis: *sciens ego Theodorum, et memoria tenens, qua-*

*qualisnam sit, aliud quiddam modo ipsum video, modo non video.* Interrogatiue etiam acceptum absurdum sensum reddet: *sciens ego Theodorum, et memoria tenens, qualis ipse sit, quid aliud modo video, modo non video?* At dicet aliquis, deesse particulam ἢ legendumque esse ἄλλοτι ἤ. At nos ἄλλοτι ἤ, aggregatum, *interrogatiue* ponimus accipi, in ipsoque interrogatiue accepto τί, particula, duplicem sui significationem prae se fert. Nam interrogatiue accepta, aut praecedit totum aggregatum, et tunc pro τί ἄλλο ἢ usurpatur, aut suo loco permanens τί, particula, ἀορίστως accipitur, quamuis interrogatiue totum aggregatum proferatur. Si igitur in ἄλλοτι ἢ interrogatiuo aggregato, τί, ἀόριστον faciamus, erit praedictorum Platonis verborum sensus talis: *sciens ego Theodorum, et memoria tenens, qualis sit, aliud quiddam quam modo ipsum video, modo non*, vt dictum est. Ad quae non congrua esset responsio πάνυ μὲν οὖν, quam facit aduersarius in loco supra dicto, sed οὐδὲν ἄλλο, quae debetur vocibus ἄλλοτι ἤ, si in sua significatione, proxime dicto modo, acciperentur: quemadmodum accipiuntur in Sophista, apud eundem 90) in illis verbis: καὶ ἐὰν δίς τρία, ἢ τρίς δύο, ἢ τέτταρα τε καὶ δύο λέγωμεν, πότερον ἐν πᾶσι τούτοις τὸ αὐτὸ ἢ ἕτερον λέγομεν; Θεαιτ. ταυτό. Σω. ἆρ' ἄλλοτι ἢ ἕξ; Θεαιτ. οὐδὲν, i. e. *numquid aliud quoddam, quam sex?* ad quae respondet aduersarius, *nihil.* Patet itaque, τί, minime ἀορίστως accipi posse in ἄλλοτι aggregato, in proposito Platonis loco: in quo ex responsione, quam facit aduersarius, patet, interrogatiue totam locutionem proferri debere. Si autem τί, interrogatiue acceptum, praeponatur toti aggre-

C 2 gato,

90) p. 111. edit. Basil. fol.

gato, pro τί ἄλλο ἢ, illatiuum et assertiuum sensum propositioni tribuet. Cumque assertiones in disputationibus aduersarii assensione indigeant, assensusque aduersarii non sumendus, nec narratione exponendus, sed interrogatione extorquendus sit, patet, ἄλλοτι ἢ, aggregatum ex ἄλλο et τί, nominibus, et particula ἢ, cuius illatiua significatio in affirmationem conuertitur, non posse accipi in proposito Platonis loco, in quo Socrates non *asserit*, nec *sumit*, sed *petit ab aduersario, concedatne, an neget, vt, qui quendam nouit, eum sensu etiam quandoque percipiat*, etc. vt supra.

Caeterum nihil causae est, cur voci ἄλλοτι, illatiuam significationem tribuamus, cum ad hoc significandum, οὖν particulam sibi adiungat, et fiat ἄλλοτι οὖν, de quo infra. Nec nego, nonnulla esse loca, in quibus iure suspicari possumus, ἄλλοτι, pro ἄλλοτι ἢ perperam in codicibus scribi, et contra ἄλλοτι ἢ, pro ἄλλοτι. Verum ea omnia, illaque item, in quibus recte ἄλλοτι scribitur, supra dicto modo examinando, tum veram scripturam, tum vocis propositae significationem comperiemus.

## Ἀλλ᾽ ὅτι.

ἀλλ᾽ ὅτι. Ἀλλ᾽ ὅτι autem, ex ἀλλὰ, collisam vltimam habente, et ὅτι *causatiuo* constat, et *nisi quod*, vel *praeterquam quod* significat, vt apud Synesium [91]), ὃ δὲ παρὰ πόδας ἐποίει τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ᾽ ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο. Vbi patet, priorem partem vocis huius non ἄλλο nomen,

91) cf. Viger. Idiotism. c. 8. sect. I. §. 11. qui etiam hunc Synesii locum habet.

men, quod supra dictum ἕτερον repetat, sed ἀλλὰ coniunctionem esse, pro ἢ *discretiua*, vel πλὴν, *exceptiua* acceptam, vt sit, οὐχ ἕτερον ἦν ἢ ὅτι, vel πλὴν ὅτι, etc.

Ἀλλ' ὅτι etiam ex ἀλλὰ et ὅτι, tam *caussatiuo*, quam *expositiuo*, respondet τῷ οὐχ ὅτι, propter vim aduersatiuam τοῦ ἀλλά. Plato IV. de Repub.[92]) οὐκ ἂν οἶμαι ἄξιοι λέγειν, ὅτι ὁ αὐτὸς ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται, ἀλλ' ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε, τὸ δὲ, κινεῖται. Eodem modo fieret oppositio τοῦ ἀλλὰ, ad ὅτι caussatiuum, οὐχ ὅτι ἐκλείπει ἡ σελήνη, διὰ τοῦτο ἡ γῆ ἐπιπροσθεῖ, ἀλλ' ὅτι ἐπιπροσθεῖ ἡ γῆ, διὰ τοῦτο ἐκλείπει ἡ σελήνη. Ἀλλὰ enim per se quoque aduersatur praecedenti negationi, vt οὐ χῖος, ἀλλὰ κεῖος, vt de ipso dictum est.

# Ἄλλοτι ἤ.

Ἄλλοτι ἢ, ex ἄλλο et τί nominibus, et ἢ, particula *discretiua*, seu *selectiua* constat. In quo aggregato τί particula, modo ἀόριστον est, vt infra declarabitur; modo ἐρωτηματικὸν, et tunc pro τί ἄλλο ἢ, i. e. *quid aliud quam*, vel *praeterquam* accipitur, vt apud Herodot. in Clio [93]), εἰ δὲ θελήσει τούτου τελευτήσαντος ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννὶς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν κτείνει δι' ἐμεῦ, ἄλλο τι ἢ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος; ἄλλοτι ἤ.



92) p. 409.

93) p. 47. Edit. Jungerman. fol. cf. Viger. Idiotism. c. 3. sect. II. §. 8. p. m. 120.

Quandoque ἐρωτηματικῶς acceptum, interrogationis ſignum aliquod ante ſe habet, propter quod, quamuis tota clauſula interrogatiue proferatur, non ideo ipſum ἄλλοτι, interrogationis ſignum eſſe dicitur; quippe cum ſingulae ipſius particulae propriam ſignificationem retineant. Praecedit autem interdum alterum τί, interrogatiue prolatum, et tunc τι, in ἄλλοτι, ἀόριστον eſt.
τὶ ἄλλοτι ἤ. Vt in Critone [94]): τι φῶμεν πρὸς ταυτα, ὦ Κρίτων, ἄλλο τί ἢ ὁμολογῶμεν; ἀντὶ τȣ̃, τί ἄλλο
ἆρα μὴ ἄλλοτι. ἢ, *quid aliud, quam fateamur.* Quandoque ἆρα μὴ, interrogatiua itidem nota, praecedit: vt Phaedone [95]), ἆρα μὴ ἄλλό τι ἡγȣ́μεθα εἶναι τὸν θάνατον, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τȣ̃ σώματος ἀπαλλαγήν; i.e. *num aliud quid* (arbitramur mortem) *quam animae diſceſſum à corpore?* Nonnunquam ἆρα ſolum praecedit, vt in ſupra citato loco Pla-
ἆρ' ἄλλοτι ἤ. tonis in Sophiſta [96]): ἆρ' ἄλλο τι ἢ ἕξ. Ex quibus colligitur, ἄλλοτι ἢ vocem, quantumuis interrogatiue proferatur, non tamen interrogationis ſignum eſſe; quippe cum ſemper conſtituentium particularum ſignificationem retineat. At in formalibus notis, voces, aut vna, aut omnes, quae vnamquamque conſtituunt, ſuam propriam ſignificationem deponunt, et aliam quandam induunt, quae non admodum ſapit conſtituentium naturam, vt proxime dictum eſt de ἄλλοτι formali nota [97]).

ȣ̓κ ἄλλοτι ἤ. Dicitur etiam *ſine interrogatione*, cum *negatio* praecedit, ȣ̓κ ἄλλοτι ἢ, *nihil aliud quam*, vel εἰ
εἰ ἄλλοτι. *conditionalis*, vt in Sympos. [98]) σκύπει ȣ̃ν ὅταν τȣ̃το λέγῃς, εἰ ἄλλοτι λέγεις, ἢ τόδε. et tunc τί nomen

94) c. 14.
95) c 9.
96) ſupra p. 28.
97) ſupra p. 26.
98) p. 186.

nomen ἀόριστον est. Siue autem τί interrogatiuum sit, siue ἀόριστον, semper particula ἢ ad nomen ἄλλο refertur, siue mox deinceps ipsum subsequatur, siue quibusdam interpositis.

Nonnunquam loco ἢ ponitur particula ἀλλ' ἢ, vt apud Platonem IV. de Repub. [99]) εἰς ἄλλοτι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι τις, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται. Videtur autem nomen ἄλλο repeti propter distantiam ἢ particulae, ab ἄλλοτι. ἀλλ' ἢ, pro ἤ.

Dicitur etiam ἄλλοτι ἢ aggregatum, *in principio interrogationis* positum, vt apud Platonem in Apolog. [100]) καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλιτε, εἰπὲ, ἄλλό τι ἢ περὶ πλείστου ποιῇ ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται; Vbi vocem ἄλλότι verbo περὶ πλείστου ποιῇ; ἢ particulam, τῷ ὅπως applicabimus, vt sit, ἄλλότι περὶ πλείστου ποιῇ ἢ ὅπως etc.

## Ἄλλοτι οὖν.

Ἄλλοτι οὖν, pro οὐκοῦν *illatiuo*, saepe accipitur apud Platonem, vt I. de Repub. [1]) Inductione infert Socrates, *nullam artem id, quod sibi vtile est, prospicere, et curare, sed rei subiectae, circa quam versatur. Quod etiam in arte medica*, ait, *fieri*, in illis verbis: ἄλλοτι οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐδεὶς, καθόσον ἰατρός ἐστι, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ τὸ τῷ κάμνοντι. Post ἄλλοτι οὖν. quae



99) p. 406. iam supra p. 21. auctor hunc locum attulit.

100) Vigerus Idiotism. c. 3. sect. II. §. 8. eundem habet locum Platon. Apol. Socrat. c. 12.

1) p. 377. cf. Viger. Idiotism. c. 3. sect. II. §. 8. p. m. 121. qui etiam hunc locum

quae subiungit alteram illationem: οὐκοῦν καὶ ὁ κυβερνήτης, etc. Ex qua illatione patet, ἄλλοτι οὖν etiam vt οὐκοῦν, illatiuum esse, etiamsi interrogatiue proferretur. In Gorgia [2]) etiam illatiue accipitur, et post οὐκοῦν subsequitur. Colligit enim ibi Socrates: *actiones omnes, non per se, sed finis gratia suscipi*, et, cum ex quibusdam singularibus hoc induxisset, addit: οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντες οὐ τοῦτο βούλονται, ὃ ποιοῦσιν. et proinde: ἄλλοτι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων ἄν τις πράττει, οὐ τοῦτο βούλεται ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττει.

## Αλλως τε καὶ [3]).

ἄλλως τε καὶ. Ἄλλως τε καὶ, *praesertim*, aggregatum ex ἄλλως, quod est *aliter*, et coniunctionibus τε et καὶ, *limitatiuum* est, et post se habet conditionem, vel causam subsequentem, siue expressam siue tacitam, ἄλλως τε καὶ εἰ, et ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ, ἄλλως τε καὶ ἐὰν. Acipitur autem modo pro *multo magis*, modo pro *multo minus*. Quando enim negatiua praecedit, pro *multo minus* accipitur, vt si dicas: οὐκ ἀδικητέον τινὰ, ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος εἴη, *nullus iniuria afficiendus est, multo minus si amicus*. Cum vero affirmatiua praecedit, *multo magis* significat, vt apud Xenoph. I, ἀπομνημ. [4]) ἔφη, δεῖν τοὺς μὴ ὠφελίμους ὄντας, ἄλλως

cum attulit, sed οὖν post ἄλλοτι non habet.

2) p. 310.

3) interdum etiam πάντως loco τοῦ καὶ additur, et significat *maxime*, *praesertim*. v. c. Aeschyl. in Eumenid. v. 729. Ἀπολλ. οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν, ἄλλως τε πάντως χ' ὅτε δεόμενος τύχοι. Sane aequum est venerantem afficere beneficio, maxime cum id roget.

4) cap. 2. §. 59.

ἄλλως τ' ἐὰν καὶ θρασεῖς ὦσι, πάντα τρόπον κωλύεσθαι. *praesertim si temerarii sint*, i. e. *multo magis coercendi sunt, si temerarii sint.* Et in II. ἀπομνημ. [5]) καὶ μὴν τούτων ἐγὼ τῶν μαθημάτων πάλαι ἐπιθυμῶ, ἄλλως τε καὶ εἰ ἐξαρκέσει μοὶ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, etc.

Notandum autem, conditionem, siue caussam, interdum non expresse, sed implicite poni per participium, quod tamen in conditionem resoluitur, vt apud Thucydidem [6]): ἄλλως τε καὶ προειπόντων. *praesertim vero cum praedixerint.* Isocrat. [7]) οὐ δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαίνων, ἄλλως τε καὶ συντόμως ἔχοντα. i e. ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἔχοι, vel ἐπειδή τις ἔχει. Aristoph. [8]) δεῖ ἀποδοῦναι τὰ χρήματα, ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι, i. e. ἐπειδὴ κακῶς πέπραγα. Sic Xenoph. II. ἀπομνημ. [9]) δοκεῖ δέ μοι τοῦτο κρεῖττον εἶναι, ἢ δεῖσθαι τινος ἀνθρώπων, ἄλλως τε καὶ μηδὲν ἔχοντα. i. e. ἐπειδὴ οὐδὲν ἔχω, etc.



5) cap 6. §. 30.

6) Haec obseruatio ab hoc loco aliena est, siquidem participium non pendet ab ἄλλως τε καὶ. Participia enim omnia resolui possunt particulis aut conditionalibus aut caussalibus. Vbi igitur ratio constructionis participium non admittit, post ἄλλως τε καὶ sequitur ἐπειδή, aut eiusmodi alia particula, v. c. Thucyd Hist. II, 3. ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον. *praesertim cum* (hostes) *nihil noui in quenquam molirentur.* Hic participium plane non locum habet. Hoc animaduersione erat dignum, interdum interponi inter τε et καὶ aliam particulam, v. c. Isocrat. Paneg. p. 105. ἄλλως τε, ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην. *praesertim cum orationem institui.* Nonnunquam etiam καὶ abest post ἄλλως τε. vt ap. eundem Isocr. ad Nicocl. de regno, p. 46. ἄλλως τε ἐπειδὴ ἀμφισβητοῦσιν. *praesertim cum dissentiant.*

7) in Panegyr. p. 122.

8) Nub. v. 1271. 1272.

9) cap. 8. §. 1.

Differt a voce καὶ ταῦτα, quod illa non argumentatur, sed solum conditionis intensionem denotat, vt de illa dictum est. Ponitur tamen ἄλλως τε, etiam pro καὶ ταῦτα, sine conditionis subsecutione, vt apud Isocratem in Panegyr. [10]) τίνες γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσαιεν, ἢ τοὺς ἥττους αὐτῶν, ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας, παραλιπόντες τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας; ἄλλως τε καὶ περὶ πραγμάτων οὐκ ἰδίων, ἀλλὰ κοινῶν. ἀντὶ τοῦ, καὶ ταῦτα περὶ πραγμάτων. Vnde patet, propter loquendi modum, et annexas particulas magis, quam sensu et significatione, has inter se particulas differre.

## CAPVT II.

## DE PARTICVLA ἀμέλει.

ἀμέλει. Ἀμέλει, quoad verbalem significationem, idem est quod θάῤῥει, i. e. *confide, bono animo esto*, vt apud Aristoph. in Nebulis [11]): πῶς ἂν μάθοι πόθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης. Στρ. ἀμέλει, δίδασκε. θυμόσοφός ἐστι φύσει. Vbi *cum dubitet Socrates, num possit adolescentulus quidam rhetoricae et dialecticae idoneus esse auditor: pater Socratem bono animo esse iubet*, ac si diceret, *doce modo, nam addiscentem videbis.* Et paulo infra apud eundem [12]):

Σωκρ.

10) p. 102. Significat etiam ἄλλως τε, *caeteroqui.* vid. Aristoph. Thesmoph. v. 297. Ἄλλως vero simpliciter saepe significat μάτην, etiam ὡς ἔτυχε, et ex oppositis cognoscitur. cf. Wassius ad Thucyd. VII. 42. et Duker. ad Thucyd. p. 260.

11) v. 872 -- 875. h. l. ἀμέλει est, quod nostrates dicunt: *sorge du nicht darfür.*

12) *supra* voluit scribere, est

Σωκρ. πῶς ἂν δυνήσει μανθάνειν; Στρ. ἀμέλει καλῶς. *bona animo esto, ne dubita, ne non sim optime percepturus, quidquid docueris.* Et rursum[13]): Στρ. τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον στόμωσον, οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Σωκρ. ἀμέλει, κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν.

Dicitur etiam *cum affectu querimoniae, et comminationis* ab eo, qui se iniuria affectum arbitretur, vt apud eundem in Ranis [14]): Διον. κατάθου τὸ δέρμα. Ξανθ. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι, καὶ τοῖς θεοῖσιν ἐπιτρέπω. Διον. ποίοις θεοῖς; τὸ δὲ προσδοκῆσαί σ' οὐκ ἀνόητον καὶ κενὸν, ὡς δοῦλος ὢν καὶ θνητὸς, Ἀλκμήνης ἔσει; Ξανθ. ἀμέλει καλῶς. ἔχ' αὔτ'. ἴσως γάρ τοι ποτὲ ἐμοῦ δεηθείης ἂν, εἰ θεὸς θέλοι. Quod ita pronunciandum est, quemadmodum hodie videmus indignabundos homines proferre comminationis verba iuncta querimoniae, indicem digitum transuersum ori admouentes, vel etiam mordentes. In quo etiam sensu verbi Imperatiui significationem prae se fert.

A qua significatione non declinat cum aduerbialiter pro *nempe* et *nimirum*, *videlicet* [15]), *scilicet*, et *vtique* [16]) accipitur, vt apud Plutarch. Sympos.

est enim v. 488. Schol. ad h. l. ἀμέλει, inquit, παρέλκει. ἀττικὴ δὲ ἡ φράσις. ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀθύμει. Abundare interdum et ornatus causa poni τὸ ἀμέλει, etiam Eustath. docet ad Il. β. et ad Odyss. ε. nec non Moeris in Atticista, sed in citato Aristoph. loco non abundat, praesertim cum καλῶς adiunctum sit augendi causa.

13) v. 1107 -- 1109.

14) v. 531 -- 536.

15) nempe *ironice.* cf. Viger. Idiotism. c. 7. sect. 3. §. 2.

16) et pro *exempli causa.* cf. Hoogeuen. ad Viger. l. c. p. m. 301.

Sympos.[17]) ἐφ' ᾧ καὶ φασὶν ἐξευρεθέντι θῦσαι τὸν Πυθαγόραν. πολὺ γὰρ ἀμέλει γλαφυρότερον τοῦτο καὶ μυστικώτερον ἐκείνου τοῦ θεωρήματος etc. *multo enim videlicet elegantius* etc. Qua ratione inter has particulas in hoc commentario deſcribitur vox haec, vt quae non, vt materiale vocabulum, aliquid ſignificet, ſed quae aliis ornamentum et efficacitatem afferat. Ad quem ſcopum particularum tractationem dirigimus, vt in praefatione dictum eſt.

Ponitur et in *aſſumtione*, vel *quaſi aſſumtione*, vt ἀλλὰ μὴν, et καὶ μὴν, pro *atqui:* vt apud Lucian.[18]) ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάξαντα, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων. ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει. Eſt enim ſenſus: *oportere eum, qui verbis docuiſſet, contemnendas eſſe diuitias, re etiam ſuperiorem ſe omni lucro oſtendere.* At ille talem ſe oſtendebat. Ex cuius conſequentis poſitione, videtur poni antecedens aliquod.

## CAPVT III.
## DE ἂν PARTICVLA, ET ἀνθ' ὧν, et ἀνθ' ὅτου.

ἄν. Ἂν particulae vim δυνητικὴν et ἀοριστολογικὴν, i. e. *potentialem* et *indeſinitae orationis effectricem*, tam-

17) Lib. VIII. quaeſt. 2. p. 720. A.

18) Hermot. c. 9. Apud Theophr. in Characteribus ἀμέλει ſaepe occurrit, etiam ita, vt reſpectu latinae linguae abundare videatur. v. c. Cap. 5. ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις etc.

tametsi omnes fere grammatici agnoscunt, tamen earum facultatum velut immemores, particulam hanc in eo, quod ipsi constituunt, expletiuarum et superuacanearum particularum genere collocant: sicut et complures alias, quas propter peculiarem quandam significationem, in nullo eorum generum, in quae illi coniunctiones distribuunt, collocare possunt. In qua re quid absurdius accidere potest, quam vt, quibus vim aliquam et significationem tribuunt, eas non a potiori facultate, sed a deteriori denominent: quamuis interdum praeter sui generis facultatem, vt superuacaneae accipiantur. Neque enim tale coniunctionum genus constituendum est, in quo non nisi superuacaneae particulae collocentur, quae inferciendi tantum orationem, et quasi rimas eius explendi officium praestent. Nam quas illi παραπληρωματικὰς vocant, quum pro diuersa earum significatione, alia ad aliud coniunctionum genus pertineat, propriamque significationem sui generis vnaquaeque habeat, quod illi etiam imprudenter fatentur, dum particulam ἂν, eiusque συνώνυμον κε, vel κεν, et alias quasdam, quas inter expletiuas collocant, in aliis etiam generibus recensent. Nonnunquam tamen apud auctores, et praesertim poëtas, ornatus, siue metri gratia, sua nudatae significatione accipiuntur. Nec solum ab vno genere coniunctionum in aliud nonnullas particulas transferunt, sed ex aduerbiis etiam voces, alias propriam et peculiarem habentes significationem, inter παραπληρωματικὰς coniunctiones traducunt, vt ἂν, aduerbium temporis, et πȣ, locale, seu coniecturale, et δῆτα, asseuerandi, et alias nonnullas. Et sic, id quod vocibus quibusdam diuersarum partium orationis accidit, vt videli-

delicet tanquam expletiuae et superuacaneae aliquando accipiantur, id, ac si vnum quoddam genus esset, in vnius partium orationis modum redigunt [19]).

Porro ἂν particula *omnibus modis verbalibus* iungitur, vno *Imperatiuo* excepto. *Optatiuo* namque et *Subiunctiuo*, ad distinguendam vtriusque modi multiplicem significationem, vt mox declarabimus: *Indicatiuo* [20]) vero et *Infinito* [21]), nec non et *participiorum vocibus* [22]), ad immutandam naturalem vocum illarum significationem iungitur. Cum itaque earum vocum, quae Optatiuo modo tribuuntur, ea significatio, a qua modus ille denominatur, manifesta sit et nominata: aliae autem significationes nec nominatae, nec adeo manifestae; necesse erat, signo aliquo ipsas ab optandi

19) Quorsum istae ambages? Paucis poterant absolui, quae de particula ἂν sunt obseruanda. Ac primum quidem, eam comitari tum nomina, tum verba, tum etiam particulas. Deinde per quatuor genera describi a grammaticis, quorum primum vocant δυνητικὸν, alterum ἀοριστολογικὸν, tertium ἐλλειπτικὸν, vltimum παραπληρωματικόν. Quod inter haec maxime eminet, est ἂν δυνητικὸν, quod inuoluit verbum δύνασθαι, nonnunquam etiam τὸ, ὀφείλειν et προαιρεῖσθαι.

20) Indicatiuo iunctum τὸ ἂν, obliquam facit orationem, v. c. Thucyd. VIII. 66. ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὓς οὐκ ἄν ποτέ τις ᾤετο *in his erant, quos nullus vnquam suspicatus fuisset.*

21) Verba *sentiendi* et *dicendi* plerumque post se habent verbum *Infinitum* cum ἂν, quod etiam latine per Accus. cum Infinit. reddendum. v. c. Thucyd. VI 64. τῶν Συρακυσίων τοὺς ἱππέας βλάπτειν ἂν μεγάλα. *equitatum Syracusanorum magnam calamitatem importaturum.* praecedit εἰδότες.

22) Participio adiectum ἂν, respondet Latinorum Participiis verbo substantiuo circumscriptis. Exempla vide a. Viger. Idiotism. Cap. 8. sect. 2. §. 13. et 16.

di sensu et vocum illius modi aequiuocatione discerni atque distingui.

Haec igitur particula potentialem modum, qui aequiuoce sub optandi modi vocibus dicitur, ab optandi modo distinguit. Cuius rei signum est, quod, cum Optandi modus per se, sine vllo suo signo, suam significationem prae se ferat: vt in illo Theognidis [23]), ἀλλά μοι εἴη ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. Et apud Sophoclem [24]): ὦ παῖ γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος. Et Iliad. α΄ [25]) ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ἐκπέρσαι πριάμοιο πόλιν. Et alibi sexcenties apud auctores. Si hanc particulam addas illiusmodi vocibus, non amplius optatiuum, sed potentialem sensum habebunt: vt, si dicas, ὦ παῖ γένοιο ἂν πατρὸς εὐτυχέστερος. et ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ἂν ἐκπέρσαι. et ἀλλά μοι εἴη ἂν ζῆν. Tunc voces εἴη, et γένοιο, et δοῖεν, non optandi, sed potentialis modi euadent. Patet igitur ex eo, quod optandi sensus particulam hanc respicit, modum illum, cui necessario adhaeret, diuersum ab illo esse, quamuis voce conueniat. ἂν δυνητικόν.

Porro potentialis modi exempla innumerabilia sunt apud auctores. In iis illud Aristotelis est in III. Ethic. [26]) δυνατὰ δὲ, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν, i. e. *quae per nos fieri possunt.* Et apud Aeschinem: [27]) σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; i. e. ἀφι-

23) v. 1151. 1152.

24) in Aiace flagell. v. 551.

25) v. 18. 19.

26) Opp. Tom. V. p. 246. ἂν abiecto, verba sic se habent: δυνατὰ δέ ἐστι, ἃ δύνανται δι' ἡμῶν γίνεσθαι. *Sunt autem δυνατὰ, quae nostrae sunt facultatis.*

27) in Ctesiphon. p. 77. edit. H Steph. fol. Edit. autem Reisk. p. 558. Vigerus hoc loco docet, γὰρ ἂν, cum Optat. interrogatiue posi-

ἀφιςἀναι δυνηθείης; quod Ariſtoph. expreſſit in Pluto [28]), σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθόν;

Nec vero potentialis modi voces tantum, ſed eae etiam, quae per verba *debeo*, et *volo*, explicantur, cum Optatiui modi vocibus aequiuoce dicuntur; a cuius aequiuocatione ἂν particulae adjumento, diſtinguuntur.

Voluntatis quidem ſenſus ſub optandi voce, eſt apud Ariſtoph. in Pluto [29]): Φεύγοις ἂν ἤδη τὰς πονηρὰς; ὡς τὰς δικαίας δ' ἂν βαδίζοις; Interrogat enim, *an prauos homines vitare, et ad bonos poſthac ſe velit conferre?* Neque enim *optat*, vt id praeſtet, nec *dubitat*, an poſſit, ſed interrogat, *an velit?* Eiusmodi eſt illud eiusdem ἐν εἰρήνῃ [30]). κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ τῆς ῥιπὸς πλέοι. Accipitur enim ibi πλέοι ἂν, non pro *nauigare poſſet*, vel *deberet*, ſed pro *nauigare vellet*, perinde ac ſi dixiſſet, προαιροῖτ' ἂν πλέειν. Sic in Vespis: [31]) ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. *Equidem vitam hanc cum quocunque alio bono nollem commutare.* Neque enim ἀπεύχεται, nec negat, ſe poſſe hanc commutare cum alia vita, ſed *nolle* ſe ait, et, quod ad electionem et inſtitutum ſuum attinet, id minime ſe facturum profitetur. Sic apud Demoſth. πρὸς Λεπτίνην [33]): ὅτε δ' ὑμεῖς, καλῶς

poſitum, *indignationem* vel *contemtum* ſignificare. cf. Idiotiſm. cap. 8. ſect. 2. §. 10.

28) v. 535.

29) v. 96. 97.

30) v. 698.

31) v. 506. hic ἂν repetitur, vt ſaepe, quorum alterum abundat, de quo infra pluribus.

32) p. 375. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 490.

33) p. 238. latine ſic reddendum eſt: qui iure ex vniuerſo terrarum orbe *exterminandi fuiſſent.*

καλῶς ποιοῦντες, καὶ κατὰ τὰς κοινὰς πράξεις καὶ κατὰ τὴν ὁμόνοιαν, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα, ἄμεινον ἐκείνων πράττετε, τοῦ χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἠθῶν ὀλιγωροῦντες ἐκεῖνα διώκοιτε; vbi per vocem διώκοιτε, neque *optat*, vt sequantur, neque *posse negat*, (falsum enim esset,) sed, *cur velint* alienas sequi consuetudines, interrogat; inferens, *minime debere ipsos id facere*. Hic sensus Optandi modi sensui aduersatur. Nam si enunciatiue proferas hanc ipsam interrogatiuam Demosth. locutionem, hoc modo: οὐκ ἔσθ' ὅτου χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων ἠθῶν ὀλιγαροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε, tunc Optandi modus clarius apparebit. Sensus enim erit, *nullam esse caussam*, *cur hoc velint*.

Modus quoque is, qui *oportere*, vel *debere*, significat, tametsi aliquando per obliqua Indicatiui tempora, et ἂν particulam effertur, hoc tamen fit, cum *de re* tantum *praeterita* est sermo, vt apud Isocratem in Archidamo: [33]) οἳ δικαίως ἂν ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὑπερωρίσθησαν. Vbi notandum est, nisi de re praeterita sermo sit, non posse hunc modum per Indicatiuum efferri. Si enim de *re praesenti*, aut *futura* esset sermo, per *Optandi* vocem diceretur ἐξορισθεῖεν ἂν, vt apud Hom. Il. β. [34]) τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις. i. e. *non deberes regibus maledicere*. Non enim *velle* ipsum aut *posse* maledicere *negat*, sed *non debere* ostendit.

Porro modus, quo *oportere* significamus, etiam *sine* ἂν particula, per Optatiui voces exprimitur, vt in illo senario apud Aristoph. in Vespis: [35]) ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *quam quis-*

33) Huc pertinet vltima nota pag. anteced. ex quodam errore translata. Et ead. pag. 48. lin 26. pro 33) legi debet 32).

34) v. 259. 35) v. 1422.

*quisque norit artem, in hac se exerceat.* In quo exemplo deest ἂν particula, quae verbo ἔρδοι debetur. Qui modus, quamuis sub imperandi modo reduci possit; scilicet, quamuis in supra dicto exemplo vocem ἔρδοι per ἐρδέτω interpretari possimus, id tamen per enallagen accidit [36]). Nec vero modorum et aliarum partium enallage partes ipsas confundit, ita vt non formaliter altera ab altera distinguatur. Ita volendi modus a potentiali modo ac debendi formaliter differt; tametsi nonnulla occurrunt, quae sub omnes hos modos reduci possunt, vt illud Sophoclis in Aiace [37]): Αθ. σίγα νῦν ἑστὼς, καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων. Οδ. μένοιμ' ἂν ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν. vbi μένοιμ' ἂν, pro *volo manere*, et pro *possum*, et pro *debeo manere*, accipi potest: magis tamen ad *voluntatis* modum accedit, vt apud Aristoph. in Equit. [38]). Δημ. βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσι φράσω; Νικ. οὐ χεῖρον. ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα, Δημ. λέγοιμ' ἂν ἤδη. vbi λέγοιμ' ἂν manifesto pro βούλομαι λέγειν accipitur. Alibi *debendi* sensum habet, vel *potentialem:* vt in Equit. [39]) Ἀλλ. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί, ἵνα σ' εὖ ποιῶμεν ἐξ ἴσου. Δημ. δρᾶν ταῦτα χρή. ἄπιτον. Αλλ. ἰδού. Δημ. θέοιτ' ἄν. quod pro *potestis*, vel, *debetis currere*, accipi potest. Sic in Ecclesiaz. [40]). Πρ. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχη

36) Haec enallage Atticis vsitata est. Nam pro λέξον dicunt λέγοις ἄν, *dic modo,* vt infra in Aristoph. loco n. 39. pro κλῦθι, κλύοις ἄν, *audi*, ap. Lycophron. Alexandra. Omittitur etiam ἄν, vt h. l. ἔρδοι, pro ἔρδοι ἄν. cf. H. Steph. in Append. de Dial. p. 136.

37) v. 87. 88.

38) v. 36—40.

39) v. 1156—1158.

40) v. 131.

τύχῃ 'γαθῇ. Γυν. ἰδȣ̀. Πρ. λέγοις ἄν, i. e. *licet loqui*, vel *debes*.

Nec vero in Optatiui modi vocibus duntaxat vim *δυνητικὴν*, et *voluntatis* ac *debendi* ſenſum obtinet, ſed in *Indicatiui* quoque modi, et *Infiniti*, et *Participiorum* vocibus. Tanta enim eſt huius particulae vis, vt *Indicatiui* quoque modi obliquis temporibus appoſita, cum ipſis praedictos modos referat. De huius particulae conſtructione cum Indicatiui modi vocibus, ſciendum, originalia tempora, videlicet *Praeſens* et *Futurum*, nec non *Praeteritum perfectum*, cum directe et definite eſſe, vel factam eſſe, vel futuram rem aliquam enuntient, et in actu ponant, minime obliquorum modorum ſenſum recipere poſſe: nec eorum quidem ſigna, quae actum tollunt, et ad potentiam redigunt; cuiusmodi eſt ἂν particula, quae *ceteris omnibus Indicatiui modi vocibus appoſita*, *eas addicit conditioni aut tacitae aut expreſſae*, vt potentialem, vel voluntatis modum referant, et ſimpliciter actum deponant, vt: ἔγραφον ἄν, i. e. *ſcriberem, niſi hoc eſſet*; et: ἐγεγράφειν ἄν, et ἔγραψα ἄν, *ſcripſiſſem niſi* [41]). Quae conditio exprimitur apud Sophoclem in Aiace [42]): κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγὼ, *et quidem effeciſſet, ſi ego*



41) ἂν, ſiue expreſſum, ſiue ſubintellectum, Indicatiuum habet loco Optatiui vel Subiunctiui rum, cum ſignificandum eſt aliquid vel eſſe, vel fieri potuiſſe. Demoſth. Philipp. I. ſtatim ab initio: εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τȣ́των ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον. *Si quid mihi ab his dictorum placuiſſet, quieuiſſem.* Nonnunquam tamen ἂν cum Indicatiuo non obliquam efficit orationem. v. c. Ariſtoph. in Pluto, v. 1143. ἦκε γὰρ ἄν σοι πλαϛὸς εὖ πεπεμμένος. *nam placenta bene piſta tibi obueniebat.*

42) p. 45.

*ego neglexissem.* Sic Isocrat. in Areopag. [43]) ὧν ἐδὲν ἂν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν. *quorum nihil efficere potuissent, nisi aliis natura longe praestitissent.*

Sine conditionis quoque subsecutione per ἂν particulam, et per *Indicatiui* voces, actus tollitur, et potentialis vel debendi vel voluntatis modus efficitur. *Voluntatis* modi exemplum est apud Isocrat. in Paneg. [44]) οἱ πολὺ ἂν ἥδιον κοινῇ τὴν Ἀσίαν ἐπόρθεν, ἢ πρὸς ἀλλήλες ἕνεκα μικρῶν ἐκινδύνευον. vbi ἐπόρθεν ἂν, pro πορθοῖεν ἂν dictum est, i. e. *praedari vellent.* In illo vero Demosthenis: [45]) ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτῦ, εἴτι περὶ ἐμῦ γέγραφεν, particula ἂν actum tantummodo tollit, non item ad potentiam reducit, cum de re praeteriti temporis sit sermo. Non enim *potuisse*, vel *voluisse*, nec *debuisse illum mentionem facere affirmat*, sed *futurum fuisse, vt se ipsum accusaret, si se accusare aggressus esset.* Vbi vox ἐμέμνητο non tam *Plusquamperfecto*, quam *Praeterito imperfecto* tribui potest.

Caeterum *Praeterito* quoque *perfecto* iungi particulam hanc Budaeus [46]) ait, tametsi Gaza [47]) negauerit, afferens contra Gazae praeceptum ex Isocrate περὶ τῆς ἀντιδόσεως exemplum [48]): ἐκείνως ὑμᾶς ἡγῦμαι τάχισ' ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης. Ex quo tamen exemplo non colligitur, Indicatiui Praeterito perfecto iungi particulam hanc:

43) p. 302.

44) p. 134.

45) de Corona, p. 324. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 251.

46) Comment. Gr. ling. p. 497.

47) Institutt. Lib. IV. p. m. 367.

48) p. 622.

hanc: cum ἀφεῖσθαι vox non Indicatiui, ſed Infinitiui modi ſit.

Iungitur etiam Plusquamperfecto Indicatiui apud Xenoph. in Oeconomico [49]): ὅτι μὲν δεῖ γράμματα ἐπίςασθαι ἠκηκόειν ἄν. Vbi δυνητικῶς, vel potius ἀοριςολογικῶς, et ςοχαςικῶς [50]) accipi videtur, pro ἀκήκοα δήπε, vel οἶμαι ἀκηκοέναι, quod tamen planius per Optatiuum ἀκηκόοιμι ἄν diceretur.

Eſt et alia loquendi forma, cum per *Indicatiui modi paratatĭcum et Aoriſtum*, rem praeteritam et factam, non vt factam, ſed quae fieri poſſet, vi huius particulae ſignificamus; hoc autem eſt, actum ad potentiam reducere [51]). Qui modus a ſuperiore, in quo conditio ſubſequitur, eo diſtat, quod in illo (vt conditio indicat,) nihil *ineſſe* ponitur, in hoc vero id, *quod iam fuit in actu*, ad potentiam reducimus, ſine vlla conditione. Exempla huius ſunt apud Ariſtoph. in Pluto: [52])



49) cap. 15. §. 7. p. 75. Edit Bachi. Et cum Plusquamperf. Indicat. Paſſiui: vt ap. Demoſth. de Corona, ἐξήρπαςο ἂν τοιῦτος. *homo eiusmodi ereptus fuiſſet*, cf. Viger. Idiotiſm. p. m. 348.

50) h. e. quo res non pro certo, ſed quod opinamur, affirmatur.

51) cf. ſupra n. 41.

52) v. 983—987. ἂν huius loci non inepte vocaueris διηγηματικὸν, cui in vernacula noſtra reſpondet *einmahl*. Locus hic germanice ſic habet: Einmahl *forderte er 20 Drachmen, zu einem Kleide, wie er ſagte. Wieder* einmahl 8 *zu Schuhen.* Einmahl *hieß er mir ſeinen Schweſtern Röcke kauffen, und der Mutter einen Mantel.* Einmahl *brauchte er auch 4 Scheffel Waizen.* Et infra v. 1013. Chremylus: ἔπειτ' ἴσως ᾔτησεν ἄν σ' ὑποδήματα. *darnach hat er auch wohl* einmahl *Schuhe verlangt!*

ἀλλ' ἀργυρίȣ δραχμὰς ἂν ἤτησ' εἴκοσιν εἰς ἱμάτιόν γ'. ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα. καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον ἐκέλευσεν ἂν, τῇ μητρί τε θοιμάτιδιον. πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδιμνων τετ]άρων. Et in Vefpis: 53) οὐ μὴν προτȣ͂ γ' ἐφολκὸς ἦν. ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων. et paulo infra: 54) ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη τις, κάτω κύπτων ἂν ȣ͂τω, λίθον ἕψεις, ἔλεγεν. Sic Xenoph. I. ἀπομνημ. 55) περὶ μὲν οὖν τῶν ταῦτα πραγματευομένων τοιαῦτα ἐγεν. αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπινων ἂν ἀεὶ διελεγετο. In huiusmodi autem exemplis ἂν particula prae fe fert ἔννοιαν ἀοριστολογικὴν, de qua eius facultate, quia περὶ τῆς δυνητικῆς fatis fupra dictum eft, mox nonnulla dicenda funt, et expendendum, quibusnam verbalium modorum in hac fua facultate iungatur: fi tamen, quod fupra dictum eft, particulam ἂν cum *Futuro Indicatiui*, non coniungi, quomodo id intelligi debeat, declarauerimus.

In materia quidem neceffaria, fiue abfolute, fiue cum conditione enuntietur Futurum Indicatiui, cum ἂν particula non colligatur: in *contingenti* vero *materia* nihil prohibet Futurum Indicatiui modi ἂν particulam admittere δυνητικῶς, cum, de natura futuri contingentis fit, nihil definitè ponere. Galenus in primo de cauf. pulfuum: εἰ γάρ τι καὶ παρεῖται κατὰ ταύτας, ῥᾳδίως ἐκ τῶν προειρημένων ἂν εὑρεθήσεται. *facile inueniri poterit.* Non

53) v. 268. hic locus Ariftoph. et alter e Xenophonte in libris melioribus aliter legitur.

54) v. 279.

55) Cap. I. §. 15. vnde Deuarius fumferit ἂν ἀεὶ nobis non conftat. Leunclav. et Erneftia Editio habent: αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἀεὶ διελέγετο.

Non enim necessario inuentum iri, sed *posse inueniri* ait. Sic Xenoph. V. παιδείας. [56]) ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τοσούτῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν ἀριστήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν. *poterimus prandere et coenare.* Apud Isocratem autem in Areopag. [57]) ἡμεῖς γάρ, ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νῦν οἰκοῦμεν. οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, καὶ βιωσόμεθα καὶ σχεδὸν ἅπαντα κατὰ πεισόμεθα καὶ πράξομεν, etc. vbi futurum tempus, quia a conditione pendet, non necessario ponit, futuram esse rem, de qua est sermo, ideoque potentialem sensum recipit.

Porro facultas ἀοριστολογικὴ non solum ita, vt proxime dictum est, conuenit obliquis temporibus Indicatiui modi, quando videlicet, quod in actu fuit, non vt in actu, sed sub potentiae specie recitatur, vt in exemplis supra citatis, et apud Aristoph. in Pluto [58]): καί τοι τότε, ὅτ' εἶχον οὐδέν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς. ὁ δ' ἂν ἐκαλλιερεῖτό τις. et in similibus: verum etiam, si de re praeteriti temporis, et in actu posita, sub nulla potentiae specie sit sermo, paratatico Indicatiui conuenit, vt infra declarabitur. In Subiunctiui vero modi vocibus, facultas ἀοριστολογικὴ, coniuncta est τῇ δυνητικῇ, ita tamen, ἂν ἀοριστολογικόν.



56) p. 103. extrema. Edit. Basil.

57) p. 302.

58) v. 1179—1182. hoc ἂν ἀοριστολογικὸν, *indefinitum*, non verbis tantum, sed et nominibus rei qualitatem et quantitatem, item particulis locum, tempus, et alia rerum adiuncta declarantibus additur, v. c. ὅταν, ὁπόταν, quod proprie scribendum ὅτ' ἄν, ὁπότ' ἄν, ac respondet latino *cunque*. ἂν autem est proprie ἐάν, per aphaeresin τοῦ ε.

men, vt vis quidem δυνητικὴ praedicato verbo semper adhaereat, vel certe supprimatur; ἀοριστολογικὴ autem adiunctae parti tribuatur, vt, ὅ, τι ἂν εἴπῃς, *quicquid*, vel, *quodcunque dixeris*, h. e. *dicere poteris*. Interdum enim vis δυνητικὴ supprimitur, vt apud Isocrat. in Plataico [59]): ὅτι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν ἤλπισαν ἔσεσθαι ποιεῖν ὅ, τι ἂν βουληθῶσιν. *quodcunque voluissent*. Et alibi apud alios auctores.

In Optatiui vero vocibus non semper vtramque facultatem in vnum redigi contingit. Nam si de re praeterita Optandi vocibus vtamur, patet, praedicato verbo quod definite dici necesse est, facultatem δυνητικὴν, quae ad futurum tempus refertur, tribui non posse. Tunc autem ἂν particula, *a verbo recedat, et adiunctae parti adhaereat*, necesse est, vt apud Demosth. in secundo κατὰ Φιλίππου [60]. ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο, οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Sic apud Aphtonium: ἐμαρτύρησε δὲ αὐτῷ καὶ Θουκυδίδης ὁ μαθητής, ὅτι ᾧ ἂν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν ἐν ταῖς δίκαις. In quibus exemplis cum de re praeterita et definita sit sermo, voces verbales minime δυνητικῶς accipi possunt; quippe cum facultas δυνητικὴ, vt paulo ante dictum est, indefinitum sensum efficiat, et ad futurum tempus referatur. Nec vero sub debendi aut voluntatis modum redigi possunt, quae hac ratione potentialem sensum habere non possunt. Vnde patet, particulam ἂν in huiusmodi locutionibus, praedicatis verbis iungi non posse. Si enim iungeretur, vtique vnum ex supra dictis modis efficeret.

Restat

59) p. 592. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 122.
60) est oratio III. p. 49.

Restat igitur, vt adiunctae parti tribuatur in constructionis distributione, minimeque δυνητικῶς, sed ἀοριστολογικῶς accipiatur, vt οὓς ἄν, *quoscunque*, et ᾧ ἄν, *cuicunque*. Cuius rei argumentum est, quod, si de re indefinita et futura loquamur, tum particula ἄν non solum ἀοριστολογικῶς adiunctis partibus, sed etiam δυνητικῶς verbis ipsis applicabitur, vt apud Platonem in Sympos. [61]) ζητεῖ δ' οἶμαι καὶ οὗτος τὸ καλὸν, ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν. Vbi non solum ἐν ᾧ ἄν, sed et γεννήσειεν ἄν, i. e. *generare possit*. Nec in nominibus duntaxat, et articulis hoc accidit, sed etiam in *aduerbiis*: vt ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [62]): ἐν τίσιν οὖν σὺ νεανίας, καὶ πηνίκα λαμπρὸς; ad quae respondet: ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τὶ κατὰ τούτων δέοι. Vbi ἡνίκ' ἄν, ἀοριστολογικῶς, et δέοι ἄν, δυνητικῶς, quatenus ad futurum refertur, dicere possumus: quanquam suspicari posset aliquis, verbum δέοι, cum neque optandi, neque debendi, nec voluntatis, nec potentialis modi sensum habeat, neque ad praeteritum tempus referri possit; idcirco ne in Optatiui quidem modi voce scribi debere, sed in Subiunctiui potius, quoniam nec Indicatiui vocem, nec sensum habere potest. Nam, cum Indicatiuus modus directe res enuntiet, et in actu ponat, reliqui oblique, ita vt nec esse, vel non esse, nec fore, vel non fore, nec fuisse, vel non, ex ipsis colligatur: optandique vocum qualitates minime δέοι, voci, applicari possint, vt dictum est; restat, vt Subiunctiui modi esse dicatur.

Porro per se quoque Subiunctiui modi vocibus competit ἄν particulae facultas ἀοριστολογικὴ, vt



61) p. 189. 62) p. 357. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 329.

vt apud Platonem in Phaedro [63]): καλὸν γ8ν ἂν ὦ Σώκρατες εἶδος ἦ κατανενοηκὼς, ὁ τ8το λαβών. Vbi κατανενοηκὼς ἦ, pro κατανενοήκη, dictum eſt. In quo exemplo Budaeus ἦ, pro εἴη, dictum eſſe docet: cum tamen non δυνητικῶς, ſed ἀοριςολογικῶς, vel potius ςοχαςικῶς intelligatur. Δυνητικῶς etiam iungi cum Subiunctiuo ἂν particulam, idem Budaeus affirmat, quod exemplo Iſocrat. ex Panegyr. [64]) probat, οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμεῖς πεπείρασθε, ὥς᾽ ἄρις ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν. In quo tamen exemplo, vt recte quis vim δυνητικὴν tribuerit ἂν particulae, ſic minime aſſeuerare poterit, recte per ἦτα ſcribi penultimam vocis διδάξητε, et non potius διδάξοιτε in Optatiui voce, vt ſit pro διδάξαι δυνηθείητε.

Cum igitur non verbis, ſed adiunctis verbo partibus adhaereat ἂν particula, in ſignificatione ἀοριςολογικῇ, contingit nonnunquam, vt *Indicatiui* quoque *modi Praeteritis iungi videatur* ἀοριςολογικῶς, idque de re praeterita et in actu poſita. Quod abſurdiſſimum eſſe videtur his, qui non animaduertunt, non verbo, ſed adiunctae parti tribui ἂν, ἀοριςολογικὸν, v. c. apud Herodot. in Clio [65]), inducitur Aſtyages, ſeruo cuidam imperans, vt Cyrum nuper natum perdat, in illis verbis: λάβε τὸν ἂν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα. Vbi particula ἂν, in conſtructionis diſtributione non verbo, ſed articulo applicanda eſt, τὸν ἂν, i. e. ὃν ἂν, *quemcunque*, vel, *qualemcunque peperit*, ſeu, *pepererit Mandane.* Quod ſi de re futura eſſet ſermo, per Optatiui vocem diceretur ὃν ἂν τέκοι,

63) p. 209. edit. Baſil. fol. vbi legitur pro ἦ, εἴη, vt Budaeus mauult.

64) p. 108.

65) p. 46. Edit. Iungerman.

τέκοι, *quidquid paritura sit.* Sic apud Ariſtoph. in Veſpis [66]), *quidam inducitur, qui, cum in ius aduerſarium vocaſſet, isque non ita commode reſpondiſſet; ipſe teſtem admonet, vt, quidnam ille reſponderit, memoriae mandet.* Verba ſunt: ἀλλ' ὧν σὺ μέμνησ' αὐτὸς ἃ 'ν ἀπεκρίνατο. Vbi cum ἃ 'ν colliſum pro ἃ ἂν legatur, vel ex ipſa colliſione manifeſtum eſt applicari particulam ἂν, articulo ἃ, vt ſit ſenſus: *vt non modo, quae poſtremo dixerat aduerſarius, ſed omnia, quaecunque prius dixiſſet, memoriae mandaret.*

*Infiniti* quoque modi vocibus nonnullas qualitates tribuit haec particula, per quam tum *voluntatis*, tum *potentialis modus* refertur. *Voluntatis* exemplum eſt apud Demoſthenem, ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. [67]) ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησι ἡμῶν δοκῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; eſt enim ἀναλῶσαι ἂν, pro, *voluiſſe impendere.* Frequentius occurrunt *Potentialis* exempla: quale eſt illud Iſocrat. ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. [68]) ἐκείνως ὑμᾶς ἡγοῦμαι τάχιστ' ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης, *liberari poſſe.* In illo vero Demoſth. ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας [69]); ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι, particula ἂν non potentia-

66) v. 1425. *Metarius* in Dialect. gr. ling. p. 13. Edit. Lond. huic Ariſtoph. loco, duo alia ex Sophocl. Aiace flagell. v. 1105. 1106. adiungit, vbi ἃ, ante ἂν eliſum, et ſcribendum ἂν ἡδώμεθα, et ἂν λυπώμεθα.

67) p. 328. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 262. vbi ſic legitur: ἆρά γε — τοῖς πένησιν ὑμῶν — τὰ δίκαια ποιεῖν, οἱ πλούσιοι.

68) p. 622.

69) p. 242. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 441. vbi ita legitur: ἀλλὰ ταῦτα πάντα ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι.

tialem modum efficit, cum de re praeterita et certa ſit ſermo; ſed actus tantum per ἂν particulam tollitur, et tacitae vel expreſſae conditioni verbum ſubiicitur.

Exprimitur etiam potentialis et voluntatis modus per *Futurum Infinitiui* modi ἂν particulae iunctum; idque plerumque praecedentibus verbis νομίζω, φημὶ, ἐλπίζω, προσδοκῶ, et ſimilibus [70]). Iſocrat. in Buſir. [71]) ἐνόμιζε γὰρ, τὰς τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν, *negligere potuiſſe*, vel *etiam neglecturos facile fuiſſe*. Aeschines περὶ τῆς παραπρεσβείας [72]): Futuro Infinitiui tribuit ἂν particulam: τὴν τάξιν τοῦ πρῶτος λέγειν οὐκ ἂν ἔφη παραλιπεῖν, οὐδ' ἐπιτρέψειν τινί, etc. Nam et *Aoriſto* iungitur iisdem verbis praecedentibus: tunc enim aoriſto vim *futuri* tribuit in ſenſu potentiali, vt infra paulo docebimus. Sic apud Xenophon: ἀπομνημ. II. [73]) ἐξ ὧν ἐλπίζω, σφόδρ' ἄν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. Vbi γενέσθαι ἂν, vel *poſſe fieri*, vel *futurum eſſe* ſignificat. Debendi exempla in Infinito in promtu non habeo, puto autem multa inueniri apud auctores.

*Participiis* etiam *potentialem ſenſum* tribuit haec particula, vt apud Iſocr. in Panegyr. [74]) εὑρίσκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως ἡσυχίαν ἄγουσαν, πλὴν εἰ δόξειε ταῖς πόλεσι, et reliqua. Vbi fortaſſe pro ἄγουσαν, rectius legeretur ἄξουσαν, in futu-

70) vide ſupra n. 21.

71) p. 442.

72) p. 42 Edit. H. Steph. fol. Edit. Reisk. Oratorum graec. Vol. III. p. 280.

73) cap. I. §. 27.

74) eſt in Orat. ad Philipp. p. 164.

futuro. Eſt enim ſenſus: *Graeciam nullo modo in poſterum quiescere poſſe, niſi* etc. Nam cum ad illud vsque tempus non quieuiſſet, deliberandum erat, quonam modo in poſterum quieſcere poſſet. Haec certe particula vocibus participiorum Aoriſti iuncta, futuri ſignificationem ipſis tribuit in ſenſu potentiali. Demoſth. κατὰ Μειδίου [75]). τοῦ δὲ μηδένα ὑβρίζειν τὸ λοιπὸν, τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα διδόναι, μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον. *Ne autem in poſterum quisquam iniurius ſit, hoc ſolum praeſtiturum, ſi, vt quisque damnatus fuerit, ita debitam poenam luerit.* γενόμενον ἂν, pro γενησόμενον dixit. Sic Iſocr. in Areopag. [76]) εὑρίσκω γὰρ ταύτην ἂν μόνην γενομένην, καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν, καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν. Hic γενομένην ἂν dixit pro γενησομένην. Et alibi [77]): οὐκ ἂν οἴεσθε τοὺς βαρβάρους προξένους αὐτῶν πάντας ὑμᾶς ποιήσασθαι, pro ποιήσεσθαι. Sic Ariſtoph. IV. τῶν μετὰ τὰ φυσικά: [78]) οἱ ποιηταὶ τὸν Ἀτλάντα ποιοῦσι τὸν οὐρανὸν ἔχειν, ὡς συμπεσόντα ἂν ἐπὶ τὴν γῆν. *tanquam alioqui in terram collapſurum.* Vbi ſubauditur conditio, et vi ἂν particulae, actus tollitur, et ad potentiam reducitur. Sic apud Demoſthenem

75) p. 390. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 526.

76) p. 278.

77) Orat. ad Philipp. p. 210.

78) Opp. Tom. IV. p. 453. in Edit. Aureliae Allobrog. in lucem edita, hic locus ita legitur: οἱ ποιηταὶ τὸν Ἀτλάντα ποιοῦσι τὸν οὐρανὸν ἔχειν, ὡς μὴ συμπέσοιτ' ἂν etc. Vnde lectio haec ducta ſit, nobis non conſtat. Sed illa elegantior eſt. Budaeus in Comment. gr. l. p. m. 525. hunc locum breuiloquentia inſignem notat, et συμπεσόντ' ἂν, vel ἀντὶ τοῦ, ὡς συμπεσόντ' ἂν ἄλλως, vel, ἀντὶ τοῦ, ὡς, εἰ μὴ ἦν τοῦτο, συμπεσόντ' ἂν, poſitum eſſe ait.

nem [79]): ἡμεῖς δ' οἱ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις. *qui succensere potuissemus.* De praeterita enim re δυνητικῶς loquitur, actu ad potentiam redacto, quod sexcenties apud alios quoque auctores inuenitur. In Indicatiuum etiam, conditioni subiectum, participiorum voces, adiumento ἂν particulae, resoluuntur, vt apud Demosth. πρὸς ἄφοβον. [80]) ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐζήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας. In quo exemplo Budaeus alterum ἂν, δυνητικὸν, alterum, παραπληρωματικὸν esse censet, cum tamen necessario apponatur participio, ad conditionem indicandam, quae necessario hic requiritur. Non enim ponit, *aduersarium voluisse rem proferre:* imo ostendere vult *noluisse ipsum rem proferre*, concludens hoc modo: *Si rem proferre voluisset, profecto puerum poposcisset: quod cum non fecerit, patet ipsum noluisse.* Quod autem haec particula hunc sensum Participiis tribuat, patet ex loco Isocratis in Panegyr. [81]) καὶ τοσούτου πολέμου τὴν Ἀσίαν περιστάντος. τί δεῖ τὰ συμβησόμενα λίαν ἀκριβῶς προαγορεύειν. Vbi, quamuis de re futura, quae conditionem habet, loquatur; tamen propter defectum ἂν particulae, latet huiusmodi sensus, ita vt de re praeterita loqui videatur.

ἂν ἐλλειπτικόν. Vt enim τὸ ἂν nonnunquam abundat geminatum, sic *interdum deest*, non solum in *Participiis*, sed in *modis* etiam *verbalibus*, in quibus nonnun-

79) de Corona, p. 326. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 257. vbi sic legitur: ὑμεῖς δ' οἱ καὶ μεμψάμενοι etc.

80) est Oratio III. in Aphob. p. 562. A. Edit. Reiskii, Vol. II. p. 849. vbi pro ἐζήτησεν ἂν legitur ἐζήτησεν ἄν.

81) p. 146.

nunquam neceſſario requiritur, vt apud Demoſthenem: [82]) ταῦτά μοι πάντα πεποίηται. καὶ ὐδεὶς ποτε εὕροι τὸ καθ' ἐμὲ ὐδὲν ἐλλειφθέν. Vbi aperte deeſt ἂν δυνητικὸν, vt ſit, εὕροι ἄν, *inuenire poſſet*. Sic in *debendi* ſenſu et Subiunctiui voce apud Plutarchum de Cicerone: [83]) γινώσκω ὃν φύγω, ὐ γινώσκων πρὸς ὃν φύγω. *fugere debeam.* Vbi ἄν, articulo applicatum, verbo quoque ſuam ἀοριστολογίαν impertitur. Caeterum exempla, in quibus Participia, particulae ἂν ſociata, *in conditionem* reſoluuntur, non pauca inueniuntur. Ariſtoph. in Neb. [84]) μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον. Vbi αἰτήσαντος ἄν, pro εἰ ᾔτησας dictum eſt.

Subauditur ἂν etiam non ſolum πρὸς περιουσίαν, verum etiam ἐξ ἀνάγκης, vt in proxime dicto Iſocratis loco in Panegyr. vbi de re futura et, quae nondum in actu erat, propter defectum huius particulae, vt de praeterita loqui videtur: καὶ τοσύτυ πολέμυ τὴν Ἀσίαν περιστάντος, vbi legendum eſſet περιστάντος ἄν, vt in conditionem reſolui poſſit oratio, ἐὰν περιστῇ. Sic in Plataico: [85]) τύτοις μὲν γὰρ εἰρήνης ὔσης, ὐ προσῆκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων. ἐκεῖνοι δ' ἐν τῷ πολέμῳ προδοθέντες, εἰκότως ἂν παρ' ἡμῶν τὴν μεγίστην δίκην ἐλάμβανον. Cum enim Participiorum praeterita tempora adiumento huius particulae in conditionem reſoluantur, et ex actu ad potentiam reducantur, ſi deſit haec particula, Parti-

82) de Corona, p. 348. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 309. vbi legitur, καὶ ὐδεὶς μήποτε ἀνθρώπων εὕροι, etc. D. verba ſunt: ὥστ' ἔχειν μὲν οἷ φύγῃ, μὴ ἔχειν δὲ πρὸς ὃν φύγῃ.

83) in vita Cic. p. 879.

84) v. 1385.

85) p. 584.

Participii vox in sua significatione remanet, et praeteritae rei narrationem repraesentat, vt in proximo Isocratis exemplo, vbi cum Plataeenses excuset, *quod belli tempore a Lacedaemoniorum amicitia non recesserint, id metu ipsos fecisse ait. Nam si hoc fecissent, iure optimo, vt proditores, Lacedaemoniis poenas dedissent.* Quare in conditionem soluendum est participium προδοθέντες, et pro εἰ προεδόθησαν exponendum. Quod sine ἂν particula fieri non potest, et idcirco ipsam subintelligi necesse est: quanquam aperte nunquam solet ἂν particula cum εἰ conditionali coniungi. Sic infra in eadem oratione [86]): εἰς νῦν τἀναντία ψηφισάμενοι, πολλοὺς ἐπιθυμεῖν ποιήσετε τῆς ὑμετέρας φιλίας. Subauditur ἂν, vt sit, ψηφισάμενοι ἂν, pro ἐὰν ψηφίσησθε. Illud etiam animaduertendum est, verba nonnunquam adiumento huius particulae subintelligi a superioribus repetenda, vel ex ἀναλόγου subaudienda. Vt apud Platonem in Phaedro: [87]) δόξαν μὲν ἔγωγ' ἂν συγχωροίην. τὰ δ' ἕτερα ταῦτα οὐκ ἄν, repetendum est verbum συγχωροίην. Et apud Isocrat. in Panegyr. [88]) τοσαύτην ποιησάμενοι σπουδὴν, ὅσηνπερ ἂν τῆς ἑαυτῶν χώρας πορθουμένης. Vbi verbum repetendum est, vt sit integra oratio: ὅσηνπερ ἐποιήσαντο ἄν, i. e. *tantum studii et festinationis adhibuerunt, quantum adhibere potuissent, si suum agrum vastari vidissent.* Quanquam in hoc Isocratis exemplo suspicari aliquis posset, ἂν particulam participio πορθουμένης iunctam, in conditionem resolui posse, vt sit πορθουμενης ἄν, pro εἰ ἐπορθεῖτο. De qua particulae huius facultate cum Participii vocibus iam supra dictum est.

Alibi

86) p. 594. 87) est in Philebo, p. 164. 88) p. 114.

Alibi certe apud Isocratem, clare patet, repeti debere verbum, vt οὐχ ὡς συμμάχοις ἡμῖν προσηνέχθησαν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἂν εἰς τοὺς πολεμιωτάτους ἐξαμαρτεῖν ἐτόλμησαν. Vbi ἐξ ἀναλόγου verbum ἐξήμαρτον supplendum est, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἂν ἐξήμαρτον εἰς τοὺς πολεμιωτάτους, οὕτως εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτεῖν ἐτόλμησαν [89]).

## Ἀνθ᾽ ὧν.

Ἀνθ᾽ ὧν, vox ex ἀντὶ, praepositione, et ὧν genitiuo plurali articuli neutri relatiui constans, caussatiuum sensum habet, et *pro his* ad verbum sonat, i. e. *propterea quod*. Aristoph. in Pluto [90]): ἀνθ᾽ ὧν.

ἢ σφῷ

89) Quartum genus particulae ἂν, παραπληρωματικὸν vocatum, plane praetermisit Deuarius, quod peculiare genus constituere, statim ab initio, vbi de potestate huius particulae vniuerse disputabat, absurdum iudicauit: quanquam hoc negare non potest, nonnunquam ἂν, apud Poetas praesertim, vel ornatus vel metri caussa adhiberi sic, vt sententiae vim nec augere, nec minuere videatur. Gregorius Corinthi Metropolita de Dialectis, ad Atticismum refert, §. XI. Edit. Koeni p. 18. καὶ τοῦτο Ἀττικὸν, τὸ προσλαμβάνειν πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ κώλῳ τὸ ἄν. ὡς ἐστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει Eiusmodi exemplum ex Aristoph. Vesp. supra attulit ipse Deuarius, p. 38. no. 31. Et Viri docti passim talia loca ap. bonos scriptores annotauerunt. Vid. Duker. ad Thucyd II. c. 41. p. 122. n. 12 Bachius ad Apolog. Socr. §. 6. p. 103. et alii, cf. etiam Viger. Idiotism. c. 8. sect. 3. §. 1. p. m. 352.

Caeterum τὸ ἂν, ea significatione, quam habet latinum *an*, occurrit ap. Aeschinem de falsa legat. annotante Reiskio ad eundem p. 193. n. 23.

90) v. 433 434. hac formula poena innuitur subeunda ob facinus aliquod patratum, nostrates exprimunt *dafür*, *dass*. Sic infra in hac fabula v. 841. ἀνθ᾽ ὧν ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν προσευξόμενος

ἢ σφῷ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην, ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι. Lucianus [91]: ἀπόδος τὸν ναῦλον ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. Ex quibus patet, ὧν genitiuum, cum nullo expresso antecedente concordare. Aut enim nullum tale praecedit, vt in citato Aristophanis loco, aut si quid praecedit, vt apud Lucianum τὸν ναῦλον, cum illo non concordat. Nam τὸν ναῦλον, ἀνθ' οὗ congrue diceretur. Vnde patet, ὧν genitiuum, adeo in hac voce coniunctum esse ἀντὶ, praepositioni, vt non seorsum, sed simul cum ipsa aliquid significet.

## Ἀνθ' ὅτου.

ἀνθ' ὅτου. Ἀνθ' ὅτου, ex eadem praepositione, et ὅτου, i.e. οὗ, genitiuo singulari Articuli relatiui neutri constans, idem quod ἀνθ' ὧν significat, vt οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου, *nescio cur*, vel *quamobrem*, vel *quare*. Lysias [92]) παρὰ τῶν φευγόντων χρὴ πυνθάνεσθαι, ἥτις ἦν αὐτοῖς ἔχθρα πρὸς τὴν πό-

μένος ἔχω. it. in Nubibus v. 623. ἀνθ' ὧν Ὑπέρβολος τὸν στέφανον ἀφῃρέθη. Interdum etiam ἀνθ' ὧν dirimitur interposita alia particula, Aristophan. in Acharnens. v. 292. ἀντὶ δ' ὧν ἐσπεισάμην, οὐκ ἴστε γ'. *quam ob causam pepegerim, vos id quidem nescitis.* In interrogatione autem loco ἀνθ' ὧν, adhibetur ἀντὶ ποίας αἰτίας. Aristoph. in Achar. v. 284. σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μιαρὰ κεφαλή, *obruemus te lapidibus, impurum caput.* Interrogat Dicaeopolis, ἀντὶ ποίας αἰτίας; *qua de causa?* Sic etiam ἀντὶ τοῦ vsurpatur. Euripid. Androm. v. 388. ὦ μεγάλα πράσσων αἰτίας μικρᾶς πέρι, πιθοῦ, τί καίνεις μ'; ἀντὶ τοῦ; *o magna qui facio ob leuem causam, patere tibi persuaderi, cur me occidis? cur?*

91) Dial. Mortuor. XXII. c. 1.

92) contra Eratosthenem, in Steph. X. Rhetor. p. 120. Edit. Reisk. Vol. V. p. 383. vbi Vid. not. 4.

πόλιν, ἀνθ' ὅτυ τοιαῦτα ἐτόλμησαν. In quo exemplo vox ὅτυ, cum expresso antecedente, quod est nomen ἔχθρα, non concordat; dicendum enim alioqui fuisset ἔχθρα ἀνθ' ἧς. Vnde patet, in his etiam vocibus posteriorem ita priori annexam esse, vt nihil seorsum significet, sed simul causatiuum signum constituat.

Nec obstat, quo minus formalis nota esse dicatur, quod pluralis genitiuus ὧν, in ἀνθ' ὧν, et ὅτυ singularis, in ἀνθ' ὅτυ, ad genitiuos πραγμάτων, et πράγματος, extrinsecus subintellectos referant: quia, quae actu adsunt, excludunt ea, quae in potentia subintelliguntur. Secus est in ἀφ' ὧν, quod vt formale signum, sicut ἀνθ' ὧν, Budaeus [93]) accepisse videtur, cum dicat ἀφ' ὧν vox, est similis ἀνθ' ὧν, Demosthenis exemplum afferens [94]): καὶ περιειστήκει τοῖς βοηθείας δεήσεσθαι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις. In quo exemplo ad πραγμάτων substantiuum extrinsecus subintellectum, refertur articulus ὧν, quod substantiuum ipse etiam Budaeus expressit: cum verba illa ἐξ ὧν ἔπραττον, *ex istorum rebus gestis* latine reddat. Est enim (vt ipse docet,) ἀφ' ὧν ἔπραττον, idem quod διὰ τὰ τούτοις πεπραγμένα.

# CAPVT IV.
## DE PARTICVLA ἄρα, et aliis quibusdam.

Ἄρα, παροξύτονον, *collectiuum* et *illatiuum* est, in posterioris ratiocinationis parte positum, vt in ἄρα.



93) in Comment. gr. linguae p. 507

94) de Corona, p. 344. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 301. vbi pro αὐτοῖς, legitur αὐτοῦ.

in illo exemplo Luciani [95]): εἰ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Quod aliquando latet, ex eo, quod prior pars argumenti subticetur, vel ex superioribus pendet: vt apud Lucianum, ἕλληνες ἄρα ὑμεῖς ὦ ξένοι; ac si dixisset οὐκοῦν ἕλληνες ὑμεῖς, quae illatio ex superioribus pendet. Sic in locutionibus ἔμελλον ἄρα, ἔμελλες ἄρα, ἔμελλεν ἄρα, vox ἄρα *illatiua* et *collectiua* est, vt quae effectus cuiusdam nota est, cuius causa subticetur, vel ex superioribus petenda est. Aristoph. in Nebul. [96]) Φεύγεις δὲ ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ' ἐγώ. quibus verbis infert, *fore vt fugaret et pelleret quendam.* Cujus effectus illati prius causam posuerat in proximo superiori carmine, κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε τὸν σειραφόρον. vt sit illatio: *pungam te, vnde fiet, vt te expellam*: vel, *pupugi te, vnde factum est, vt te expulerim.* Similiter in Vespis. [97]) cum dixisset, παῖε τῷ ξύλῳ. Ξανθ. καὶ σὺ προσθεὶς Αἰσχίνην ἔντυφε τὸν Σελαρτίου, infert, ἄρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ. Quod etiam argumentum ita explicatur: *baculo vos percutiam, et fumo suffocabo: vnde fiet, vt vos discutiam*, vel *percussi, et suffocaui; vnde factum est* etc. Vlysses etiam apud Homerum Odyss. I. [98]) ex his, quibus Polyphemum affecerat, infert: Κύκλωψ, οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἀνάλκιδος ἀνδρὸς ἑταίρους ἔδμεναι ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι. quasi colligens: *qui ita sociorum interfectorem ultus fuerit, eum minime*

95) Dial. Iouis Trag. Opp. Tom. II. p. 699.

96) v. 1304. sic legendum, φεύγεις; ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ' ἐγώ. Nobis videtur hoc ἄρα respondere nostro *eben*, ac sic reddimus: *gehst du denn? ich wollte dir eben forthelfen.*

97) v. 456-458.

98) Odyss. ι. v. 475. seq. h. l. ἄρα indignationis nota est.

*nime nequam hominem censeri posse.* Ex quibus exemplis, hoc videlicet Homeri, et vltimo illo Aristophanis, notandum, ἄρα, particulam, non solum *postponi* praedictis verbis, quod plerumque fit; sed etiam aliquando *praeponi.* Apud Aristophanem etiam in Vespis, [99]) quamuis ἀοριστολογικῶς, vel βεβαιωτικῶς [1]) accipi videatur, tamen ad sensum συλλογιστικὸν redigi potest. Locus est, *in quo herus quidam ingratum animum seruo obiicit, quod, cum nonnulla in eum beneficia contulisset, ille tamen immemor esset, qui horum, iussu filii, coerceret.* Verba Aristophanis sunt: οὐκ ἀφήσεις οὐδὲ νυνί μ', ὦ κάκιστον θηρίον, οὐδ' ἀναμνησθεὶς, ὅθ' εὑρὼν τοὺς βότρυς κλέπτοντά σε, προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλαίαν, ἐξέδειρ' εὖ κἀνδρικῶς, ὥστε σε ζηλωτὸν εἶναι, σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα. In quibus σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα, conclusio est argumenti, quo vtitur ad probandum ingrati animi vitium, cuius conclusionis nota est ἄρα particula. Antecedens continetur in supra expositis, quorum sensus est: *Ego te olim tali et tali beneficio sum prosecutus, tu vero immemor es. Vnde fit, vt merito ingratus dicendus sis.*

Est etiam ἀοριστολογικὸν, vt apud Xenophontem: ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοὶ οἵους ἄρ' ἔχομεν ἑταίρους. *quales tandem*, vel *qualesnam sodales habemus*, etc. Sic apud Aristophan. in Pluto [2]), οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον. ac si dixisset, οἵοις ποτέ.



99) v. 446-449.

1) h. e. confirmatiue. Sic etiam adhibetur ἐξηγητικῶς, vt lat. *scilicet, nimirum* Aelian. V. H. I. 15. ὁ ἄῤῥην ἐμπνεῖ αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἄρα τοῦτο *per hoc scilicet.* Vid. Perizon. ad h. l.

2) v. 775.

ἐὰν ἄρα. εἰ μὴ ἄρα. εἴ τις ἄρα. Additum etiam conditionibus dubitatiuis, auget τὸν στοχασμὸν, vt πȣ particula, v. c. ἐὰν ἄρα οἷός τε ὦ. *si forte potero.* εἰ μὴ ἄρα, *nisi forte.* εἴ τις ἄρα ἀνάξιός ἐστιν. ap. Demost. †) *si quis forte indignus est* [3]).

Per se etiam στοχαστικῶς accipitur, cum emphasi quadam prolatum, vt affirmatiuum sensum acquirat, vt in illo Epigrammate [4]): ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι οἵ ποτε Μήδων παισὶν etc. Sic apud Latinos aduerbium *igitur* nonnunquam accipi opinor, vt apud Ouidium XIII. Metamorphos. [5]) vbi Aiax inducitur dicens: *Tutius est igitur contendere verbis, Quam pugnare manu.* Quam locutionem non interrogatiue, sed eo modo, quo ἄρα apud Graecos paulo ante dictum est, et in eodem sensu arbitror pronuntiandam esse. Sic apud Aristoph. in Auibus [6]): Πεισθ. ὄνομα δὲ τȣ́τοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις τί ἐστιν; Πρ. ὅ, τι ἐστί; Τριβαλλοί. Πεισθ. μανθάνω. ἐντεῦθεν ἄρα τȣ̓πιτριψείης ἐγένετο. Vbi τὸ ἄρα non potest esse συλλο-

†) in Leptin. Edit. Reisk. Vol. I p. 499.

3) etiam εἴ ποτε ἄρα. vid Steph. ad Thucyd. Hist. I. c. 68.

4) inscripto olim Mercurialium statuarum vni, quae Athenis in porticu Mercuriali, victoribus Medorum ad Strymonem fluuium erant erectae. Istarum mentionem facit Aeschines in Orat. in Ctesiphon. in Orator. gr. edit Reisk. Vol. III. p. 573. Extant etiam ap. H. Steph. in Antholog. p. 502. Primum totum adscribamus.

ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι,
οἵ ποτε Μήδων
παισὶν, ἐπ' Ἠιόνι Στρυμόνος
ἀμφὶ ῥοὰς,
λιμόν τ' αἴθωνα κρατερόν τ'
ἐπάγοντες ἄρηα,
πρῶτοι δυσμενέων εὗρον
ἀμηχανίην.

5) v. 9. 10. pro, *est profecto tutius* etc.

6) v. 1527-1530.

συλλογιστικόν. Nam ex eo, quod Dii Τριβαλλοί appellantur, non ſequitur, quod inde τὸ ἐπιτριβεὶης denominetur, ſed coniectura eſt a vocum vicinitate tracta.

Dicitur et cum γε particula, ἄρα γε, in proxime dicta ſignificatione [7]). Praeponitur etiam τῷ, οὖν, [8]) συλλογιστικῶ, ἐκ παραλλήλου. Plato quinto de Republ. ἄρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται. et idem quod οὐκοῦν et τοίνυν ſignificat. Dicitur etiam ἄρ, vnica ſyllaba, pro δή. Iliad. ή. [9]) ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιόι. ἄρα γε,

## Ἆρα.

Ἆρα vero, penultima flexa, et ſola per ſe *dubitandi* ſeu *quaerendi* nota eſt, et cum γε, et μή, et οὖν particulis, vt ἆρά γε, ἆρα μή, ἆρ' οὖν, idem ſignificat, h. e. *nunquid*, et *nonne*. Fit autem nonnunquam, vt ἄρα, interrogatiue prolatum, ſi negatio ſubſequatur, *illatiuum* euadat. Quippe cum interrogationes, cum negatione factae, affirmationem inferant, vt apud Xenoph. [10]) ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα ἡγησάμενον τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα. quod perinde valet, ac ſi di- ἆρά γε. ἆρα μή. ἆρ' οὖ.



7) vti particula ἄν, γέ, δή, et aliae, apud ſcriptores, inprimis Atticos bis ponuntur, ita etiam ἄρα, vt ap. Ariſtoph. Nub. v. 465. ἆρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγὼ ποτ' ὄψομαι;

8) ἄρα οὖν, in complexu argumentationis, ſignificat, *ex his itaque colligitur*, *intelligitur*. In interrogatione ἄρα, ſignificat *quaeſo*, vt ἐννόησον ἄρα. *cogita quaeſo*.

9) v. 432. eſt et aliud ἄρ, ſine apoſtropho, pro ῥά, *vtique*, per metatheſin.

10) Memorab. I. 5. §. 4. eiusmodi interrogationes, demta negatione et ſigno, ſemper affirmant. Ergo *nonne neceſſe eſt?* idem eſt, ac *vtique neceſſe eſt*.

si dixisset, οὐκοῦν χρὴ, vel χρὴ τοίνυν. Interdum negatio subsequens, simplicis assertionis sine illa affirmatione sensum habet, vt apud Demosth. [11]) τίνας οὖν εὐχὰς ὑπολαμβάνετε εὔχεσθαι τὸν Φίλιππον, ἆρ' οὐ πολέμου κράτος καὶ νίκην; nonne belli?

ἆρα ποτὲ. Ἆρα ποτὲ, *nunquid aliquando, vtrum tandem,* apud Synesium: ἆρα ποτὲ τὴν ἱερὰν σου κεφαλὴν περιπτύξομαι;

Ἆρα μὴ etiam *nunquid* et *vtrum* significat. Xenoph. secundo ἀπομνημ. [12]) ἐὰν δὲ σου προσκατηγορήσω, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτὸν, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; *nunquid calumnia peti te censebis?*

## (Ἄρτι, ἀρτίως, ἀπ' ἄρτι.)

ἄρτι. Ἄρτι, aduerbium temporis, significat *modo, iam, paulo ante.* Aristoph. Nub. v. 144. ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης. *Socrates modo sciscitabatur a Chaerephonte* Scholiasta ad h l. ἄρτι, ἀντὶ τοῦ ἐξ ὑπογυίου. Eiusdem significationis est ἀρτίως. Xenoph. Oeconom. II. §. 11. οὐκοῦν μεμνησαι ἀρτίως; *nonne tu modo mentionem fecisti?* Sed discrimen inter ἄρτι et ἀρτίως statuit idem ille Scholiasta ad eiusdem fabulae v. 1148. Διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρὰ Ἀττικοῖς. Ἄρτι μὲν γὰρ, ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ, πρὸ ὀλίγου. Sed dissentiunt ab eo Moeris, et Thomas Magister. Ille sic tradit: ἄρτι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου. οἱ δὲ

11) de falsa legat. p. 217. A Edit. Reisk. Vol I. p. 381. vbi pro εὔχεσθαι legitur εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς τὸν Φίλιππον· ἆρ' οὐ κράτος πολέμου; etc.

12) cap. 6. §. 34.

δὲ ἕλληνες καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν λέγουσι. Hic ἄρτι, inquit, οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ πρὸ ὀλίγου, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ποτέ. Ex hoc dissensu discere licet, quam parum tribuendum sit auctoritati grammaticorum. Nam quod negat Moeris, Atticis ἄρτι fuisse vsurpatum pro νῦν, id praecipitate scripserit necesse est. Nam apud Scriptores ἀττικοτάτους, veluti Xenophontem, Platonem, alios, passim ita reperitur. Ac patet etiam ex formulis ἕως ἄρτι, siue ὡς ἄρτι, *vsque ad nunc*, *ad hoc tempus*, item ἀπ' ἄρτι, vel rectius coniuncte ἀπάρτι, *a nunc*, h. e. *ab hoc tempore:* de quo idem Scholiasta ad Aristoph. Plut. v. 388. ἔσθ' ὅτε γὰρ καὶ χρονικὸν ἐπίρρημα δηλοῖ, ὡς καὶ Καλλίμαχος. Est nimirum aliud aduerbium, quod accentum in vltima habet, ἀπαρτί, et significat *omnino*, vt eodem in loco docet Scholiasta. Caeterum τὸ ἄρτι repetitum idem valet, quod Latinorum *modo*, *modo*, siue *nunc*, *nunc*. Lucian. in Νεκυομ: Tom. II. Edit. Basil. p. 78. ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν. *modo annuens*, *modo iterum abnuens.* ἀπάρτι. ἀπαρτί.

## Ἀτὰρ ET Αὐτὰρ.

Ἀτὰρ, et Αὐτὰρ, quo modo apud Poëtas accipiantur, satis ex Eustathio et aliis grammaticis constat [13]). Cum autem ἀτὰρ apud Atticos quoque inueniatur, nonnihil nobis etiam dicendum est. Aristoph. in Pluto [14]), ἀτὰρ pro ὅμως vsus ἀτάρ. αὐτάρ. ἀτὰρ pro ὅμως.



13) Thom. Mag. Ἀτὰρ, λογογράφοι, ἀντὶ τοῦ δὲ αὐτὰρ, ποιηταί. οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ διὰ τοῦτο χρώμενοι τῷ ἀτὰρ, πάνυ εἰσὶν ἁμαρτάνοντες, [illegible] ἑλλήνων ἄγευστοι. Poëtae non aliter vtuntur αὐτὰρ, quam vbi a, producendum est.

14) v. 571. 572.

vſus eſt. Ἀλλ' ὦ ψεύδει τούτων γ' οὐδὲν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα. ἀτὰρ οὐχ ἧττόν γ' οὐδὲν κλαύσει; quorum verborum ſenſus eſt: *Quamuis haec vere dixeris, attamen nihilo propterea minus te male perdam.* Inuenitur et ἀτὰρ γὰρ, apud eundem, vt ἀλλὰ γὰρ, interruptum tamen, ἐν Ἀχαρνεῦσιν [15]). ἀτὰρ φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Apud Platonem οὖν particulam, ſuperuacaneam poſt ſe habet, in ſecundo de Repub. [16]) ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ Γλαύκωνος ἠγάμην. ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην. *tamen eo tempore potiſſimum oblectatus ſum* [17]).

ἀτὰρ γάρ. ἀτὰρ οὖν.

## Ἄτλα.

ἄτλα. Ἄτλα, ἀντὶ τοῦ τινὰ, vel τίνα, cum ſpiritu tenui, differt ab ἅτλα aſpirato, quod ἅτινα ſignificat [18]). Ἄτλα igitur cum tenui ſpiritu, quando ἀορίστως ἀντὶ τοῦ τινὰ accipitur, multis adiectiuis ſubii-

15) v. 512. τὸ γὰρ poſt φίλοι non cohaeret cum ἀτὰρ, ſed verba φίλοι — ἐν λόγῳ, parentheſi concludenda ſunt, ſic: ἀτὰρ, (φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ) τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα; *verum, (amici enim huic ſermoni interſunt,) cur propterea accuſamus Lacedaemonios?*

16) p. 385.

17) apud Ariſtoph. in Nub. v. 30. ἀτὰρ eſt particula continuandi ſermonis, vt lat. *porro.* ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν; *quodnam porro debitum poſt Paſiam me inuaſit?*

18) Etiam in his vocibus mirifice inter ſe pugnant veteres Grammatici. *Thomas Magiſter* tradit, τὸ ἅτλα poni ἀντὶ τοῦ ἅτινα, τὸ δὲ ἄτλα, ἀντὶ τοῦ τινά. Cum eo facit *Etymol.* M. δασύνεται (adſpiratur) ὅτε δηλοῖ τὸ ἅτινα. Eadem habet *Suidas* in V. ἅσσα. ὅτε σημαίνει ὅσα καὶ ἅτινα, δασύνεται. Hos ſequitur *Ammonius*. Contra *Harpocration* τὸ ἄτλα promiſcue graecis vſurpatum fuiſſe tradit, mox pro ἅτινα, vel ὅσα, mox pro

ſubiicitur, vt πόλλ' ἄτ7α, ὀλίγ' ἄτ7α, ἕτερ' ἄτ7α. *Interrogatiuis* etiam in hac eadem ſignificatione iungitur, vt ποῖ' ἄτ7α, πόσ' ἄτ7α, i. e. ποῖα τινά, πόσα τινά. Videtur etiam ἀντὶ τῦ ποτὲ, ἀορίςυ ἐπιῤῥήματος accipi apud Ariſtoph. in Auibus [19]), vbi quidam dixit: ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς. ad quae alter: πηνίκ' ἄτ7' ἀπώλετο; vbi ἄτ7α, vel ἀντὶ τῦ ποτὲ, accipitur, vel certe ἀργόν ἐςιν, vt δῆτα. ac ſi dixiſſet: πότε δῆτ' ἀπώλετο; *quandonam periit?* vt recte annotauit Interpres.

Per ſe etiam ἀντὶ τῦ τινὰ, ἀορίςως accipitur. Plato, καὶ εκτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄτ7α προσκεκυφώς. *ad aurem ſe admouens quaedam dixit.* Subiungitur etiam Subſtantiuis nominibus in eodem ſignificatu, πράγματ' ἄτ7α, ἀντὶ τῦ, πράγματά τινα. item ὕτω νέυς ὄντας εἰς δείματ' ἄτ7α νομιςέον, i. e. εἰς δείματα τινά. Ἄτ7α vero interrogatiue acceptum nulli ſubiungitur, immo ipſi aduerbium ποτὲ ſubiungitur. Demoſth. [20]) ὁ δὲ πρεσβεύων Αἰσχίνης ὑτοσί πῶς καὶ ἄτ7α ποτὲ διελέχθη; i. e. πῶς καὶ τίνα ποτέ. *quomodo et quaenam locutus eſt?*

Ἀτεχ-

pro τινὰ vel ποῖά τινα. Praeter haec duo tertium ἄτ7α adnotauit Euſtathius καὶ τρίτον, τὸ πότε. *tertium* ſignificat *quando*. Locum affert ex Ariſtophane, πόθυ χελιδὼν πηνίκ' ἄτ7α φαίνεται; Sed Schol Ariſtoph. in Auibus ad v. 1513. πηνίκ' ἄτ7α, *quando?* Attice dici negat, neque ἀρχαϊκὸν, neque ἀκριβῶν eſſe; nam πηνίκα idem eſſe quod πότε δῆτα, ἄτ7α autem poſitum eſſe ἀλόγως.

19) v. 1513.

20) de falſa legat. p 241. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 438. vbi legitur ſic: ὑτοσί; ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε ἄτ7α μὲν τότε διελέχθη.

## Ἀ τ ε χ ν ῶ ς.

ἀτεχνῶς. Ἀτεχνῶς, aduerbium, iuxta sui ἐτυμολογίαν, *sine arte* significat, et dicitur de re, quae suapte natura talis est, vel fit: non quae techna, i. e. dolo talis appareat [21]). Aristoph. in Pluto: [22]) ἡνίκ' ἂν δέ μου τύχωσ' ἀληθῶς, καὶ γένωνται πλούσιοι, ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Plato in Apologia [23]), ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Vbi idem quod πάνυ, vel ὅλως, i. e. *omnino*, et *prorsus* significare videtur. Sic infra [24]), παῖδες ὄντες, ἔνιοι καὶ μειράκια ἀτεχνῶς. Similiter apud Aristoph. in Ranis: [25]) καὶ μὴν ἀτεχνῶς γε παμπόνηρα φαίνεται. Vbi interpres, ἀτεχνῶς, inquit, ἀντὶ τοῦ ὅλως, καὶ ἀδόλως: post quae subdit, τέχνας γὰρ ἔλεγον τοὺς δόλους. Ex quibus elicit ἐτυμολογίαν huius aduerbii, propter quam idem, quod *plane* significare videtur. Alibi etiam apud Aristophanem conuenit ipsi haec eadem significatio in Nebulis [26]): vbi, *cum Socrates describat fulminis naturam, quod videlicet sit ventus inclusus in nubibus, qui postmodum vi caloris eliditur*, subdit is, qui cum illo agit, *id sibi plane accidisse*, his verbis: νὴ Δί', ἔγωγ' οὖν ἀτεχνῶς

(margin: ἀτεχνῶς pro πάνυ, vel ὅλως.)

21) Sumsit haec Deuarius ex Aristoph. Scholiasta ad citatum locum e Pluto. Sed corruptus est Scholiasta, et ex Hemsterhusii emendatione sic legendus: ἀτεχνῶς, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καθάπαξ, ὅ ἐστιν, ἑνὶ λόγῳ, ἀληθῶς.—ἀτέχνως, ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, ἀμαθῶς, ἀμελῶς, ὁ γὰρ τόνος διαστέλλει τὸ σημαινόμενον. Sic et Harpocration.

22) v. 107-109.

23) cap. 1.

24) cap. 2.

25) v. 106.

26) v. 407. vbi ἀτεχνῶς etiam pro *fere* accipi possit, ita vt sensus sit: *es ist mir* beynahe *einmahl so gegangen*. Siue sic: *es ist mir einmahl iust so gegangen*.

νῶς ἔπαθον τοῦτί ποτὲ Διασίοισιν. vbi ἀτεχνῶς pro ἀκριβῶς, i. e. *prorsus*, vel *omnino* significat: ex quo fit, vt σαφῶς, i. e. *aperte*, et *perspicue* significet. Cuius significationis exempla passim occurrunt apud auctores.

## Α ὖ.

Αὖ particulam, Grammaticorum quorundam errorem secutus Budaeus [27]), παραπληρωματικὸν nominat, et mox pro δὴ, transitiuo accipi, Platonis auctoritate probare se putans, affert ex ipso verba haec: καὶ Κριτίαν δέ που πάντες ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν. τῆς δ' Ἑρμοκράτους αὖ περὶ Φύσεως καὶ τροφῆς, et reliqua. Addit praeterea, particulam hanc, *vicissim* et *rursum*, h. e. *contra* et *ex aduerso* significare: afferens ex Demosthene †) exemplum: οὐδ' ἐστὶν οὐδενὶ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ἡμῶν. ἡμῖν δ' αὖ ἀπὸ πολλῶν. Et aliud ex Aristide: ἀνθ' ὧν αὖ καὶ πρώτη πόλεων ἥδε ἐτίμησεν ἐκεῖνον. i. e. *quamobrem prima haec omnium ciuitas vicissim illum ornauit.* Nec animaduertit, in citato etiam Platonis exemplo,

27) Comment. gr. ling. p. 487. αὖ, inquit, etiam est παραπληρωματικὸν, et pro δὴ saepe ponitur. Recte, quidquid Deuarius contra dicat. Nam apud Xenophontem αὖ, pro *porro*, occurrit Memorab. II. c. 1. §. 13. καὶ ἰδίᾳ αὖ οἱ ἀνδρεῖοι καὶ δυνατοὶ τοὺς ἀνάνδρους καὶ ἀδυνάτους οὐκ οἶσθα ὅτι καταδουλωσάμενοι καρποῦνται; *Num tu porro ignoras*, etc. Apud Aristoph. significat *itidem*, ebenfalls. in Equit. v. 207. ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν, ἀλλᾶς τ' αὖ μακρόν. *Draco longum quiddam est, et botulus itidem longum.* Sic αὖθις pro μετὰ ταῦτα, quod Hesychius adnotauit, est ap. Lysiam in Nicomach. p. m. 185. ἀλλ' ὡς, ἐὰν νῦν αὐτοῦ φείσησθε, αὖθις ἀποδώσει τὰς χάριτας; an, vt *posthac*, s. *aliquando* referat gratiam?

†) adu. Lept. Edit. Reisk. Vol. I. p. 480.

plo, hoc idem, quod modo dictum est, significare hanc particulam. Designat namque plerumque *oppositionem* quandam: vt in supra dicto Platonis loco: τῆς δ' Ἑρμοκράτους ἂν: *Hermocratis vero contra.*

αὖθις ἄν. Iungitur et τῷ αὖθις, aduerbio repetitionis, in eodem significatu ἐκ παραλλήλου, ex quo per apocopen dici videtur. Aristoph. [28]) ἀλλ' αὖθις ἂν τυπτήσομαι. et Demosth. [29]) καὶ τούτων ἔτερ' αὖθις ἂν πεπρακότων. Grammaticorum autem error est, vt particulas cuiusque generis, si semel aut iterum apud auctores inuentae fuerint otiosae, inter παραπληρωματικὰς (vt genus aliquod,) collocent. [30]).

Αὐτίκα.

28) Nub. v. 1383. it. in Ran. v. 440. αἶρ' οἷς ἂν αὖθις αὖγε, παῖ, τὰ στρώματα. tolle rursus, puer, stragula.

29) de falsa leg. p. 202. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 346. leg. πεπρεχότων.

30) Miramur sane, cur noster Deuarius, quauis data occasione, vellicet eos, qui voculas quasdam ad σχῆμα παραλλήλου παρέλκον, vt vocant Grammatici, h. e. ad Pleonasmum referant. Nam, praeter id, quod non negamus, αὖθις ἂν, quodammodo adscribi posse figurae Anadiplosi; scire velimus, quorsum referendum putet, quando Graeci, quos Latini imitantur, duo vel tria verba ἰσοδυναμοῦντα deinceps ponunt, vt πάλιν αὖθις vel πάλιν αὖθις, vel πάλιν αὖθις αὖ: vt apud Aristoph. Nub. v. 971. εἶτ' ἂν πάλιν αὖθις, ἀνιστάμενοι συμψῆσαι. *Deinde, quando resurrexerint, vt plane facerent arenam.* Ad sensum suffecerat vnum: cur igitur reliqua duo abundare non dicamus? Contra sunt loca, vbi sensu ita postulante, ἂν particulae sit necessaria repetitio, vt lat. *iterum iterumque,* alterum deficit: vt ap. Aristoph. Ran. v. 1050. indignabundus quidam ait: κρανοποιῶν ἄν μ' ἐπιτρίψει. *enecabit me, galeas iterum iterumque repetens.*

# Α'υτίκα.[31])

Αὐτίκα aduerbium, *probationibus seruit*, cum signo vel exemplo, et simpliciter argumento aliquo, inducimus aliquid esse, vel non esse. Xenoph. IV. ἀπομνημ.[32]) ἐδίδασκε δὲ καὶ μέχρι ὅτε δέοι ἔμπειρον εἶναι ἑκάστε πράγματος τὸν ὀρθῶς πεπαιδευμένον. αὐτίκα, γεωμετρίαν μέχρι μὲν τέτε, ἔφη, δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο, εἴποτε δεήσειε, γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν etc. In quibus cum in vniuersum proposuerit ostendendum, *quatenus singulae artes addiscendae essent*, subiungit *exemplum geometriae*. Hoc idem praestat particula γοῦν, vt suo loco dicetur. Porro αὐτίκα, *in promtu esse probationem* significat. Aristoph. in Pluto [33]), cum per illa verba: ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τῦ Διὸς πολὺ μεῖζον δυνάμενον, proponat probandum. *Plutum plus posse, quam Jouem*, subiicit: αὐτίκα γάρ. ἄρχει διὰ τίν' ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν; Καρ. διὰ τἀργύριον. πλεῖστον γὰρ ἔστ' αὐτῷ. Apud eundem in Auibus [34]), inducitur quidam *sua-*

31) Vulgaris et frequentior significatio τῦ αὐτίκα est *statim*, *mox*, et quandoque secum habet particulas γε μάλα, vel δὴ μάλα, intensionis causa. Aristoph. Plut. v. 943. καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα προσπατταλεύσω τυτωί. *ego eos huic iamiam affigam ad frontem*.

32) Cap. 7. §. 2. ibi vid. Ernesti V. Cl. Casaubonus ad Athen. Lib. VIII. c. 9. p. 604. iam adnotauit, τὸ αὐτίκα in principio positum significare *inprimis*, *primo*, *exempli causa*, *fortasse*. Sic Machon ap. Athen. vsurpauit τὸ εὐθέως, et ap. Xenoph. εὐθὺς γάρ, pro αὐτίκα γάρ, saepe occurrit. Vide in Hierone cap. I. §. 35.

33) v. 128-130.

34) v. 165-167. aliter distinguit Deuarius, atque hodie extat in recentioribus libris: ὡς τῦτ' ἄτιμον τὔργον ἐστὶν αὐτίκα. quoniam illud *statim* indecorum est. At sic frigida est

*ſuadens auibus*, μὴ περιπέτεσθε πανταχῆ κεχηνότες. ὡς τοῦτ' ἄτιμον τοὔργον ἐστὶν quod probans addit: αὐτίκα ἐκεῖ παρ' ἡμῖν τοὺς πετομένους ἢν ἔρῃ, etc. ac ſi dixiſſet, πρῶτον μὲν γὰρ ἐκεῖ παρ' ἡμῖν etc. Et infra [35]) probare volens *non Deos a principio, ſed aues hominum imperium habuiſſe*, dicit: ὡς οὐχὶ θεοὶ τοίνυν τῶν ἀνθρώπων ἦρχον τὸ παλαιὸν, ἀλλ' ὄρνιθες, κἀβασίλευον, πόλλ' ἐστὶ τεκμήρια τούτων. Deinde τεκμήριον adiungit: αὐτίκα δ' ὑμῖν πρῶτ' ἐπιδείξω τὸν ἀλεκτρυόν', ὡς ἐτυράννει. Et rurſus, [36]) παρὰ μὲν οὖν φίλου οὐ μάθοις ἂν τοῦτ', ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτὸς ἐξηνάγκασεν. αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν γ' ἔμαθον ἐχθρῶν, κοὐ φίλων. Et infra [37]) probare cum velit, *Diis alas conuenire*, exemplo id probat: αὐτίκα Νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν. Interdum *ſubricetur* id, quod probandum eſt. Vnde fit, vt αὐτίκα huiusmodi ſenſum non retinere videatur, vt in Auibus eiusdem [38]), inducitur *Geometra quidam, inſtrumenta geometriae ſecum afferens, interrogatusque, quidnam eſſent*, reſpondet: κανόνες ἀέρος, deinde mox addit: αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος κατὰ πνιγέα μάλιστα. Vbi per αὐτίκα γὰρ probatur, inſtrumenta illa apta eſſe ad metiendum aërem. Subdit enim, προσθεὶς οὖν ἐγὼ τὸν κανόν' ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον, μετρήσω etc. [39]).

Αὐτὸς.

eſt ſententia, et diſtinctio Deuarii melior: ὡς τοῦτ' ἄτιμον τοὔργον ἐστίν. αὐτίκα, ἐκεῖ παρ' ἡμῖν κ. τ. λ. *quoniam id nobis dedecori eſt. Nam v. c. illic apud nos ſi quis interroget de alitibus* etc.

35) v. 481-483.

36) v. 375-377.

37) v. 575.

38) v. 1000.

39) αὐτίκα cum τε vel καὶ idem ſignificat quod ἅμα, h. e. *ſimulac*. Nonnunquam opponuntur ſibi τὸ μὲν αὐτίκα, et τὸ δὲ μέλλον, ſc. κατὰ, *in praeſenti, in poſterum*, quo vtitur ſaepe Thucydides. Adhibe-

# 'Α υ τ ό ς.

'Αυτὸς pronomen, non ſemper nomen aliquod, aut perſonam pronominis refert, ſed aliquando *qualitatem perſonae*, et emphaſin quandam, cum *oppoſitione* aut *tacita*, aut *expreſſa*. Sic *expreſſa* quidem eſt apud Ariſtoph. in Ranis: [40]) ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίȣ, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τȣ̃τον δ' ὀχῶ. *Tacita* vero, vt, αὐτὸς τȣ̃τ' ἔπραξα, vbi ſubintelligitur, καὶ ȣ̓ δι' ἄλλȣ. [41]) Quandoque *emphaſin* quidem deſignat *ſine vlla oppoſitione*, vt apud Ariſtoph. in Pluto [42]), ȣ̓δ' ἂν, εἰ δοίης γέ μοι τὸν πλȣ̃τον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττȣ σίλφιον. Quemadmodum et *oppoſitionem ſine emphaſi*. Iliad. π. [43]) αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω, ἀλλ' ἕταρον πέμπω. Etenim loco nominum, articulis ſubiectorum, plerumque accipitur, eam ob cauſam, ne idem nomen repetatur, vt in illo Iliad. ν. [44]) Ζεὺς δ' ἐπεὶ ȣ̓ν Τρῶάς τε

αὐτίκ.

hibetur etiam per enallagen loco Adiectiui, vt ὁ αὐτίκα φόβος, *timor praeſens*, ſ. *ſubitus*. Sic etiam compoſitum παραυτίκα vſurpatur, veluti ἡ παραυτίκα ἡδονὴ, *voluptas momentanea*, *breuis*. cf. Vigerus Idiotism. cap. VII. ſect. 4. §. 4. ſeqq.

40) v. 22.

41) h. e. *ſolus*, nullius conſilio, auxilioue adiutus, ſiue *mea ſponte*, nemine mihi auctore, quod Graeci etiam ſic eloquuntur, αὐτὸς καθ' αὐτὸν, vel αὐτὸς πρὸς αὐτὸν ἔπραξα, *ſolus feci*; cf. Duker. ad Thucyd. III. c. 65. p. 208. n. 84. et ibid. V. c. 60. p. 354. n. 60. Dicitur etiam αὐτὸς de eo, *qui aliquid facit ſua natura*. Xenoph. Mem. I. 3. 7. αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, *natura temperantiae ſtudioſus*. cf. ad h. l. Erneſti V. Cl. Occurrit etiam ap. Ariſtoph. formula haec: αὐτοὶ, vel αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, *ſoli ſumus*, h. e. libere licet loqui, nemine auſcultante, ſ. remotis arbitris.

42) v. 925.

43) v. 139.

44) v. 1-3.

τε καὶ ἔκτορα νηυσὶ πέλασσεν, αὐτὸς δέ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ. Idem enim praestat pronomen αὐτὸς, ac si repetitum fuisset nomen Ζεὺς, cum articulo. Cum itaque fere nomen aliquod, actu expressum, referat, tamen interdum *subintellectum quoque aliquod nomen, et non expressum refert*; vt in dicto illo Pythagoreorum dicitur αὐτὸς ἔφα. In quo pronomen αὐτὸς *Pythagoram* designabat. Articulo autem iunctum pronomen αὐτὸς, non solum refert nomen aliquod, verum etiam ταυτότητα significat, i. e. eandem rem, vel personam subesse praedicationi denotat, vt, si illud Homeri αὐτὸς πάλιν τρέπεν ὄσσε, diceretur, ὁ αὐτὸς τρέπεν ὄσσε.

## Ἄχρι et μέχρι.

ἄχρι, μέχρι. Ἄχρι et μέχρι, tam *loci*, quam *temporis* aduerbia, quatenus constructionem recipiunt, in hoc

ἄχρις οὗ. commentario locum non haberent, nisi οὗ, articulo, et aliis quibusdam vocibus, in significatione temporis iungerentur. Quae cum nomen χρόνον referant, compendii gratia subintelligendum, idcirco hic describentur, cum nobis propositum sit, non modo particulas coniunctionales persequi, nec non eas voces, quae extra propriam significationem, orationis adminicula fiunt, verum etiam illas, quae compendium afferunt orationi. Haec itaque aduerbia non tantum οὗ, articuli genitiuo iuncta, sed etiam adiectiuorum πᾶς et τίς, compendiosas locutiones efficiunt. Vt enim ἄχρις οὗ et μέχρις οὗ dicimus, sic et ἄχρι

ἄχρι τινὸς. et μέχρι τινὸς, ἀορίστως, et ἄχρι et μέχρι τίνος; *interrogatiue*: sed μέχρι παντὸς, idem quod διὰ παντὸς significat, i. e. *sine temporis praefinitione.* Dici-

Dicitur et ἄχρι τοῦδε, et μέχρι τοῦδε, subintellecto genitiuo χρόνου [45]). Sociatur etiam cum multis aliis vocibus in constructione, de quibus non est instituti nostri tractare [46]). Illud autem non omittendum, finalem litteram σ, aut addi, aut adimi, vt vocalis aut consonans dictionis sequentis postulat [47]). ἄχρι τοῦδε.

Significat etiam limitationem, vt apud Sextum, πυῤῥων. ὑποτυπωσ. [48]) ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διαστελλομένους. Quae limitatio argumenti a minori ad maius vim habet, quasi dicat: *si pueri, multo magis adulti.* Id quod et Italica et aliae quaedam vulgares dialecti videntur imitari, Insin' i fanciulli vediamo, etc.

 CAPVT

45) ἄχρι cum interrogatiuo τίνος, vel τοῦ significat *quousque*, sed extra interrogationem ἄχρι τοῦ, cum Infinitiuo significat *vt etiam.* ἄχρι autem cum indefinito τινὸς est *aliquamdiu.* ἄχρις οὗ, *donec*, vel *quoad.* μέχρι παντὸς sc. χρόνου, *semper*, *in perpetuum.* cf. Is. Casaubon. ad Athen. VII. c. 1. p. 474. it. Lamb. Bos Ellipf. p. m. 239.

46) Vide ap. Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 9.

47) *Thomas Mag.* ἄχρις etiam vocali sequente poni a Thucydide notauit, quod ad duritiem Atticam, Thucydidi non insolitam, referendum videatur. *Moeris* autem ἄχρι sine σ, Atticis tribuit, ἄχρις vero aliis. Et *Phrynichus* ἄχρις et μέχρις vt ἀδόκιμα reprobat. Sed *Thom. M.* aliis, praeter Thucydidem, scriptoribus ἄχρις animaduertit vsurpari promiscue, vt mox dicerent ἄχρις οὗ, mox ἄχρι οὗ. *Ammonius* adeo ἄχρις et ἄχρι significatione differre tradit. Sed locus mutilus est. Vid. Nunnesius ad Phrynich. et Io. Corn. de Pauw, p. 7.

48) Lib. II. c. 23. verba sic se habent: ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὸν βίον ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διαστελλομένους ἀμφιβολίας. Nos haec verba sic accipimus: *Quin etiam videmus in vita vsque*, vel *omni tempore*, (beständig) *pueros adeo distinguere ambiguitates.*

# CAPVT V.
## DE Γάρ PARTICVLA.

γὰρ, αἰτιολογικόν.

Γάρ, αἰτιολογικὸς σύνδεσμος, probationibus seruit. Confirmamus autem aliquid, vel infirmamus allegatione causae non solum rei essentiae, verum etiam ratiocinationis et consequentiae: vt in Oreste Euripidis, 49) cum Electra proposuisset, *nullum esse tam graue malum et infortunium, quod humanum genus ferre non possit*, subdit: ὁ γὰρ μακάριος etc. afferens *causam*, non *cur* hoc ita se habeat, sed *vnde* hoc sequatur et probetur, inductione adstruens quod proposuit. *Cum enim Tantalus hoc et hoc sustinuerit, Pelops item et Atreus et Agamemnon, eiusque filius Orestes, manifestum fit, verum esse, omnis generis mala et infortunia homines posse perferre.* Ponitur etiam *in principio periodi*, modo propinquae, modo remotioris alicuius rei causam afferens. Exempla vtriusque sunt in Isocratis Panegyrico: 50) πρὸς χιλίας καὶ διακοσίας τριήρεις μόνοι διαναυμαχεῖν ἐτόλμησαν, οὐ μὴν ἐιάθησαν, καταισχυνθέντες γὰρ Πελοποννήσιοι etc. hic ad proximum οὐκ ἐιάθησαν refertur. Paulo autem infra, ad remotius, ἃ δέ ἐστι ἴδια, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον εἰπεῖν ἐστί. τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν, etc. In quibus γὰρ non ad proximum refertur ταῦτ' ἐμὸν ἔργον εἰπεῖν ἐστί, sed ad ἴδια καὶ ἄξια τῆς ἡγεμονίας, quod remotius est. Vnde fit, vt inchoatiuum narrationum absque causae redditione videatur: tametsi non negem, etiam sine vllius causae redditione, in principio narrationum, hanc particulam inueniri, vt apud Aristo-

49) statim ab initio v. 4. 50) p. 118.

Aristophanem in Pluto [51]), vbi seruus, *nuntians ea, quae in Pluti illuminatione acciderant*, inducitur dicens: ἄκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. In quibus particula ὡς *causam* assignat, *cur attente audire debeat alter interlocutorum*, post quae narrationem aggreditur: ὡς γὰρ τάχιστ' ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεόν, etc. Vbi praecedens ὡς [52]) particula facit, vt de γὰρ nequeamus dicere, causam reddere, *cur sit seruus audiendus.* Sic Aristot. 2. Politic. [53]) aggrediens narrationem, ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον, ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ τῆς σκέψεως. ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενὸς etc.

*Interrogationibus* etiam et *responsionibus* adhibetur particula γάρ, in quibus latet causatiua significatio, cum ex praecedentibus pendeat, et explicatione egeat, vt apud Aeschinem: [54]) σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; Negat enim *Demosthenem id praestitisse, vt Thebani a Philippi societate deficerent*: arguens a minori, *cum tu vicum vnum nequeas ad defectionem sollicitare et prouocare, multo minus ciuitatibus, quas narras, defectionem persuaseris.* Sic apud Aristoph. in Pluto [55]) inducitur ἡ πενία, proprias laudes exponens: παρ' ἐμοῦ δ' ἔστιν ταῦτ' εὔπορα πάνθ' ὑμῖν, et quae sequun-

γάρ, interrogantis et respondentis.



51) v. 649.

52) sed illud ὡς non vt v. 649. causale est, et pro γὰρ accipitur, vt saepe ap. Aristoph. aliosque, sed temporis significationem habet, et cohaeret cum superlatiuo τάχιστα, *vt primum, simulac.* Itaque γὰρ suum locum obtinet.

53) p. 438.

54) in Ctesiphont. in X. Rhetor. H. Steph. p. 77. Edit. Reisk. Vol. III. p 558.

55) v. 532. 535.

quuntur. Ad quam Chremylus: σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθὸν; vbi interrogatio in assertionem conuertenda est, supplendo: *nego, te commoda, quae narras, praestare posse*, ad quae referenda est causa: σὺ γὰρ etc. *tu namque nihil praeter talia et talia incommoda praestare soles*, ea videlicet, quae ibi exponit Chremylus.

In *responsionibus* etiam, tam *affirmatiuis*, quam *negatiuis* accidit, vt supplendum sit aliquid, ad quod causatiuum γὰρ referatur [56]), vt apud Aristoph. in Pluto: [57]) Καρ. ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μενεῖς; Ερμ. τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστὶ βελτίω πολύ. Vbi deest repetitio verbi affirmati, μενῶ videlicet, ad quod refertur causae assignatio. Sic saepe apud Platonem, vt in Cratylo, [58]) cum Socrates inducatur dicens: ἆρα ταῦτα μόνα ἐστὶν τῶν πρώτων ὀνομάτων, ἢ καὶ ἄλλα πολλά; respondeatque Hermogenes: οἶμαι ἔγωγε καὶ ἄλλα, replicat Socrates: εἰκὸς γάρ. In quibus supplendum est, ὀρθῶς οἴει καὶ ἄλλα εἶναι. ad quae refertur, εἰκὸς γὰρ, vt sensus sit: *recte tu quidem sentis, alia quoque nomina, praeter exposita, esse ex numero primorum. Nam et verisimile est, alia quoque esse, et non supradicta tantum.* Et in Theaeteto, [59]) cum ipse Theaetetus dicat, οὔκουν εἰκός γε, sub-

56) quod supplementum sumitur aut e proxime antecedentibus, aut ratio est eiusmodi, vt sponte se aliqua offerat sententia praemittenda, vt γὰρ ei respondeat. v. c. Aristoph. Nub. v. 866. νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι. *nam rudis adhuc puer est.* praemittendum est, *non mirum.* Sic eodem v. 1369. ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω ἐν ποιηταῖς. ante suppl. *minime faciam.* De hac ellipsi vid. Clark. ad Hom. Il. ά. v. 123. Bos in Ellips. p. m. 384.

57) v. 1149-50.

58) p. 62.

59) p. 72. alter locus τὸ δὲ

subiungit Socrates, ὀ γάρ. Vbi supplendum est, καλῶς ποιεῖς ἀποφάσκων μὴ εἶναι εἰκός. *recte negas. verisimile esse*, deinde subiiciendum: ὀ γάρ ἐστὶν εἰκός, *neque enim verisimile est.* Et infra proponit Socrates: τὸ δὲ γε φαίνεσθαι, αἰσθάνεσθαι ἐστὶν. ad quae Theaetetus, ἔστι γάρ. vbi supplendum est, ὁμολογῶ τὸ φαίνεσθαι εἶναι αἰσθάνεσθαι. ἔστι γάρ Vnde fit, vt γάρ, ταῖς συγκαταφάσεσι καὶ ταῖς συναποφάσεσι seruire dicatur, et vim caussatiuam retinere. Vt apud Aristophanem in Nebulis, [60]) vbi non interrogationem, sed enunciationem subsequitur: ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Φειδ. νὴ τὸν Δί' ἐνδίκως γάρ. Vbi supplendum est aliquid, vt sit integra locutio: νὴ τὸν Δία καλῶς ποιεῖς ὑφορώμενος, ἐνδίκως γὰρ τύπτοις ἄν. Et in Ranis [61]), cum quidam dicat: ἤλγησεν, οὐκ ἤκουσας; alter respondet, οὐκ ἔγωγε. ad quae prior ille, οὐδὲν ποιεῖς γάρ. quibus assentitur, illum non doluisse, cuius caussam reddit, οὐδὲν ποιεῖς γάρ. vt sit sensus: *iure negat se doluisse, nam tu nihil proficis eo modo, quo facis, ipsum caedens: quare percute latus eius.* Latet praeterea eiusdem particulae natiua significatio, cum ad remotiora refertur, vt in Pluto Aristophanis: [62]) interrogatus herus a seruo, quidnam ipsi Apollinis oraculum respondisset, subiungit, πεύσει. σαφῶς γὰρ ὁ θεος εἶπέ μοι τοδί. ὅτῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιὼν, ἐκέλευσε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι. Vbi τὸ γάρ non reddit caussam, *cur seruo herus respondeat, sed ad potissimam quaestionem, cur Plutum coecum tam obstinate sequeretur.* Huius autem caussa est: *quia iussu Apollinis hoc facit.*



δέ γε φαίνεσθαι, legitur eadem pagina pene extrema.

60) v. 1382.
61) v. 673-75.
62) v. 40 42.

*cit.* Obſcuratur eiusdem ſignificatio, cum interrogationem, vel alioquin figuratam locutionem ſubſequitur. Niſi enim figurata locutio ad enuntiatiuam reducatur, aegre animaduerti poteſt, quo modo in propria ſignificatione cum praecedentibus quadret. Vt apud Ariſtophanem in Pluto, [63]) Paupertas ad Chremylum, et eius ſocium inducitur, cum dicat: *ποῖ ποῖ; τί φεύγετον; ὐ μενεῖτον; ἐγὼ γάρ ὑμᾶς ἐξολῶ κακὼς κακῶς.* In quibus ſi locutio illa, *τί φεύγετε, ἀλλὰ μενεῖτον;* in enuntiationem conuertatur, *μὴ φεύγετε, ἀλλὰ μένετε*, planum erit, verba illa, *ἐγὼ ὑμᾶς ἐξολῶ*, cauſam continere, *cur fugere non debeant, quippe cum quocunque fugiant, ipſos male perdituram ſe illa profiteatur.* Sic paulo infra in eadem fabula [64]), cum Chremylus ad paupertatem dicat, *ἐνέκραγες ἡμῖν, ὐδὲν ἠδικημένη*, reſpondeatque illa, *ἄληθες; ὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον, ζητῶντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν;* particula *γὰρ*, cauſatiua, refertur ad ſubaudienda haec, *δικαίως κέκραγα*, poſt quae interrogatiua locutio, *ὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον*, in enuntiatiuam *δεινότατα γὰρ δεδράκατον* eſt conuertenda. Et ſic quadrabit *γὰρ* particula, in ſenſu cauſatiuo, alioquin otioſa videretur. Sic infra, [65]) vbi dicit idem Chremylus, *τί λοιδορεῖ ἡμῖν προσελθῦσ', ὐδ' ὁτιῦν ἀδικυμένη;* reſpondet Paupertas: *ὐδὲν γὰρ, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, νομίζετον ἀδικεῖν με;* vbi τὸ *γὰρ*, niſi referatur ad ſupplenda haec: *σὺ λέγεις με ὐδὲν ἠδικημένην λοιδορεῖσθαι*, conuertaturque interrogatiua in enuntiatiuam, *ὐδὲν γὰρ νομίζετον ἀδικεῖν με τὸν πλῦτον ἀναβλέψαι ποιῦντες*, aut propriam ſignificationem immutabit, aut certe otioſum erit.

Inue-

63) v. 417. 64) v. 428. 65) v. 456.

Inuenitur etiam ὁ γὰρ, ἐλλειπτικῶς, pro *alioquin*, in eiusmodi locutionibus, qualis est illa in VI. τῶν μετὰ τὰ Φυσικά: [66]) οὔτε λόγῳ γὰρ οὔτε χρόνῳ οὔτε γενέσει, οἷόν τε τὰ πάθη τῆς οὐσίας εἶναι πρότερα. ἔσαι γὰρ χωριστά, vbi supplenda est conditionalis, cui adhaereat ὁ γὰρ, et formabitur antecedens ratiocinationis, ex repetitione superioris conclusionis: εἰ γὰρ τὰ πάθη τῆς οὐσίας εἶεν πρότερα. Ex quo sequitur consequens, ἔσαι χωριστά. γὰρ, ἐλλειπτικόν.

Interrogatiuo autem τί postpositum, fit τί γὰρ, nota interrogationis, vt τί δὲ, vt apud Xenoph. II. ἀπομνημ. [67]) Socrates orditur quaestionem, τί γάρ; ὅς τις δαπανηρὸς ὤν; et post illius quaestionis absolutionem, alteram aggreditur per eandem particulam, τί γάρ; ὅς τις χρηματίζεσθαι etc. Vnde patet, praepositam quidem suam significationem retinere, et in postpositas sibi particulas quodammodo dominari: postpositam vero suam vim amittere, et praepositis seruire. Totum enim τί γάρ, interrogationis si- τί γάρ.

F 5 gnum

66) est Liber VII. Aristot. Opp. Tom. IV. p. 486. Thucyd. Lib. I. c. 68. οὐ γὰρ ἂν Κέρκυράν τε ὑπολαβόντες βίᾳ ἡμῶν εἶχον. *alioqui* Corcyram inuitis nobis captam non retinerent. Praecedit, iam dudum parati sunt ad bellum gerendum, si forte oriatur. *Hoc nisi esset*, haec formula latet in γάρ.

67) cap. VI. §. 2. hac formula τί γὰρ vtuntur inprimis Socratici in principiis demonstrationum, sed non significat *nonne*, vel *numquid*, sed *quid enim?* et salua sententia abesse etiam potest. Praeponitur autem ita, vt seriem argumentorum quasi disponat, et clarius distinguat. Quod ex loco citato apparet. Nam si cum Deuario τί γὰρ exponamus *nonne*, vel *nunquid*, quid faciemus verbis καὶ δοκεῖσαι?

gnum est, et *nonne*, vel *nunquid* significat, vt suo loco dicetur.

ου γάρ. Postponitur etiam τῷ ου, negandi aduerbio, et interrogatiue cum quadam indignatione profertur, ex qua tamen interrogatione affirmatio infertur, vt apud Aristoph. in Pluto [68]), vbi inducitur quidam, qui dicat: τί ποτ' ἐστὶν ὅ, τι πέπονθεν ἄνθρωπος κακόν; ad quae alter: ου γὰρ σχέτλια πέπονθα νυνὶ πράγματα; *nonne grauia perpessus sum?*

Porro confirmationes et infirmationes, quae a signo fiunt, per γοῦν particulam plerumque fiunt, vt de ipsa dicetur. Nonnunquam tamen ὁ γὰρ in his etiam adhibetur, praecedente animaduersione argumenti a signo, quae est, σημεῖον δὲ, vel τεκμήριον δὲ, vel huiusmodi alia. Isocr. in Panegyr [69]) τὰς κληρουχίας ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πολέων φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων, ἀλλ' οὐ διὰ πλεονεξίαν ἐξεπέμπομεν, σημεῖον δὲ τούτων, ἔχοντες γὰρ χώραν etc.

γάρ, pro ἄρα. Quod autem γὰρ particula ex γε et αρ, i. e. ἄρα, constet, illud quoque fidem facit, quod γὰρ quandoque συλλογιστικῶς pro ἄρα accipi videtur, vt apud Aristoph. in Acharn. [70]) vbi inducit *legatos Atheniensium ad populum narrantes iter in Persidem*, in illis verbis: καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα διὰ τῶν καϋστρίων πεδίων ὁδοιπλανοῦντες ἐσκηνημένοι, ἐφ' ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι, ἀπολλύμενοι.

68) v. 856. 857.

69) p. 122.

70) v. 68-72. Sic γὰρ in clausula sententiae ponitur eodem sensu, ap. eundem Aristoph. in Lysistrata v. 490. διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ; *propter argentum igitur, gerimus bellum?*

λύμενοι. Ad quae interlocutor: *σφόδρα γὰρ ἐσωζόμην ἐγὼ παρὰ τὴν ἔπαλξιν, ἐν φορυτῷ κατακείμενος.* Super quibus verbis Interpres: *ἐκ τȣ̃ ἐναντίȣ ἀπήντησεν ἀγανακτῶν. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἀπόλλυσθε, ἐσωζόμην ἄρα ἐγὼ*, i. e. *a contrariis indignabunde colligit, quod si illi se pessumdatos querantur, qui adeo molliter cubarent et delicate degerent, sequitur, vt ipse salutem et commodum consequeretur, qui super sarmenta ad moeniorum propugnacula cubaret.* Potest tamen et causatiuus sensus seruari, *vt concedat ironice, verum esse, quod dixerant legati, se scilicet pessumdatos nimiis deliciis. Nam se propter aerumnas salutem consecutum esse.* Planior tamen est prior explanatio.

Γὰρ etiam *aduersatiuam* vim prae se fert in dubitationibus negatiue cum interrogatione prolatis, vt apud Athanasium: *ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίοχον ζητήμασι. τίνος χάριν οἱ πιςοὶ ςαυρȣ̀ς μὲν ἀντιτύπȣς τȣ̃ ςαυρȣ̃ τȣ̃ Χριςȣ̃ ποιȣ̃μεν. τῆς δὲ λόγχης ἢ τȣ̃ καλάμȣ, ἢ τȣ̃ σπόγγȣ, ἀντίτυπα ȣ̓ κατασκευάζομεν, ἅγια γάρ εἰσι καὶ ταῦτα* etc. *tametsi ea quoque Dominici corporis tactu sanctificata fuerint.* In simili locutione Aristophanes τῷ καί τοι aduersatiuo, loco γὰρ vsus est in Nebulis: [71]) *καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ, καὶ Κρονίων ὄζων, καὶ βεκκεσέληνε, εἴπερ βάλλει τȣ̀ς ἐπιόρκȣς, πῶς δῆτ' ȣ̓χὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, ȣ̓δὲ Κλεώνυμον, ȣ̓δὲ Θέωρον. καὶ τοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι;* vbi loco καί τοι, causatiua γὰρ potuit adhiberi: *σφόδρα γάρ εἰσιν ἐπίορκοι.* Affirmatis enim enuntiationibus, quae a negatiue prolatis interrogationibus inferuntur, respondet causalis γὰρ, vt si dicas: *εἴπερ βάλλει τȣ̀ς ἐπιόρκȣς ὁ Ζεὺς. ὤφειλε δήπȣ Θέωρον καὶ Σίμωνα,*

γὰρ aduersatiuum.

71) v. 397. seqq.

μωνα, καὶ Κλεώνυμον βάλλειν. σφόδρα γάρ εἰσιν ἐπίορκοι. Sic si illud Athanasii in enunciationem resoluas, hoc modo: ἐπειδὴ τοῦ σαυροῦ ἀντιτύπους σαυροὺς ποιοῦμεν, ὀφείλομεν καὶ τῆς λογχῆς, καὶ τοῦ καλάμου, καὶ τοῦ σπόγγου ἀντίτυπα ποιεῖν, tum quadraret quod sequitur, ἅγια γάρ εἰσι καὶ ταῦτα [72]).

## CAPVT VI.

## DE PARTICVLIS, γε, γέ τοι, γοῦν.

γε. Γε particula, at, *saltem*, et *certe* significat. Aristot. X. Ethic. [73]) τοῖς σφετέροις τέκνοις καὶ φίλοις

72) Addimus, τὸ γὰρ saepe confundi cum δὲ, aut saltem poni pro eo, maxime ap. Thucyd. vt passim eius Scholiasta notauit. Exempli gratia vnus sufficiat locus e Thucyd. Lib. I c.17. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ (τύραννοι) ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν δυνάμεως. *Tyranni enim in Sicilia ad maximam progressi sunt potentiam.* Nihil praecessit, cui τὸ γὰρ respondeat. Sed opponuntur hi Tyrannis illis Graeciae, qui suis vrbibus sese continentes, nihil memorabile fecerunt: οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ, *contra vero isti in Sicilia* etc. Hic notauit Schol. γὰρ ἀντὶ τοῦ δὲ. Sed simul aliam ostendit explicandi rationem, nempe per ellipsin huius formulae: οὐ λέγω περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ. οἱ γὰρ κ. τ. λ. et sic manet causalis significatio τοῦ γάρ.

Porro γὰρ secum habens ποτὲ, quod latine quidem commode exprimi nequit, respondet nostro *einmahl.* Aristoph. Nub. v. 639. ἔναγχος γάρ ποτε ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ. *Nuper enim duobus choenicibus defraudabar a farinae venditore.* Neulich bin ich einmahl betrogen worden.

Sic γὰρ etiam respondere latino *scilicet* vel *nempe*, adnotauit Reiske V. Cl. ad Aeschinem suum p. 208. et 325. Post longiorem etiam orationem interiectam, abruptum sermonis filum producere τὸ γὰρ, idem ille V. Cl. ad eundem notauit Aeschinem p. 211.

73) Opp. Tom. V. p. 390.

λοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι ἢ προαιρεῖσθαί, γε. Demosth.[74]) εἰ μὴ ὅλον, μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας. *Si non summa, at pars quaedam*, vel, *certe pars quaedam*. Hoc idem significat ἀλλὰ coniunctio. Vnde ambo ex παραλλήλου quandoque iunguntur, vt Iliad. α.[75]) ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ. Quod etiam interpositione οὖν interrumpitur, et fit ἀλλ' οὖν γε. Iungitur et τῷ οὖν, παραπληρωματικῷ in hoc eodem sensu, et fit γοῦν, de quo infra. ἀλλά γε. ἀλλ' οὖν γε.

Γε etiam pro γοῦν accipitur in *probationibus a signo*. Isocrates in Panegyr.[76]) de Persarum moribus loquens: καὶ τὰ μὲν ταπεινῶς, τὰ δ' ὑπερηφάνως ζῶντες. τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες. cuius signum affert, τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατιὰν, ὀκτὼ μῆνας ταῖς ἑαυτῶν δαπάναις διέθρεψαν. τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας, ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν. γε, pro γοῦν.

Significat etiam idem, quod μενοῦν, i. e. *immo*, vt in Equitibus Aristophanis,[77]) interrogatus quidam, μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; respondet, εἰμ' ἐκ πονηρῶν γ'. pro ἐκ πονηρῶν μενοῦν, *immo vero a prauis originem duco*. Alibi in eadem fabula[78]): Κλ. ὁμολογῶ κλέπτειν. σὺ δ' οὐχί; Αλλ. κἀπιορκῶ γε βλεπόντων. *immo vero, tametsi furantem quis viderit, periurio nego, me furtum fecis-* γε, pro μενοῦν.

74) de Corona, p.351. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 317.

75) v. 82.

76) p. m. 142.

77) v. 185. Exemplum eiusmodi correctionis e Platonis Protagora affert Vigerus, vbi τῷ γε praecedit καί. ἠρόμην τοῦτον, εἰ τοὺς ἀνδρείους λέγοι θαρραλέους. ὁ δὲ, καὶ ἴτας γε ἔφη. *Quaerebam ex eo, num viros fortes audaces esse diceret: ille autem, immo, inquit, temerarios.*

78) v. 296.

*fecisse.* In qua significatione habet vim *superaddendi*, vt sit sensus: *non modo furor*, *verum etiam periurio nego.* Vicissim μενῦν pro γε, apud eundem, vt de μενῦν dicetur.

Adstruit etiam a signo vel exemplo, vt γοῦν et γέ τοι. Aristoph. in Equitib. [79]) ἄνθρωπε τίς εἶ; μῶν ἔγγονος εἶ τῶν Ἁρμοδίου τις ἐκείνων; τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς ἐστιν γενναῖον, καὶ Φιλόδημον. Adstruit enim *ab Harmodio originem quendam trahere*, *a signo et argumento*, *quod opus quoddam generosum fecerit.* Ponitur et pro simplici γάρ, caussatiuo, apud Aristophanem ἐν εἰρήνῃ. [80]) vbi cum dicat quidam, ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα, subdit alter: κατῄσχυνάς γε τοκῆας, quasi caussam reddens, *cur illi successerit*, *vt animam suam seruaret*; *quod videlicet turpiter se ex acie surripuerit et fugerit.*

γε, pro γάρ.

γε δή, et γέ τοι. Iungitur et δή et τοι, παραπληρωματικοῖς, et fit γε δή, et γέ τοι. Gregorius: ὥς γε δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, *duntaxat vt mea est sententia.* Xenoph. ἀλλ' ἐκείνου γέ τοι, ἔφη, εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἠμέληκας. *Illud certe quidem scio non neglexisti.* Plato: κατὰ λόγον γέ τοι, ἔφη, ἂν γίγνοιτο ἥτε θέα καὶ ἡ κρίσις. *ratione vero*, vel, *atqui ratione* etc.

γε μήν, pro μέν τοι. Praeponitur etiam γε particula τῷ μήν, aduersatiuo, et fit γε μήν, in quo non adeo appa-

ret

79) v. 783. in aliis libris pro ἔγγονος legitur ἔκγονος, recte. Sed saepe in his nominibus librariorum deprehenditur confusio. Vide Oudendorp. ad Thom. Mag. in γ. τίθην.

80) v. 1299. Kusterus in sua Editione pro γε dedit τε, sine auctoritate MSS. quam licentiam valde improbat Cl. Hemsterh. ad Plut. v. 1034. et pro τοκῆας, omnes Edd. habent τοκήων.

ret γε particulae vis περιγραφικὴ, vel μειωτικὴ, ſicut μὴν particulae vis aduerſatiua: quippe cum totum γε μὴν, pro μέν τοι, i. e. *tamen*, accipi videatur. *Notandum* tamen in tranſitione, ſeu in principio locutionis, ἀποςατικῶς, ſermonem inchoantis, et ſimpliciter, vbi nihil praeceſſerit, quod limitatione egeat, tunc totam vocem γε μὴν, puram vim aduerſatiuam obtinere, vt apud Ariſtoph. in Equitibus: [81]) καὶ μὴ δέδιθ᾽. ȣ̓ γάρ ἐςιν ἐξεικασμένος. ὑπὸ τȣ̃ δέȣς γὰρ αὐτὸν ȣ̓δεὶς ἤθελε τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι. πάντως γε μὴν γνωσθήσεται. Vbi vero praeceſſerit aliquid, quod limitatione indigeat, tunc γε particula, ſuam vim περιγραφικὴν obtinet: vt apud Xenophontem, [82]) *multis tum boni, tum mali equi ſignis expoſitis*, ſubiungitur, τȣ̀ς γε μὴν ὄρχεις δεῖ μὴ μεγάλȣς τὸν ἵππον ἔχειν Quod ex reſolutione eius vocis manifeſtum fit, vt ſi dicas: τȣ̀ς γε ὄρχεις ὅμως δεῖ μὴ μεγάλȣς ἔχειν, et erit ſenſus: *vt aliquis concedat alia, teſticulos quidem certe non magnos habere equum oportet.*

Γέ τοι etiam, ex γε et τοι conſtans, adſtructiua eſt alicuius propoſiti, cum aliquid allegamus pro ſigno et argumento, vel exemplo. In quo ſenſu γȣ̃ν etiam accipitur, de quo infra. Ariſtoph. Veſp. [83]) ȣ̓ καὶ σοὶ δοκεῖ, ὦ 'λεκτρυών; νὴ τὸν Δί᾽, ἐπιμύει γέ τοι. Et in Auib. [84]) ἄρ᾽ ἀπει- γέ τοι.

81) v. 230—233. Vſurpatur item γε μὴν, pro *etiam, quin etiam, praeterea.* Xenoph. in Ageſilao. ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησε. *quin etiam omnes bona impleuit ſpe.* cf. Reiske V. Cl. Animadu. in Auctores gr. Vol. I. p. 11.

82) de re equeſtri, p. 738. Edit. Baſil. fol.

83) v. 928. ſeq.

84) v. 309.

ἀπειλοῦσί γε νῷιν; οἴμοι, κεχήνασί γέ τοι. Et in Pluto [85]): Ἐριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. βλέπει γέ τοι μανικόν τε καὶ τραγῳδικόν, et infra: [86]) ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. Χρ. Φαίνεται. στεφανόν γέ τοι, καὶ δᾳδ' ἔχων πορεύεται. Et alibi in Vespis: [87]) ὁδί τις ἕτερος, ὡς ἔοικεν, ἔρχεται καλούμενός σε. τόν γέ τοι κλητῆρ' ἔχει.

γοῦν. Γοῦν, ex γε et οὖν, componitur, et est περιγραφικὸν. i. e. limitatiuum. vt *quidem* apud Latinos. Plato in Phaedone: [88]) τουτονὶ γοῦν τὸν λόγον τὸν πρὸς τὴν ἁρμονίαν θαυμαστῶς μοι εἶπες. i. e. *sermonem quidem hunc de harmonia, mire mihi exposuisti.* Demosth. †) καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἐπανελθεῖν ἀπὸ τῆς πρώτης πρεσβείας, ἐμὲ γοῦν διεφθαρμένος ἐλάνθανε. h. e. ἐμέ γε, habet enim vim *determinandi* et *circumscribendi*, sicut *duntaxat.* In hoc sensu *quidem* aduerbio vtitur Cicero. [89]) *Omnes suos, quibus irascitur crebrius, tamen charos habet, me quidem scipso chariorem.* ἐμὲ γοῦν.

Seruit etiam probationibus, cum aliquod signum, vel exemplum et argumentum allegamus ad confirmandum, quod intendimus, vt apud Plutarchum in Demetrio [90]): πρὸς δὲ τῷ λιμῷ, καὶ τῶν ἄλλων ἀπορίαν γενέσθαι, ἁλῶν γοῦν μέδιμνον ὠνοῦν-

85) v. 422. ad quem locum Scholiasta: τό γέ τοι, ἢ ἀντὶ τοῦ δὲ, ἢ ἀντὶ τοῦ γάρ. ὃ καὶ κρεῖττον. Eadem tradit Thom. Mag. in γ. Γοῦν. Vid. etiam Reisk. ad Aeschin. Vol. III. Edit. Reisk. p. 53. n. 92.

86) v. 1041.

87) v. 1406.

88) cap. 44.

†) de falsa legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 345.

89) Epistol. ad Attic. X. 13.

90) Opp. Tom. I. p. 904. E.

ὠνοῦντο τετταράκοντα δραχμῶν. Ita γοῦν saepe vt γε, dicitur ἀντὶ τοῦ γάρ. Xenoph. in Sympos.[91]) de Diis loquens: καὶ μὴν ὅτι νομίζομέν γε δύνασθαι αὐτοὺς καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν, καὶ τοῦτο σαφές. πάντες γοῦν αἰτοῦνται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν φαῦλα ἀποτρέπειν, τἀγαθὰ δὲ διδόναι. Sic apud Aristoph. in Pluto:[92]) μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι. Καρ. κρατοῦσι γοῦν κἀν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε, ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος. Et in Vespis[93]): ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως. σὺ γὰρ, οἵσπερ ἐγὼ, κεχάρησαι. τοῖς δακρύοισι τῶν φευγόντων ἀεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς. ᾤκησας γοῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ', ἵνα ταῦτ' ἀκροῷο. Latet autem praedictus sensus interdum propter formam locutionis: vt apud Aristophanem in Pluto[94]), vbi cum ἡ πενία dixisset, ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ. τοῦ πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν, addit Chremylus: πάνυ γοῦν κλέπτειν κόσμιόν ἐστιν, καὶ τοὺς τοίχους διορύττειν. Quibus ironice assentitur, verum esse, quod ἡ πενία proposuit: ironice id argumento confirmans, quod sic explicatur: *verum est*, τὴν κοσμιότητα οἰκεῖν παρὰ σοὶ, cuius rei argumentum est, quod τὸ κλέπτειν κόσμιόν ἐστι. Quae omnia vt ironicum sensum habent, sic et ironice etiam proferenda sunt.

Est etiam γοῦν, μειωτικὸν, pro *certe*, vel *quidem certe*, et idem quod γε δὴ, et ἀλλά γε signi- γοῦν μειωτικόν.

91) cap. 4. §. 47. p. 147. Edit. Bachi. V. γοῦν, hunc locum exhibet sicuti liber Deuarii. Vid. Hemsterh. ad h. l.

92) v. 182. seq. Codex d'Oruillianus pro γοῦν habet γὰρ νῦν. Sed Thom. Mag. in

93) v. 388. seq.

94) v. 564.

significat. Demosth. †) ἡ δὲ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀπολογία, καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοὔνομα γοῦν ἔχει φιλάνθρωπον, pro τοὔνομά γε δή. *at certe nomen.* Sic saepe Galenus, vt secundo de caus. puls. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ φόβος. ὁ γοῦν ἰσχυρὸς ἀνωμάλως ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς. vbi γοῦν, sicut γε, περιγραφικῶς, i. e. limitatiue accipitur Et paulo infra: ἔστι δ᾽ ὅτε πλείονι προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐνέργησε, πρὸς γοῦν ὀλίγον. Et rursus: ἡ μὲν γὰρ στέρησις ἐστιν ἁπάσης τῆς ἐνεργείας, πρὸς γοῦν τὴν αἴσθησιν.

γοῦν, immo. Accipitur etiam particula γοῦν pro *immo*, apud Aristophanem in Vespis:[95]) vbi inducitur quidam ad seruum dicens: ἀλλ᾽, ὦ πόνηρ᾽, ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον οἱ συνδικασταὶ, παρακαλοῦντες τουτονὶ τὸν πατέρα. *quibus denuntiat, fore, vt mox patris sodales adfuturi sint.* Ad quae opponit seruus: τί λέγεις; ἀλλὰ νῦν ὄρθρος βαθύς. *negans, posse tam multo mane illos adesse.* quae refellens alter, ait: νὴ τὸν Δί᾽, ὀψὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε. i. e. *immo vero sero hodie surrexerunt, prae eo, quod solent facere.* destruens a fortiori serui oppositionem, ac si diceret: *immo mirum est, quod iam diu non affuerint.*

## CAPVT VII.

## DE PARTICVLA Δὲ.

Δέ. Δὲ coniunctio, vt particulae μὲν respondet, ipsamque subsequitur, partitiuam vim habet, et in par-

†) de falsa legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 371.

95) v. 214. seq.

partitionibus cum ipsa adhibetur, vt τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ φαῦλοι. *Oppositionis* item, seu *differentiae* signum est, vt σὺ μὲν οἴει με παίζειν, ἐγὼ δὲ σπουδάζων λέγω. Quam significationem etiam sine praecedente μὲν obtinet, vt in illo Demosth. [96]) ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελούμην. Et apud Hippocratem: ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. Accipitur etiam in hac eadem significatione loco ἀλλὰ, vt μικρὸν μὲν, καλὸν δὲ, i. e. *paruum quidem, veruntamen pulchrum et elegans* [97]).

δὲ, pro ἀλλά.

Adhibetur etiam *in transitionibus narrationis*: acciditque, vt si transitio ἀποστατικῶς, et abrupte fiat, nihil opus sit praecedente μὲν: si enim praecedat μὲν, tunc erit transitio mista cum continuatione, vt saepe apud Xenoph. ὁ μὲν δὴ Κῦρος, vel καὶ ὁ μὲν Κῦρος ταῦτα ἔπραττεν, ὁ δὲ Ἀστυάγης etc. Continuatur namque praecedens epilogus cum exordio subsequentis narrationis.

δὲ, in transitione narrationum.

Aequiualet etiam τῷ καὶ, συμπλεκτικῷ, vt in proximo Hippocratis loco; vbi praeter primum δὲ, reliqua omnia, quae sequuntur, copulatiua sunt: ὁ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ etc. Neque enim singula illa κόμματα, priori opponi dicendum est. Sic in argumentis, in quibus praepostere minor praecedit, deinde maior assumitur; maior, mediante δὲ, minori annectitur: vt πᾶς ἄνθρω-

δὲ idem, quod καί.



96) de Corona, p. 350. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 315.

97) Sic in altero periodi membro, quod consequens dicitur, τὸ δὲ respicit μὲν per ellipsin omissum. Arrianus de Expedit. Alex. VII. 14. 2. ἐπεὶ δὲ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι κακῶς ἔχει Ἡφαιστίων. ὁ δὲ παρ' αὐτὸν ἐλθὼν σπουδῇ, οὐκέτι ζῶντα κατέλαβεν. pro, ὁ δὲ παρ' αὐτὸν μὲν ἐλθὼν, οὐκέτι κ. τ. λ.

ἄνθρωπος ζῶον. πᾶν δὲ ζῶον ἐσία. Vbi δὲ pro καὶ accipi manifeſtum eſt. In hoc eodem ſenſu, in interrogationibus iteratis, pro καὶ adhibetur. Demoſth [98]) ποῖος γὰρ ϛρατηγὸς Ἅλον; τις δὲ Φωκέας ἀπολώλεκε; τίς δὲ Δορίσκον; τίς δὲ Κερσοβλέπτην; τίς δὲ ἱερὸν ὄρος; τίς δὲ Πύλας;

δὲ ἀντιθετικόν. Quandoque ἀντιθετικὴν vim habet, et ἀλλὰ ſenſum refert in huiusmodi interrogationis repetitione apud eundem: εἶτα λέγεις ὡς ἐδὲν ὅμοιός εἰμι ἐκείνοις ἐγώ. σὺ δ᾽ ὅμοιος Αἰσχίνη, ὁ δ᾽ ἀδελφὸς ὁ σὸς, ἄλλος δέ τις τῶν νῦν ῥητόρων. In qua loquendi forma et Cicero et Terentius particula *autem* ſunt vſi, vt annotauit Budaeus [99]).

δὲ pro δή. Ponitur etiam ἀντὶ τῦ δὴ, et praeſertim ἐν ταῖς ἀποδόσεσιν, h. e. in principio *conſequentis* longiorum periodorum, pro repetitione eius, quod proponitur. Iſocrat. in Panegyr. [1]) ἃ δέ ἐϛιν ἴδια, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογέμενα, ταῦτα δ᾽ ἐμὸν ἔργον ἐϛὶν εἰπεῖν. Sic apud Platonem: [2]) οἳ δ᾽ ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν, διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων — τέτες δὲ ἡ προσήκεσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον. *hos vtique, hos vero.* Quo Ciceronem vſum eſſe teſtatur Budaeus, de Diuinatione: [3]) *quod enim is, qui diuinat, praedicit, id vero futurum eſt,* grae-

98) de falſa legat. p.245. B. Edit. Reisk. Vol. I. p.448.

99) Comment. Ling. gr. p. m. 486.

1) p. m. 118.

2) in Phaedone c. 62. p. m. 302.

3) Lib. II. c. 8. h. l. *vero* adiectiuum eſt, ſubintellecta praepoſitione *ex*. Et ita reſpondet τῷ δὴ, aut δὲ, poſito pro δὴ, aſſeuerante. Sed in eiusmodi locis, vbi in apodoſi δὲ repetitur, quod praeceſſit, aut per *inquam* ſaepe reddi poſſit, aut plane abundat, vt in ſupra allatis locis.

graece, τοῦτο δὲ, vel τοῦτο δή. Quae repetitiones, vbi prior periodi pars longior est, videntur necessario fieri ad reassumendum ea, quae fuerunt proposita. Vbi vero prior pars μονοκόμματος est, non ad necessitatem, sed potius ad ornatum dictae particulae adhibentur.

Accipitur etiam δὲ, pro ἔτι, i. e. *etiam*, et apponitur τῷ καὶ, ἐκ παραλλήλου. Aristot. χ. Ethic. [4]) ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη. i. e. *humanarum etiam actionum, quae ad hanc proxime accedit, quam beatissimos reddit.* Demosth. εἰ μέντοι ῥήτωρ ἐστὶν, οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε. *et vos quoque.* In qua significatione accipitur etiam δὴ particula. pro ἔτι.

Seruit praeterea δὲ coniunctio multis quibusdam locutionibus, refertque oppositum eius, quod sub praecedenti μὲν proponitur, et pro ἀλλὰ, διαφορικῶς accipitur, vt apud Aristotelem: [5]) ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτὸν, ᾗ δ' ἄνθρω- δὲ pro ἀλλά.



4) Opp. Tom. V. p. 386. vbi pro δὲ est δὴ, quod etiam habet Edit. Aureliana. Sed Deuarius hunc locum scripsit, vt inuenit ap. Budaeum Comment. gr. l. p. 487. Sed Vigerus merito propter hanc diuersitatem hunc locum omisit, duobus aliis ex eodem Budaeo mutuatis locis vsus. cf. Viger. Idiotism. c. VIII. sect. 8. §. 27. vbi Hoogeuenus bene monet, δὲ in significatione τοῦ ἔτι, non nisi praecedente καὶ vsurpari, sed semper vocula aliqua interposita. Sed reperitur etiam τὸ καὶ postpositum τῷ δὲ. Plutarch. Paedagog. IX. 4. μαρτυρεῖ δὲ μοι τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης. testatur mihi insuper Euripides.

5) Ethic. VIII. Opp. Tom. V. p. 350.

θρωπος. vbi ſupplendum eſt, ἐςὶ φιλία πρὸς αὐτὸν. *ſed quatenus homo eſt, amicitia cum eo eſt.* Idem alibi: [6]) διὸ κἂν δόξειεν ὀυκ ἐξεῖναι ὑιῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱὸν. ſupple δόξειεν ἐξεῖναι ἀπείπασθαι. *patri vero licet, filio nuntium remittere*, ſeu *filium abdicare.* In quibus exemplis cum in priori parte negetur aliquid, hoc idem in poſteriore affirmatum iteratur. Sic apud Theophraſtum: τῶν δὲ ξύλων τὰ σχιςὰ μὲν ὅλως ἄῤῥαγῆ, διὰ τὸ γυμνωθεῖσαν τὴν μήτραν ξηραίνεσθαι. τὰ δὲ πελεκητὰ καὶ ςρογγύλα, διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. Vbi ex contraria cauſa, contrarius quoque effectus τοῦ ἀῤῥαγῆ ſupplendus eſt poſt vocem ςρογγύλα, vt ſit integra locutio: τὰ δὲ πελεκητὰ καὶ ςρογγύλα, ῥηκτὰ, vt ita dicam, ſeu εὔρηκτα. Quam loquendi formam, niſi quis obſeruauerit, facile decipi poterit. Similis ἔλλειψις eſt in locutionibus σημεῖον δὲ, et τεκμήριον δὲ, et ἀπόδειξις δὲ. Nam in his quoque ſubaudiendum eſt, praeter verbum ſubſtantiuum, pronominis quoque demonſtratiui caſus aliquis τούτου, vel τούτων. Demoſth. [7]) ου γὰρ Αἰσχίνης ὑπὲρ τῆς εἰρήνης κρίνεται, ἀλλ' εἰρήνη δι' Αἰσχίνην διαβέβληται. σημεῖον δὲ, εἰ γὰρ ἡ μὲν εἰρήνη, et reliqua, *huius autem rei argumentum eſt.* Quam loquendi formam pleniorem protulit Ariſtot. [8]) de morbis equorum loquens: λαμβάνει δὲ καὶ εἰλεὸς, σημεῖον δὲ τῆς ἀῤῥωςίας, et quae ſequuntur.

δὲ δὴ. Iungitur et aliis particulis, puta δὴ, quae ſimul *tranſitionibus* ſeruiunt, vt apud Demoſthenem: †) ἐὰν

6) Ethic. VIII. Opp. Tom. V. p. 354.

7) de falſa legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 372.

8) Hiſt. anim. Lib. VIII. Opp. Tom. III. p. 235.

†) de falſa legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 399.

ἐὰν δὲ δὴ καὶ πρὸς ἃ τοῖς ἐχθροῖς συμφέρει. *quod ſi* etc. In qua ſignificatione Ciceronem *porro*, aduerbio vſum eſſe docet Budaeus, [9]) cuius verba illa: [10]) *neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeueritate digna*: οὐ δὲ δὴ τῆς ἐνταῦθα σεμνότητος ἄξια, graece reddidit. Iungitur et cum γε. Demoſth. †) πένης μὲν ἴσως ἐστὶν οὐ πονηρὸς δέ γε. Vbi tamen γὲ vim ſuam μειωτικὴν et περιγραφικὴν obtinet. Adiicitur etiam του huic particulae παραπληρωματικῶς: πȣ autem non ſemper ἀργῶς ipſi iungitur. Nam in illo Iliad. β. [11]) αἱ δέ πȣ ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα, εἵαται ἐν μεγάροις. πȣ, στοχαστικῶς accipitur, et cum verbo εἵαται conſtruitur, cui etiam localiter adiici poteſt.

Inuenitur etiam δαὶ, diphthongo ſcriptum, δὲ coniunctionis loco, in repetitis interrogationibus, vt Iliad. κ'. [12]) πȣ͂ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες ἕκτορα ποιμένα λαῶν; πȣ͂ δὲ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα; πȣ͂ δὲ οἱ ἵπποι; πῶς δαὶ τῶν ἄλλων τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; in quibus δαὶ, vltimo loco poſitum, *coniunctionem* eſſe ait Apollonius Grammaticus, [13]) negans articulum αἱ, colliſo δὲ, ſubiectum eſſe hoc loco. Apud Ariſtophanem etiam ſaepe inuenitur δαὶ pro δὲ poſitum in interrogationibus: vt in Ranis, [14]) οὐκ ἂν βαδίσαιμι τὴν ὁδὸν δαί.



9) Comment. ling. gr. p. 486. add. Horat. Turſellin. in V. Porro, n. 4.

10) e Verrina I. c. 46. extr.

†) in Midiam. Edit. Reisk. Vol. I. p. 541.

11) v. 135.

12) v. 406.

13) a patria Alexandrinus, a moribus Dyscolus nominatur. Scripſit de Syntaxi partium Orationis Lib. IV. editos a Fr. Sylburg. ap. Wecheli haeredes Frcf. 1590. 4to.

14) v. 135.

ὁδὸν ταύτην. Ηρ. τί δαί; et infra in eadem fabula: [15]) Πανδ. τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος ὐκ εἴρηκά πω. Et in Pluto: [16]) Χρ. ὀυ τὺς γε χρηστὺς, ἀλλὰ τὺς πόρνυς. ἐπεὶ αἰτῦσιν ὐκ ἀργύριον οἱ χρηστόι. Καρ. τί δαί; et infra in eadem fabula: [17]) Δικ. τί δαί; τέχνην τίν' ἔμαθες; Συκ. ὀυ μὰ τὸν Δία. In quibus omnibus locis ex metro carminum patet δαί, longam requiri syllabam.

δὲ, encliticum. Δὲ etiam ἐφολκόν ἐστι μόριον, i. e. *adiectitia particula*, articulisque praepositiuis iunctum, demonstratiui pronominis significationem composito tribuit. Est enim ὅδε, ἥδε, τόδε, pro ὗτος, αὕτη, τῦτο. [18]) Quae voces, vt compositae, sub vno accentu super primam posito proferuntur, in ipsisque particula δὲ, nihil commune habet cum coniunctione δὲ. Cuius rei signum est, quod cum praedictis vocibus δὲ coniunctio, interdum construitur, cum dicimus ὅδε δὲ, pro ὗτος δὲ, vbi δὲ frustra iteraretur, si δε syllaba coniunctio esset. Et hoc differunt propositae voces ab ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ, in quibus δὲ coniunctio est, et respondet τῷ μὲν in partitionibus: cum dicimus ὁ μὲν, ὁ δὲ, pro ὗτος μὲν, ὗτος δὲ, quae potentia refe-

15) v. 566.

16) v. 155. seq. ad quem locum Schol. δαί, σύνδεσμος ἐρωτηματικός. διὰ δὲ τὴν ἔκτασιν διφθογγογραφεῖται.

17) v. 906 seq. ad h. l. notat Hemsterh. non raro δὲ et δαί permutari, quod in soluta difficilius, quam in ligata oratione animaduerti possit.

18) Enclitica δε, demonstrandi vim habens, respondet lat. *ce*, additurque adiectiuo qualitatis τοῖος. Vtrumque concurrit ap. Thucyd. Histor. II. c. 43. καὶ οἵδε μὲν προσηκόντως τῇ πόλει τοιοίδε ἐγένοντο. *Et fuerunt quidem hice tales* (τοιοίδε, quales sc. in superioribus descripsi). Attici pro δε dicunt δι, veluti ὁδὶ, τοδὶ, τυτοδὶ, ἐνθαδὶ, etc.

referunt ſubiectum aliquod. Si enim actu adſit ſubiectum, non neceſſario reſpondet τῷ ὁ μὲν, niſi illud quoque ſuo praeponatur ſubiecto: ὁ μὲν Δημοσθένης ταῦτα εἶπεν. ὁ δὲ Νικίας ἔλεξε τοιάδε. Nominibus quoque τοῖος et τόσος, et τηλίκος iungitur τὸ δὲ, μόριον. Vnde fit τοσός δε, τοιός δε, vnico accentu ſuper vltimam nominis poſito prolata: τοιός δε, τοιά δε, τοιόν δε, et τοσός δε, τοσή δε, τοσόν δε. Haec eadem δε particula, formalis terminatio eſt aduerbiorum ad locum, vt οἶκον δε, vel οἴκαδε, μεγάραδε, quae particula ſi voci in σ terminatae addatur, ex σ et δ fit litera ζ, vt ἀθήνασδε, ἀθήναζε [19]).

 CAPVT

19) ἀθήναζε, pro εἰς Ἀθήνας. cf. Gregorius Corinthi Metrop. de Dialect. §. 92.

Addimus τὸ δὲ ſaepe vſurpari in ſignificatione τῷ γὰρ, vt ſaepe obſeruatum eſt Viris doctis. Vid. Alberti Pericul. crit. p. 36. Reisk. V. Cl. ad Theocrit. p.321. et ad Andocid. ſuum, Vol. IV. p. 86.

Omittitur etiam nonnunquam δὲ, in apodoſi, praecedente μὲν, vt ſaepe apud Thucyd. v. c. Hiſtor. I. c. 121. πρῶτον μὲν, ἔπειτα ſc. δὲ. Vid. Stephan. ad h. l.

Peculiarem vſum τῷ δὲ, ap. Thucyd. obſeruauimus Hiſt. II. 44. vbi interpoſito δὲ disiungi videntur, quae tamen coniuncta ſunt. Verba ſunt: ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. τὸ δ' εὐτυχὲς, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν τελευτῆς. Abreſch. V. Cl. in Dilucidat. Thucyd. τὸ δὲ abundare dicit, tollitque punctum poſt τραφέντες. Quae ratio quidem commoda eſt ac facilis, ſed propter id ipſum ingenio Thucydidis abrupto non congrua. Obtinet autem δὲ ſuam poteſtatem, ſi ſententiam ita conſtitueris: οἱ τοκέες, τραφέντες ἐν πολυτρόποις ξυμφοραῖς, ἐπίστανται ξυμφοράς. τὸ δὲ εὐτυχὲς, ſc. ἐστὶν ἐκείνων. felices *autem* ſunt iſti, qui etc.

Porro δὲ facit parentheſin. Xenoph. Oecon. c. 20. §. 14. Edit. Bachi p. 93. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργαζομένοις ἐστὶ προφασίσασθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται, γῆν δὲ

## CAPVT VIII.

## DE PARTICVLA Δεῖνα, Δὴ, et compoſitis δήποτε et aliis ſimilibus.

δεῖνα. Δεῖνα vox, quae tribus generibus cum diuerſis articulis conuenit, vt ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα, *quidam, quaedam, quoddam*, vel *hic talis*, vt vulgus hominum nunc loquitur; idem quod τὶς, et τὶ, ἀόριστον ſignificat. Quare male Lexicographus hac voce Graecos vti dicit, cum certum hominem ſignificare volunt, neque tamen nominare [20]. Contra incertam et indeterminatam perſonam hac voce ſignificant. Demoſth. περὶ τῆς συντάξεως: [21] καὶ περίεστιν ὑμῖν ἐκ τῶν πραγμάτων, ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος, τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε. Male item tribus perſonis vocem hanc accommodari dicit, cum incertam perſonam ſignificet; quae quidem qualitas non niſi tertiae conuenit, cum prima et ſecunda praeſentes eſſe ponantur et determinatae.

Dicitur et geminatum ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, pro *hic* et *ille* [22]. Demoſth. [23] τῷ Φιλίππῳ δ', ἐπειδὴ

δὲ πάντες οἴδασιν, ὅτι κ. τ. λ. Non enim iis, vt in reliquis artibus, quibus non adſueti ſunt, licet inſcitiae excuſationem praetendere, (omnes autem norunt, agrum etc.)

20) Lexicographi ſententiam tuetur locus Luciani in Cataplo: δέχε τοῦτον, σὺ πορθμεῦ, καὶ τὸν δεῖνα. *Cape hunc, portitor, atque illum alterum*, vbi intelliguntur certae perſonae, *Megapenthes* et *Cyniſcus*. Vid. Hoogeueen. ad Viger. Idiotism. cap. I. p. m. 16.

21) p. 68. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 167.

22) vt ὁ καὶ ὁ, quod vtrumque interdum etiam coniungitur. Ariſtid. pro Quatuorv. p. 267. ἔβλαψέ με ὁ δεῖνα τὸ καὶ τὸ ποιήσας, laeſit me quis hoc vel illo facto. Vid. Hoogeueen. l. c.

23) de falſa legat. p. 222. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 393.

ἐπειδὴ ταῦτ᾽ εἰς τὰς αἰχμαλώτας ἠξίαν αὐτὸν ἀναλίσκειν ἐγὼ, ὄτε κατειπεῖν τούτων εἶχε καλῶς, ὀδ᾽ εἰπεῖν, ὅτι. ἀλλ᾽ ἔχασιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. Sic dici poteſt in feminino genere ἡ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα, et in neutro apud Philoſtratum de Empuſa, [24]) τὸ δεῖνα γενομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ. Patet igitur ex ſupra dictis exemplis, vocem δεῖνα, tribus generibus, articulorum adiumento, nominatiuoque et accuſatiuo caſui, cum cuiusque caſus proprio articulo tribui: genitiuo autem et datiuo voces δεῖνος, et δεῖνι, cum cuiusque itidem proprio articulo deſtinari. Demoſth. †) τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων. Qui quidem obliqui ex monoſyllabo recto, cuius vſum non habemus, deduci videntur.

## Δή.

Δὴ particula, διαβεβαιωτικὸν μόριον a Grammaticis appellatur, i. e, *aſſirmantis* et *aſſeuerantis particula*. Videtur autem primaria eius ſignificatio eadem eſſe, atque ἤδη, aduerbii temporis, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [25]) καὶ δὴ βαδίζω, et in Auib. [26]) καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω. In quibus exemplis *mox* et *iam* ſignificat. Vnde et praeſentis temporis verbo iungitur, ad ſignificandam τὴν ἑτοιμότητα τοῦ πράγματος. Ponitur etiam per ſe, δή.

24) Lib. II. c. 4. *in aliam atque aliam formam mutata.* Dicunt etiam in numero plurali οἱ δεῖνες. Demoſth. adu. Androtionem, p. 428. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 616. οἱ δεῖνες (ἐστεφάνωσαν) σωθέντες ἀπὸ τοῦ δήμου. hi illi ſeruati a populo corona ornarunt populum. Vid. Hoogeueen. l. c.

†) adu. Lepr. Edit. Reisk. Vol. I. p. 488.

25) v. 227.

26) v. 551.

se, in hac eadem significatione, sine καὶ [27]), vt apud Xenophont. ὡς δὲ ἕκαστα τούτων βέλτιστα περαίνοιτο, τοῦτο δὴ πειρῶμαι λέγειν, vbi etiam praesentis temporis verbo iungitur, pro τοῦτο ἤδη πειρῶμαι. In hoc sensu accipitur ἐν τῷ, Φέρε δὴ, et δεῦρο δὴ, i. e. *age iam.* [28]) Et in loquendi formis, quae videntur obsecrantis esse, qualis est Iliad έ. ἄξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. Quam significationem habet etiam in locutione κατακέλευε δὴ, apud Aristoph. in Ranis [29]). Sic dicitur ἐν ἱππεῦσιν. ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνά μοι.

δὴ pro etiam. Porro idem significat quod δὲ, pro *etiam* accepto. Aristot. Lib. X. Ethicor. [30]) τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ, δεήσει χρημάτων, πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια, καὶ τῷ δικαίῳ δὴ, εἰς τὰς ἀνταποδόσεις. *et iusto vero*, i. e. *iusto quoque*, vt recte annotauit Budaeus [31]).

Acci-

27) etiam asseuerantis particula est in his formulis, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, *hoc sane maximum est.* καὶ τὸ δὴ προυργιαίτατον. *maxime hoc operae pretium est.* Dicunt etiam καὶ δὴ καὶ. v. c. καὶ δὴ καὶ ἀνόσιον τοῦτόγε. *hoc sane nefarium fuerit.* cf. Viger. Idiotism. c. VIII. sect. 5. §. 6. 7. it Hudson. ad Thucyd. Edit. Duker. p. 2.

28) in his formulis δὴ etiam *obsecrandi vim* nonnunquam habet. Sic λέξον δὴ, *dic, quaeso*, Xenophont. Mem. III. 6. §. 5. Vid. Graeu. Lect. Hesiod. p. m. 2. et Sam. Clark. ad Hom. Il. plus vno loco. Etiam *concedentis* particula est, εἶεν δὴ ταῦτα. *Sint sane haec.*

29) v. 209. Sic ap. eundem in Nub. v. 700. φρόντιζε δὴ, *quaeso*; ad quem locum Schol. falso scribit, τὸ δὲ δὴ ἰσοδυναμεῖ τῷ νῦν.

30) Opp. Tom. V. p. 386. in Edit. Aurel. Allobrog. est δὲ, pro δὴ. καὶ τῷ δικαίῳ δέ.

31) Comment. gr. ling. p. 484.

Accipitur saepe et pro οὖν, *collectiuo.* Isocrat. 32) ἐκ δὴ τούτων ῥᾴδιον κατιδεῖν, ὅτι καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἡ πόλις ἡμῶν ἡγεμονικῶς εἶχε. Et simpliciter pro οὖν, vt apud Platonem Symposio. 33) εἶεν δὴ ὦ ξένοι, τοιοῦτος ὢν ὁ ἔρως, τίνα χρείαν ἔχει. Vnde ἐκ παραλλήλου praeponitur ipsi τῷ οὖν, vt apud eundem in Politico, τί δὴ οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐ πάντες ἐρᾶν φαμέν. pro οὖν.

Subiungitur etiam τῷ δὲ, in *transitionibus orationis*, vt dictum est, vbi de coniunctione δὲ agitur. Plato in Timaeo: 34) τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου. τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε. Eundem vsum praestat ἐν τῷ, οὐδὲ δὴ, i. e. *nec vero.* Sic apud Platonem in Symposio 35): εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις, οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένους; quae locutio interrogatiue est proferenda. Nam et interrogatiue fieri transitiones, nihil prohibet. Quae causa fuit, cur Budaeus interrogationibus δὴ particulam inserendam censuerit, cum tamen potissimum transitioni seruiat, cui accidit interrogatio. Accipitur etiam saepe παραπληρωματικῶς 36). δὲ δὴ. οὐδὲ δὴ.

Iungi-

32) in Paneg. p 102. Vid. Markland. ad Aeschin. contra Ctesiph. Edit. Reisk. Vol. III. p. 436.

33) p. 188.

34) p. 477. est etiam interdum copula subnectens praecedentibus sequentia. Thucyd. Hist. II. c 42. διὸ δὴ καὶ ἱμήκυια etc. Etiam in consequentibus respondet lat. *ibi tum.* Aristoph. Nub. v. 61. seq. ἐμοί τε δὴ καὶ τῇ γυναικὶ, περὶ τοὐνόματος ἐλοιδορούμεθα. *ibi tum* rixabamur, *da entstand ein Zank.*

35) p. 187.

36) sed quomodo hoc intelligendum sit, docet Demetrius Phaler. περὶ ἑρμην. §. 55. seq. p. 41. Edit. Th. Gale. nempe seruire ait τῷ μεγέθει τοῦ λόγου. Huc pertinet, quod obseruauit Stephanus ad Thucyd. Hist. I. 18. addi solere τὸ δὴ etiam Superlatiuis.

δὴ ποτε. Iungitur huic particulae etiam aduerbium ποτέ, ἀοριστολογικὸν ἐγκλινόμενον, et fit δήποτε [37]). Quod nunquam per se consistere potest, sed semper subiicitur articulo alicui relatiuo, vel nomini, aut aduerbio itidem relatiuis: vt, ὅς δήποτε, ὃ δήποτε, ὅστις δήποτε, ὅ, τι δήποτε, οὗ δήποτε, ᾧ δήποτε, et ὅπȣ δήποτε, ὅτῳ δήποτε. Similiter in reliquis casibus et numeris omnium generum. Exemplum vsus τȣ̃, ὃ δήποτε est illud: ὅτε γὰρ διδάξειεν ὃ δήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν. *cum quiduis doceret.* idem per ὁτιȣ̃ν dici potest. Sic οἷος δήποτε, οἷον δήποτε, ὅσος δήποτε, ὅπως δήποτε [38]). Postponitur et interrogatiuis tam pronominibus, quam aduerbiis aggregatum δήποτε, vt τί δήποτε, πῶς δήποτε.

## Δήπȣ.

δήπȣ. Δήπȣ, ἐκ τȣ̃ δὴ, βεβαιωτικȣ̃, καὶ τȣ̃ που, στοχαστικȣ̃, vtriusque naturam refert. Adhibetur enim in assertionibus, in quibus στοχασμὸς quodammodo subest, vt apud Demosth. †) μέμνησθε γὰρ δήπȣ. *meministis enim vtique*, vel *nimirum.* Quae tamen asseueratio in στοχασμὸν conuertitur. Idem enim est, ac si diceres: *meministis enim, vt opinor.* Sic δήπȣθεν, apud Galenum, τί γὰρ ἔσται νόσȣ αἴτιον; ȣ̓δὲν δήπȣ, i. e. *nihil, credo.*

Inter-

37) respondet lat. *tandem*, vel *demum*. Theophrast. Charact. Prooem. τί γὰρ δήποτε; *cur tandem?*

38) Sic et ὡς δὴ, *tanquam reuera*. Theophr. Charact. c. 2. ὡς δὴ ȣ̓ δυνάμενος κατασχεῖν κ. τ. λ. tanquam reuera risum tenere non possit. Nostrates dicunt: *im Ernst.*

†) de falsa legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 375.

Interdum apertius apparet ὁ ϛοχασμὸς, vt in illis Plutarchi de Phocione: [39]) ἐπεὶ δὲ ἑώρα πάντας ἀποδεχομένους τὸν λόγον, ἐπιστραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους, εἶπεν· οὐ δήπου κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα. i.e. *enimuero haud credo malum quodpiam verbum imprudenti mihi excidisse.* Idem in Cicerone: [40]) οὐ δήπου καὶ Βατίνιος δειπνῆσαι παρ' ἐμοὶ βούλεται. *haud opinor Vatinium quoque apud me coenare velle.* Quae locutiones *interrogatiue* etiam proferri et intelligi interdum possunt. Sicut etiam apud Aristoph. in Ranis: [41]) Διον. ἐπίσχες οὗτος. Ξανθ. τί δ' ἐστὶν; οὐ δήπου μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ, ἃ 'δωκας αὐτός; Et in Acharnens. [42]) ὁδὶ δὲ, τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων; Sic in Pluto [43]) legi puto, οὔκουν δήπου τῆς πενίας πτωχείαν φαμὲν εἶναι ἀδελφήν; non οὐκοῦν. et est sensus: *nonne igitur* πενίαν πτωχείας *sororem esse dicimus?* Et in Auibus: [44]) Ευελπ. νὴ Δί' ὄρνις δῆτα. τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου ταὼς; Nam et negationi iuncta particula που, eundem sensum prae se fert, et tam ἐρωτηματικῶς, quam ϛοχαστικῶς accipi potest, vt apud eundem in Ranis: [45]) Διον. ἐπίσχες οὗτος. οὔτοι που σπουδὴν ποιεῖς, ὅτιή σε παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα, vbi etiam ϛοχαστικῶς intelligi

39) Opp. tom. I. p. 745. C.

40) Tom. I. p. 873. E.

41) v. 525. et 529. Schol. ad h. l. οὐ δήπου accipit pro ὄντως, falso.

42) v. 122.

43) v. 549. Sed Denarii coniecturam Cl. Hemsterhus. non probat. Neque σχέσις orationis admittit interrogationis figuram. Chremylus enim non retractat, quae de paupertate dixerat, sed inhaeret potius dictis et denuo confirmat his verbis, οὐκοῦν δήπου κ. λ. *Enimuero paupertatem mendicitatis sororem esse contendo.* Es ist doch wahr, dass die Armuth etc.

44) v. 270.

45) v. 525. seq.

telligi potest: *non equidem te serio agere puto.* Quod tamen κατὰ βαρύτητος καὶ σχετλιασμοῦ proferri debet, vt Italice, no credo già etc. [46]).

## Δῆθεν.

δῆθεν. Δῆθεν, *quasi vero*, aduerbium, quo vtimur, cum verisimilem siue fictam causam designare volumus. Cuius loco vocabulo πρόφασιν vsus est Homerus Il. π'. [47]) κλαῖον Πάτροκλον πρόφασιν. σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη, quod Πάτροκλον δῆθεν dici potest. Sic apud Aristoph. in Equit. [48]) οὔκουν μ', ἐν Ἄργει οἷα πράττεις, λανθάνει. πρόφασιν μὲν Ἀργείους φίλους ἡμῖν ποιεῖ. ἰδίᾳ δ' ἐκεῖ Λακεδαιμονίοις ξυγγίνεται. Quod etiam Ἀργείους δῆθεν φίλους ἡμῖν ποιεῖ, dici potest.

## Δῆτα.

δῆτα. Δῆτα particula, *confirmandi* vim habet. Aristoph. in Equit. [49]) Κλ. ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. νὴ Δί', ὦ πάτερ. Αλλ. ἔξελθε δῆτ', ὦ δημίδιον φίλτατον. quibus ὁ Ἀλλαντοπώλης confir-

46) Addimus δήπουθεν, quod ex Analogia aduerbium loci esset. Et sic *Timaeus*, δήπουθεν, exponit ἔκ τινος τόπου. Sed Atticis confirmandi et explanandi particula est. Vid. Eustathius ad Odyss. α'. p.42. et Moeris in γ. Demosth. de Classib. p. 187. Edit. Reisk. ἐκεῖνό γε δήπουθεν ἅπαντες ἐπίστασθε. *illud omnes vtique nostis*. Aristoph. in Auib. p. 187. ἐν μέσῳ δήπουθεν ἀήρ ἐστι γῆς. *Est scilicet aër in medio terrae.*

47) est Il. π. v. 301.

48) v. 463. seq. et obseruanda sunt opposita πρόφασιν et ἰδίᾳ, *specie* et *reuera*. Sed significatio frequentior τοῦ δῆθεν est *scilicet*, *videlicet*. Iulian. Caesar. p. 310. B. Edit. Petau. ὁ Σειληνὸς κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον. Silenus gratificans scilicet Claudio.

49) v. 722.

confirmat, quod ὁ Κλέων propoſuit. Sic in Auibus, [50]) Πειθ. ὦ 'γάθ', ἀλλ' ἐτοσὶ καὶ δή τις ὄρνις ἔρχεται. Ευελπ. νὴ Δί' ὄρνις δῆτα. Vbi iuriiurando vox δῆτα additur, ad cumulum affirmationis: quippe quae modo συγκαταφατικὴν vim habeat, cum affirmationes confirmat; modo συναποφατικὴν, quando negatiuis hoc praeſtat, vt οὐ δῆτα [51]). Sicut etiam ἐρωτηματικὴν, vt in τί δῆτα: et ἀπαγορευτικὴν, nec non ἀπευκτικὴν, vt in μὴ δῆτα [52]).

Porro Budaeus [53]) vacare interdum particulam hanc putat, afferens exempla tum ex Demoſthene: καὶ δῆτα θαυμάζω πῶς οὐ λογίζῃ. tum ex Syneſio: καὶ δῆτα διαλέξομαι πρὸς σὲ. et Xenophonte: πολὺν δὲ λόγον ἐχόντων τινῶν περὶ αὐτοῦ ἤκουον, καὶ δῆτα ἠρόμην. docetque, ſicut negatio ſaepe abundat, ſic etiam affirmationem redundare. Quod vt concedamus de δῆτα vere dici, non tamen de affirmatiuis in vniuerſum concedendum eſt; multoque minus de proprie dictis affirmatiuis. Sunt enim proprie affirmatiuae, quibus in reſponſionibus vtimur, veluti ναὶ, κομιδῆ, καὶ μάλα, πάνυγε, πάνυ μενοῦν, et nonnullae aliae: quae ab aſſertiuis differunt, quod aſſertiuae affirmationem adiuuant, non autem efficiunt. Quae vero notae iurandi ſunt, et adiuuant et efficiunt [54]).

Porro

50) v. 269.

51) Ariſtoph. Plut. v. 1071. μὰ τὴν Ἑκάτην οὐ δῆτα. pro οὐδαμῶς. non ſane, ita Hecate mihi ſit propitia.

52) Ariſtoph. Plut. v. 936. δὸς σύ μοι τὸ τριβώνιον. Δι. μὴ δῆθ'. pro μηδαμῶς.

53) Comment. ling. gr. p. 483.

54) Sic per indignatio-



nem

Porro sicut affirmatiuas nunquam abundare, seu vacare asserere possumus, ita vt nullum vsum sensui aut locutioni praestent; sic et δῆτα in supra dictis exemplis, non penitus vacare comperiemus. Nam in illis Demosthenis καὶ δῆτα θαυμάζω, vox δῆτα, *equidem*, vel *et quidem* verti potest, et locutioni qualitatem quandam confert, quam θαυμάζω verbum per se praestare non potest. In Synesii etiam exemplo vox δῆτα, *profecto* significat, vel pro δὴ accipitur, ac si dixisset, καὶ δὴ διαλέξομαι πρὸς σὲ, i. e *iamque tecum colloquar.* Sic apud Xenophontem: καὶ δῆτα ἠρόμην, *iamque interrogabam*, i. e. *interrogare coepi.* Nam pro δὴ accipi particulam hanc, ipse quoque Budaeus testatur, citans Aristophanis verba illa in Pluto: [55]) τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ. i. e. *quam tandem multam irrogabo tibi.* Et apud Athenaeum: τί δῆτ', ἔφη, δεδοίκατε. *quidnam*, vel *quid tandem.* Hoc idem ἐν εἰρήνῃ, [56]) videtur sonare. Τρ. ἐπεὶ τούτω γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι. Δορ. πόσον δίδως δῆτ', pro, πόσον δὴ δίδως;

## Δ ι ά.

Διὰ, accusatiuo iuncta, *causam* significat, vt apud Aristoph. in Pluto: [57]) τί λέγεις; δι' ἐμὲ θύουσιν αὐτῷ; Sic διὰ σὲ, δι' ἐκεῖνον, puta Σωκράτην. Quae locutiones sic dicuntur, vt τὸ ἐμὸν

nem loquentibus vsurpatur. Aristoph. Nub. v. 6.) ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, *dass du doch beym Hencker seyn müsstest!*

55) v. 480.

56) v. 1260. seq.

57) v 143. δι' ἐμὲ, *meo beneficio.* ibid. v. 469. δι' ἐμὲ ζῶντας ὑμᾶς. *per me viuere vos*, i. e. *meo beneficio.* vid. Graeu. Lect. Hesiod. p. 2. et Viger. Idiotism. c. IX. sect. 2.

ἐμὸν μέρος, τὸ σὸν μέρος, τὸ ἐκείνȣ μέρος, i. e. *quantum in me*, vel *in te*, vel *in illo est*. Demosth.[58]) ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτȣ̀ς, πάλαι ἂν ἀπολώλειτε. *quantum in vobis fuit*. quod etiam *per vos* dici potest. Nam et latine locutio haec ad verbum dicitur, vt recte annotauit Budaeus[59]). Sic Ouidius dixit: *Ipse quidem per me sospes tutusque fuisses*. et Plautus: [60]) *at tum aegrota, si vis per me quidem aetatem*. quod δι' ἐμέ γε, graece diceretur. Dicitur hoc idem et per aduerbium ἕνεκα, genitiuo iunctum. Aristoph. [61]) λαβὲ δ' ἐμȣ̃ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμȣ σκοτοδασυπυκνότριχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν. Idemque per χάριν, apud Herodotum: εὐγενείας χάριν πολὺ τῶν εὐπατριδῶν ἀπελείπετο. quod ad generis nobilitatem attinet [62]).

## Δ' ο ὖ ν.

Δ'οὖν, pro ὅμως, ex δὲ et οὖν, ita dicitur, vt ἀλλ' οὖν, pro ἀλλ' ὅμως, apud Platonem in Apolog. [63]) ἀλλ' οὖν δαιμόνιά γε νομίζω. vt dictum est, vbi de ἀλλὰ agitur. Sic δ' οὖν, Plutarch. in Galba, [64]) χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ' οὖν τȣ̀ς ςρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν ἀνειπεῖν. i. e. *vix quidem et aegre: tandem tamen militibus persuasit, vt Galbam pronuntiarent Impe-* δ'οὖν, pro ὅμως.



58) de Corona, p. 320. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 242.

59) Comment. gr. l. p. 523.

60) Curc. IV. 3. v. 22. leg. sic: at tu aegrota, si lubet, per me, aetatem quidem.

61) Acharnens. v. 386. seq.

62) Notatu digna est etiam significatio τȣ̃ διὰ cum genitiuo, quam notauit Markland. ad Lysiam, p. 553. pro *quae cum ita sint*, quod nos dicimus: *und bey dem allen*.

63) cap. 15.

64) Opp. Tom. I. p. 1057. C.

*Imperatorem.* Vnde patet, non compositam vocem δοῦν, sed δ᾽οὖν duas voces sibi appositas esse, quarum δὲ coniunctio, praecedentem μὲν respicit. Vide vocem κοὐδ᾽ οὖν. Porro δ᾽ οὖν etiam pro γοῦν, vt in probationibus accipitur. Aristoph. in Auibus: 65) τί; βούλει δῆτα, τὸν μισθὸν λαβὼν, μὴ πράγματ᾽ ἔχειν. ἀλλ᾽ ἀπιέναι; ΕΠ. νὴ τοὺς θεούς. ἐκκλησιάσαι δ᾽ οὖν ἐδεόμην οἴκοι μένων. vbi per haec verba ἐκκλησιάσαι δ᾽ οὖν probat, se velle abire.

pro γοῦν.

# CAPVT IX.

## DE PARTICVLIS ἐάν, εἰ, et εἰς, cum compositis.

ἐάν.

Ἐάν, διςακτικὸς σύνδεσμος vocatur a Grammaticis, estque *conditionalis*, eo ab εἰ differens, quod hic, cum posterum tempus respiciat, subiunctiuo iungitur, vt ἐὰν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. At particula εἰ ponitur indifferenter, sine respectu temporis. Nam omnibus fere temporis partibus iungitur, vt de ipso dicetur. Dicitur interdum ἐὰν cum verbo ἐξ ἀναλόγου ex supra dictis petendo, vt apud Demosthen. κατὰ Μειδίου. 66) θάρρει νὴ Δία, φήσειέ τις ἄν. οὐ γὰρ ἔτι οὐδὲν ὑβρισθήσῃ. ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες. Vbi ἐὰν δὲ, principium est responsionis ad praecedentem obiectionem: quae cum negatiua sit, affirmatiuam responsionem requirit, quemadmo-

65) v. 1026. seq.

66) p. 415. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 585. post ἐὰν δὲ, ex praecedentibus reuoca, ἔτι ὑβρισθήσομαι ἄν, *quodsi nouam aliquam accipiam iniuriam.* Haec ellipsis Atticis inprimis valde vsitata est.

admodum si affirmatiua esset, ἐὰν δὲ μὴ subsequeretur, vt, si diceres alicui, πειθυμένω σοι, πάντα τἀγαθὰ γενήσεται. ille vero responderet, ἐὰν δὲ μὴ γένηται. Dicitur et ἂν, et ἢν, pro ἐάν. Aristoph. in Pluto [67]): ἢν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ. Vbi ἢν Subiunctiuo iungitur pro ἐάν.

## E ἰ.

Eἰ particula conditionalis, in locutionibus ex antecedenti et consequenti constantibus, voces omnes antecedentis praecedit, tametsi antecedens aliquando praepostero ordine consequens subsequatur, vt apud Demosthen. [68]) ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτῦ, εἴτι περὶ ἐμῦ γέγραφε. εἰ.

In huiusmodi itaque conditionibus *omnibus temporibus Indicatiui modi* iungitur, puta, cum *Praesenti*, vt εἰ συννεφεῖ, εἰκὸς ὕσαι. cum *Paratatico*, vt εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος ὐδέποτ' ἂν ἤλγεε. cum *Praeterito Perfecto*, vt in exemplo proximo Demosthenis: ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτῦ, εἴτι περὶ ἐμῦ γέγραφε. vbi ἐγεγράφει puto scribendum esse: et sic esset *Plusquamperfecti* exemplum. Cum *Aoristo* vero, vt, εἰ ἐμοιχευσεν, ἐπὶ ἀκολασίαν. εἰ δὲ ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργὴν, sc. γίνεται ἡ ἐπαναφορά. Aristot. V. Ethicor [69]) Praeteriti Perfecti exempla cum εἰ, non desunt apud auctores: puta, si in exemplo Demosthenis antecedens esset de re incerta, et consequens pro certo poneretur, tunc dixisset: εἰ γέγρα-



67) v. 3.
68) pro Corona, p. 324 A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 251.
69) Opp. Tom. V. p. 283.

γραφέ τι περὶ ἐμȣ͂, ἐλέγξω αὐτὸν ψευδόμενον. Iungitur etiam *Futuro*. Thucyd. [70]) ὑμεῖς δὲ, εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν Πλαταΐδα Θηβαΐδα ποιήσετε, ἐν πολεμίᾳ τȣ̀ς ἡμετέρȣς πατέρας καταλείψετε.

Non ſolum autem *Indicatiuo* et *Optatiuo*, ſed etiam *Subiunctiuo* iungitur, vt clare patet apud Galen. 2. de cauſis pulſuum: εἰ δέ πȣ σφαλῇ περὶ τὴν ἐνέργειαν, διαφθείρει ταύτῃ τὴν ἰσότητα. vbi vox σφαλῇ Subiunctiui modi eſt, niſi quis σφαλείη ſcribendum eſſe contendat [71]).

εἰ interrogatiuum. Non ſemper autem conditionalis eſt εἰ particula, eo modo, quo in argumentis hypotheticis adhibetur ita, vt poſita conditione ſequatur aliquid. Nonnunquam enim in narrationibus recipitur poſt verbum ἐρωτῶ, et ſua ſynonyma, et tunc *Praeſenti* iungitur. Ariſtoph. in Veſpis: [72]) ἤρετ', εἰ τὴν Ἱππίου καθίςαμαι τυραννίδα. Quae obliqua narratio nonnunquam recta fit, mutata prima vel etiam tertia perſona in ſecundam: vt Act. Apoſtol. cap. I. [73]) οἱ μὲν ȣ͂ν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες. Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τȣ́τῳ ἀποκαθιςάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; Et inde fit, vt εἰ *interrogatiuum* eſſe videatur, propter formam locutionis.

Iungi-

70) Hiſt. III. 58. leg. e Dukeri Edit. ποιήσετε, τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ — πατέρας τȣ̀ς ὑμετέρȣς καταλ.

71) etiam *Infinitiuo* iungitur. Aeſop. Fab. 124. ἀλλ' ἔγωγε ἄνȣς ἂν εἴην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προσδοκώμενον ἐλπίζειν. ſi futurum ſperarem lucrum.

72) v. 500. Eodem modo Lat. poſt interrogandi verba *ſi* ponunt pro *an*. Terent. Heaut. III, 1. eſtne ea intus? CH. ſi ſit rogas?

73) v. 6.

Iungitur etiam *Optatiui modi* vocibus, cum de re futura inducitur quispiam voluntatem vel sententiam alicuius explorans, ἤρετο, εἰ ἐπιχειρείη τῷ πράγματι, *vtrum rem esset aggressurus, vel aggredi vellet.*

Geminari etiam seu iterari particulam εἰ, annotauit Budaeus apud Xenophontem in Oeconomico: 74) οἶμαι δ' ἂν, καὶ εἰ ἐπὶ πῦρ ἐλθόντος σου, καὶ μὴ ὄντος παρ' ἐμοὶ, εἰ ἄλλοσε ἡγησαίμην, ὁπόθεν σοι εἴη λαβεῖν, οὐκ ἂν ἐμέμφου μοι. Cuius exemplum secutum esse Ciceronem secundo de Oratore, docet Budaeus. Quae tamen repetitio in dicto Xenophontis loco iure suspecta mendi haberi possit, cum in tam breui periodo fiat, quae alioquin in longiore admittenda esset. Apud Aristophanem in Vespis 75) particula εἰ prorsus vacare videtur, cum dicit: πάντα πέφρακται, κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι. est enim pro οὐδὲ σέρφῳ. Vide infra vocem οὐδ' εἰ.

Pro ὅτι etiam, vel διότι accipi particulam hanc, annotauit Budaeus, afferens exempla ex Demosthene: 76) τί γὰρ δήποτε, Μοιροκλέα μὲν ἔκρινας, εἰ παρὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐωνημένων εἴκοσιν ἐξέλεξε δραχμὰς παρ' ἑκάστου, καὶ Κηφισοφῶντα γραφὴν ἱερῶν χρημάτων ἐδίωκες, εἰ τρισὶν ὕστερον εἰ pro ὅτι, vel διότι.



74) Edit. Basil. p. 651. Edit Bachi cap. 2. §. 15.

75) v. 351. Quid? si verba hoc ordine colloces: οὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδὲ τῷ σέρφῳ, εἰ διαδῦναι βούλοιτο. omnia ita obsepta sunt, vt ne formicae quidem sit tantillum rimarum, quasi volet, penetrare possit.

76) de falsa legat. p. 239. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 435. inprimis post verba sensuum vel affectuum, vt χαίρω, θαυμάζω, ἄχθομαι, κλαίω, etc. εἰ pro ὅτι ponitur.

ρον ἡμέραις ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκεν ἑπ]ὰ μνᾶς. Et aliunde ex eodem: [77]) καὶ τὰς ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν ὡς ἔχαιρον, εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη, καὶ ἐγείρεται ἡ τῶν ἀθηναίων πόλις. Et rurſus: [78]) ὐδ' ἐδάκρυσεν ἐπὶ ταύταις (Αἰσχίνης) τὴν ἑλλάδα, εἰ παρὰ τοῖς συμμάχοις ὑπὸ τῶν βρέσβεων ὑβρίζονται. Cuius particulae vſus in huiusmodi ſenſu rebus dubiis proprius eſt, quas tametſi credimus, pro certis affirmare non poſſumus, vt in illo exemplo: καὶ τὰς ἀρκάδας ὑμῖν ἀπείγγειλεν ὡς ἔχαιρον, εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη, καὶ ἐγείρεται ἡ τῶν ἀθηναίων πόλις. Cum vero res certae ſub conditione proferuntur, tunc actus ad potentiam reducitur.

εἰ, vtinam. Pro *vtinam* etiam accipi vocem εἰ, annotauit Budaeus [79]). In quo ſenſu ab εἴθε aduerbio, per apocopen deriuari videtur, vt apud Platonem IV. de Repub. ὅρα ὖν, ἐὰν πως πρότερον ἐμῦ κατίδης, καὶ ἐμοὶ φράσης, εἰ γὰρ ὤφελον, ἔφη. pro εἴθε ὤφελον. vt apud Latinos *ſi*. Virgilius VI. Aeneid. [80]): *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus oſtendat nemore in tanto*, pro *vtinam*.

Ei

77) de falſa Legat. p. 241. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 438.

78) ibid p. 242. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 440. Latinorum *quod ſi* graece eſt εἰ δὲ, non ὅτι εἰ. Nonnunquam etiam εἰ non *conditionem*, ſed *cauſam* ſignificat. Polyb. p. 926. εἰ καὶ τόπον πρὸς πορείαν εὑρεῖν ὐκ ἀδύνατον. quandoquidem fieri poteſt, vt etc.

79) ſed plerumque poſt ſe habens γὰρ, raro ſine eo. Vide Valckenaer. ad Eurip. Phoeniſſ. v. 761. Dores αἰ dicunt pro εἰ. Hinc Poetarum αἰ γὰρ, pro εἰ γὰρ. Hom. Il. β. v. 371. Moeris εἰ γὰρ Atticis tribuit, εἴθε γὰρ caeteris, et additam ſyllabam θε nihil ſignificare ait Plutarchus de εἰ apud Delphos, p. 386.

80) v. 187. Vide Turſellin.

# Εἰ βȣ́λει δέ.

Εἰ βȣ́λει δὲ, pro εἰ δὲ βȣ́λει, καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν, i. e. *quod si mauis*, intensiuum sensum habet, vt *immo vero*. Exempla affert Budaeus ex Iuliano: [81]) ἀλλ᾽ ᾔδει καὶ μικρῷ γλύμματι μεγάλης τέχνης ἔργον ἐγκλεῖσαι. οἷον δὴ τὸν τέττιγα φασιν αὐτὸν, καὶ τὴν μέλιτταν. εἰ δὲ βȣ́λῃ, καὶ τὴν μυῖαν εἶναι. Et ex Aristide: καὶ μαρτύριόν γε δυοῖν τοῖν καλλίστοιν, ἀνδρείας καὶ φιλανθρωπίας. εἰ δὲ βȣ́λει, λέγω δικαιοσύνης ἀντὶ φιλανθρωπίας. Ex Gregorii autem sermone εἰς Ἀθανάσιον, exemplum τȣ̃, εἰ βȣ́λει δὲ. τȣ̀ς μὲν ἐν λόγῳ δεινȣ̀ς, τῇ πράξει. τȣ̀ς πρακτικȣ̀ς δὲ, τῷ λόγῳ νικήσας. εἰ βȣ́λει δὲ, λόγῳ μὲν τȣ̀ς εὐδοκίμȣς ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τȣ̀ς πρακτικωτάτȣς ὑπερβαλών. Hic autem δὲ coniunctionis καταβιβασμὸς, a secundo loco ad tertium, qui fit in locutione εἰ βȣ́λει δὲ, alibi etiam saepe solet fieri; qualis est in proximo Gregorii exemplo: τȣ̀ς πρακτικȣ̀ς δὲ, pro τȣ̀ς δὲ πρακτικȣ̀ς. Quod autem dicit Budaeus, εἰ δὲ βȣ́λει, vel εἰ βȣ́λει δὲ, eodem fere modo ἐλλειπτικῶς dici, quo εἰ δ᾽ ἄγε, non video, quo pacto conueniat [82]). Nam in εἰ δ᾽ ἄγε subauditur verbum βȣ́λει, vel vt Budaeus mauult, μὴ πιστεύεις locutio, vt Iliad. *α*. [83]) εἰ δ᾽ ἄγε μὴν πείρησαι. i. e. εἰ δὲ βȣ́λει ἄγε δὴ πειράσθητι. et εἰ βȣ́λει δέ.

 infra

81) Imperat. Epistol. VIII. ad Georgium, Opp. p. 376. vbi ex communi ratione pro βȣ́λει scribitur βȣ́λῃ, nisi pro Subiunctiuo accipiamus.

82) sed deesse aliquid in hac formula, negari non potest. Nobis videntur deesse verba μᾶλλον ἐρεῖσθαι, aut quid simile. Est, ni fallor, nostratium formula correctionis, *dass ich recht sage*, aut, *besser zu sagen*.

83) v. 302.

infra in eodem libro: [84]) εἰ δ' ἄγε, τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς. i. e. *quod si dubitas, age, tibi iam capite annuam, vt fidem adhibeas.* et in Θ'. [85]) εἰ δ' ἄγε πειρήσασθε θεοί.

εἰ, pro εἴθε. Inuenitur etiam εἰ, pro εἴθε, ab eodem κατ' ἀποκοπὴν formatum, in εἰ ὤφελον, pro εἴθε ὤφελον. apud Platonem Libro 4. de Republ. [86]).

## Εἰ δὲ μή.

εἰ δὲ μή. Εἰ δὲ μὴ, ex εἰ δὲ conditionali, et μὴ, negatiua constans, respondet τῷ, εἰ μὲν, cum repetitione verbi subiecti τῷ εἰ μὲν, et sic iuxta sui ἐτυμολογίαν, *quod si non*, i. e. *sin minus*, significat. Et in hac significatione saepe in deductionibus, quas vocant, ad impossibile, vel inconueniens, affirmatiuas propositiones confirmat, καταχρηστικῶς autem negatiuas etiam probat, in eadem deductione, vt apud Aristotelem: [87]) οὔτε δὴ καθ' Ἡράκλειτον ἐνδέχεται λέγοντα ἀληθεύειν, οὔτε κατ' Ἀναξαγόραν. εἰ δὲ μὴ, συμβήσεται τ' ἀναντία τοῦ αὐτοῦ κατηγορεῖν. Vbi εἰ δὲ μὴ, pro εἰ δὲ, vel εἰ γὰρ vsurpatur, cum repetitione verbi praecedentis, vt sit sensus: εἰ γὰρ ἐνδέχεται, i. e. *quod si quis contingere affirmet*, sequetur etc. et tunc εἰ δὲ μὴ, non ad verba, sed ad sensum refertur. Vt in proximo loco Aristotelis non ad verba ἐνδέχεται ἀλη-

84) v. 524.

85) v. 18. cf. Lamb. Bos Ellips. in V. βούλεσθαι. item Viger. Idiotism. c. 8. sect. 6. §. 10

86) vide praecedentem notam 79. ὤφελον autem per pleonasmum additur. Aristoph. Nub. v. 41. εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς. *vtinam illa pronuba male perisset!* Platonis locum auctor exhibuit supra in v. εἰ.

87) Metaphys. lib. X. Opp. Tom. IV. p. 541.

ἀληθεύειν referendum est, sed ad sensum auctoris: *quod nisi ita se habet, vt ego dico, sequetur* etc. Sic apud Demosthen. περὶ τῆς παραπρεσβείας [88]). ὁ μὲν τοίνυν ὑπὲρ ὑμῶν γράψας, μὴ ἄγειν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τὸν Φίλιππον ὅπλα. εἰ δὲ μή, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, etc. εἰ δὲ μή, pro εἰ δὲ vsurpatur. Apud Gregorium proprie τῷ εἰ μέν, respondet κατ' εὐνομίαν. εἰ μὲν οἷόν τε πάσας ὁδευτέον τὰς ὁδούς, εἰ δὲ μή, ὅτι πλείστας. Sic Cicero: [89]) *Si hortos inspexeris, et de epistola si certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid.*

Respondet itaque vox εἰ δὲ μὴ voci εἰ μέν, in contradictoriis partitionibus. In simplicibus autem partitionibus, in quibus non contradictoria, sed diuersa opponuntur, τῷ εἰ μέν, non εἰ δὲ μή, sed εἰ δὲ respondet, vt, εἰ μὲν τόδε εἴποις, ἀποκρινοῦμαι τόδε. εἰ δὲ ἄλλοτι, οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Porro εἰ δὲ negatiuas positiones subsequitur, cum repe-

88) p 239. A. Edit. Reisk. Vol. I. p 433. Budaeus in annotatt. ad h. l. p. 357. C. post εἰ δὲ μή, subintelligit πειθαρχήσει. it. Viger. Idiotism. c. 8. Sect. 6. §. 9. Quod autem Deuarius μὴ post εἰ δέ, omittendum putat, id non probamus. Nam μὴ in explananda sententia omnino necessarium est, nempe, εἰ δέ τις, μὴ πειθαρχήσας τούτῳ τῷ νόμῳ, ἄγει κ. τ. λ. Sic etiam in loco Aristotelis post εἰ δὲ μή, inseri potest εἰσὶν ἀντικείμεναι φάσεις, siue breuius, ἐστὶ τοῦτό γε. Est sane in eiusmodi locis supplendi ratio non vna atque eadem. Et si tantum spectes sensum, latine per *alioqui* exprimi potest. Pluribus egit de hac formula Lamb. Bos Ellips. p. m. 378. seq. it. Scholiasta Aristoph. ad Plut. v. 469. et Ger. Io. Vossius Institutt. Orat. Lib. IV. 1. 12.

89) Epist. ad Attic. Lib. XIII. 1. Sed hoc exemplum pertinet ad figuram ἀνανταπόδοτον, de quo Schol. Aristoph. l. c.

repetitione verbi praecedentis, additurque interdum τῷ εἰ δὲ, particula ἄρα, ϛοχαϛικὴ, vt apud Demosthenem κατὰ Μειδίου. [90]) ἐπεὶ περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι. εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔϛαι τοῦ μικροτάτου παρ' ὑμῖν. Vbi post εἰ δ' ἄρα verbum ὑβρίζοι supplendum est ex praecedentibus repetitum, vt sit, εἰ δ' ἄρα ὑβρίζοι, *quod si pergat iniuriam facere.* Quandoque loco εἰ δ' ἄρα, ἐὰν δὲ subsequitur negatiuas positiones.

## Εἰ καί.

εἰ καὶ. Εἰ καὶ, *etsi*, formalis nota, quae et καὶ εἰ dicitur, i. e *etsi*, *quamuis*, *quanquam:* ex εἰ, simplici conditione fit conditio positiua, in qua voce καὶ coniunctio, suam deponit significationem, et formali notae cedit. Nonnunquam εἰ καὶ *materialiter* [91]) accipitur, et tunc καὶ suam exercet significationem, vt apud Chrysoloram [92]) de formatione Datiui pluralis 5. Declinationis: εἰ δὲ οὐ σύμφωνον ἔχει, πρὸ τοῦ ι, καὶ τὸ υ, προσλαβοῦσα. εἰ καὶ ἡ εὐθεῖα τοῦτ' ἔχει, ἐν διφθόγγῳ ποιεῖ τὴν δοτικὴν τῶν πληθυντικῶν. i. e. *quod si nomen ante ι, finalem datiui singularis nullam habet conso-nan-*

90) p. 404. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 559.

91) h. e. cuique vocularum sua manet vis atque potestas.

92) Is est Manuel Chrysoloras, Byzantinus, Sec. XV. orator Ioannis Palaeologi Imperatoris graeci, apud principes quosdam Europaeos: homo graece doctissimus, et eloquentiae tum facile princeps. Qui cum Florentiam se contulisset, ibi graecas docuit literas, et primus extitit, qui in Italia tum pene oblita graecarum literarum studia et sepulta excitaret refingeretque. Scripsit Eroteinata grammatica.

*nantem, tunc pluralis numeri datiuus ante* οι *finalem syllabam amplius literam* υ, *assumit, modo h.. c quoque nominatiuo insit.* Quo in loco εἰ καὶ duae voces sunt sibi appositae, nec *et si*, sed *si et*, vel *si etiam*, vel *quod si*, significant. In qua appositione τὸ καὶ superaddendi vim habet.

Significat etiam *si modo*, addita ἄρα, particula coniecturali, et idem quod ἐὰν ἄρα significat. Sextus,[93]) πρὸς ἀστρολόγους. ἐπεὶ οὖν τινὲς καὶ μεθ' ἡμέραν γεννῶνται, ὅτε οὐδὲν τῶν προειρημένων δυνατόν ἐστι παρασημειοῦσθαι. μόνας δὲ εἰ καὶ ἄρα τὰς τοῦ ἡλίου κινήσεις, etc. vbi εἰ καὶ ἄρα detrahit concessioni factae, *solis videlicet tantum motus denotari posse: si modo significatio aliqua ex stellis haberi potest.* de obseruatione stellarum in genituris loquens. Idem alibi: [94]) ἐξ ἀνάγκης ἠκολούθησε τὸ μὴ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθείας εἶναι κριτήριον, ἀλλὰ μόνην εἰ καὶ ἄρα τὴν ἀληθῆ. εἰ καὶ ἄρα.

## Εἰ μή.

Εἰ μή, *nisi*, conditio negatiua est, in qua μὴ verbo, ambitus clausulae tribuitur, poniturque in antecedente conditionalium ratiocinationum, nec non simplicium positionum, vt in Elogio illo, quod Alexandro tribuitur: εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην. i. e. *nisi Alexander essem.* Plerumque autem, quia praepostere efferuntur membra huiusmodi locutionum, fit, vt membrum, quod natura antecedit, secundum locum habeat. Demosth.[95]) οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου πέρας, οὐδ' ἀπαλ- εἰ μή.

93) lib. V. p. 349.
94) lib. VII. adu. Logicos I. p.448.
95) de Corona p. 334 A. Edit. Reisk. Vol. I p. 275. vbi ὑμᾶς leg. pro ἡμᾶς.

ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ, εἰ μὴ Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς ἐχθροὺς ποιήσειε τῇ πόλει. Xenophon. [96]) δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ἂν προέλεγεν εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀληθεύσειν. Idem: [97]) οὐδὲν ὄφελος εὔνους εἶναι, εἰ μὴ καὶ ὠφελεῖν δυνήσονται. Sic apud Aristophanem in Nebulis: [98]) περίδου νῦν ἐμοί, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον. Vbi subintelligendum est verbum φῂς, et ὅτι coniunctio, vt sit integra locutio: εἰ μὴ φῂς ὅτι τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον, περίδου νῦν ἐμοί. *quod si negas* etc.

εἰ μὴ pro ὅτι μή. Εἰ μή etiam pro ὅτι μὴ dicitur, i. e. *quod non, quia non*, et εἰ, pro ὅτι, vt dictum est. Aeschines: [99]) Δημοσθένης οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ δίκην δέδωκεν, pro ὅτι μὴ δέδωκε. quae locutio clarius per Infinitiuum effertur: οὐκ ἀγαπᾷ μὴ δεδωκέναι δίκην, *non est contentus, quod poenas non dederit.* Sic resoluitur dictum illud cap. XXIII. Ecclesiastic. [1]) καὶ θελήσεις εἰ μὴ ἐγεννήθης, pro, θελήσεις μὴ γεννηθῆναι.

εἰ μή, praeterquam. Εἰ μή etiam *praeterquam* significat, in sensu exceptiuo, et est formalis nota, in qua τὸ μὴ suam deponit significationem. Aristoph. in Vespis: [2]) καὶ τοὔψον ὀπτὸν οὐδὲν ἄλλ' εἰ μὴ 'σθιε. pro πλὴν ἔσθιε. i. e. *nihil aliud tibi agendum, quam comedendum.* In quo sensu εἰ μή, τῷ πλήν, καὶ τῷ ἐκτὸς, subiungitur, et fit πλὴν εἰ μή, de quo suo loco dicetur. Sic et ἐκτὸς εἰ μή. Lucianus περὶ

96) Memorab. l. c. 1. §. 5.

97) Memorab. l. c. 2. §. 52.

98) v. 644.

99) in Ctesiph. p. 74. Edit. H. Steph. Edit. Reisk. Vol. III. p. 537.

1) vulgo dicitur Siracides, v. 14.

2) locus est in Equit. v. 1103.

περὶ πένθους. [3]) ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. vbi τὸ μὴ nihil negat; nam nec verbo tribuitur. Sicut enim in ſupra citato loco Ariſtophanis, τὸ μὴ, non tribuitur τῷ ἔσθιε: nam nec praecipit, nec vetat, quo minus comedat, immo ſuadet, vt comedat: ſic apud Lucianum τὸ μὴ, nulli verborum, quae in clauſula ſunt, competere poteſt: neque enim μὴ σιτεῖσθαι, neque μὴ πεπιστεύκατε dici poteſt. Quare, vt εἰ δὲ μὴ ſaepe pro εἰ δὲ, conditione affirmatiua accipitur, vt de ipſo dictum eſt; [4]) ſic in ſenſu exceptiuo τὸ εἰ μὴ, pro εἰ, affirmatiua conditione ponitur. Nonnunquam etiam propter loquendi modum, exceptiuum ſenſum habere videtur τὸ εἰ μὴ, exercereque μὴ negatiuae ſignificationem, quae tamen verbo tribuitur in conſtructionis diſtributione. Vnde colligitur, non exceptiuum, ſed conditionale eſſe τὸ εἰ μὴ, vt ſi dicas: ποίησον τοῦτο εἰ μὴ θέλεις με ἀποθανεῖν. Quae locutio ſic reſoluitur: ποίησον τοῦτο, εἰ θέλεις με μὴ ἀποθανεῖν. Si vero dixeris: μὴ ποιήσεις τοῦτο, εἰ μὴ θέλεις με ἀποθανεῖν, tunc exceptiuum ſenſum habebit τὸ εἰ μὴ, in quo τὸ μὴ otioſum erit, quia non infinitiuo ἀποθανεῖν, (quod potius affirmare intendit, qui loquitur,) ſed verbo θέλεις, quod in clauſula principem locum habet, tribuitur.

Εἴπερ.

3) cap. 19. Opp. Tom. II. Edit. Reiz. p. 931.

4) ſupra p. 96. ſed vide notam 88. et Viger. Idiotiſm. c. 8. Sect. 6. §. 8. qui exemplo e Thucyd. Hiſt. I. c. 32. extremo, oſtendit, inter εἰ et μὴ verbum inſerendum eſſe, ita vt τῷ μὴ ſua vis maneat.

# Εἴπερ.

εἴπερ. Εἴπερ, ex εἰ conditionali, et περ, limitatiuo constans, *simplicis conditionis* plerumque *notam* habet, limitatione tantum ab εἰ differens. In qua significatione duplicem ἔλλειψιν patitur in diuersis loquendi formis. Aut enim verbum subaudiendum desiderat, vt apud Aristophanem in Nebulis: [5]) ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ. Vbi verbum βούλει subintelligitur, cum repetitione verbi ὑπερφρονεῖν, vt sit integra locutio: ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ βούλει ὑπερφρονεῖν, *si modo, si tandem despicere vis.* Plena locutione vsus est idem Aristoph. in Ranis: [6]) εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου μέλλεις ἀναγαγεῖν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν. In hac eadem loquendi forma, adiungitur ipsi particula ἄρα, στοχαστικὴ, et περιγραφικὴ, ἐκ παραλλήλου τῷ περ, quod easdem qualitates designat. Synes. τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅλως φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν, ἤρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναλγεῖσθαι. τὸ δὲ καὶ
εἴπερ ἄρα. προσανιάσαι πόῤῥω δεινόν. Vbi εἴπερ ἄρα, *si quidem*, vel *si modo* significat, et ἐλλειπτικῶς dicitur. Esset enim integra locutio, εἴπερ ἄρα τοῦτο ἔδει ποιεῖν, *si quidem id erat faciendum* [7]). Sic apud Galenum primo περὶ διαγνώσ. φανερὸν μὲν γὰρ, ὡς οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς ἐπαφῆς

5) v. 226. seq. vide supra p. 19. n. 56.

6) v. 76. seq.

7) Budaeus eodem modo explet sententiam. Sed Vigerus, qui τὸ εἴπερ ἄρα vertit *alioqui*, sententiam e praecedentibus complet sic: εἴπερ ἄρα μόνον ἦν ἀπειπεῖν. *si quidem id tantum esset renuntiare amicitiam.* cf. illius Idiotism. c. 8. sect. 6. §. 14.

φῆς αἰσθέσθαι τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς. λοιπὸν οὖν, εἴπερ ἄρα, ἐν ταῖς θλιβούσαις ἐπιβολαῖς αἰσθέσθαι. vbi verbum ἐνδέχεται ex ſuperioribus repetendum eſt. Et tertio eiusdem tractatus: οὐκοῦν οἷόν τε φωρᾶσθαι τῆς διαστάσεως ἁπάσης τὴν κίνησιν, ἀλλὰ μόνον τοῦ ἔξω πέρατος. ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς συστολῆς, εἴπερ ἄρα, τὴν ἀρχὴν μόνην καὶ τὴν ἀποχώρησιν, ἄλλο δὲ οὐδέν. vbi οἷόν τε φωρᾶσθαι ex ſuperioribus repetendum eſt.

Dicitur etiam cum ἀλλὰ praepoſito, propter negationem praecedentem, vt eiusdem tractatus libro quarto: ὥστε οὐδ' αἰσθήσει διαγνωστὸς ὁ τόνος, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, διὰ σημείου τινός. ἀλλ' εἴπερ ἄρα, pro ἐπειδή.

Alteram ἔλλειψιν patitur particula εἴπερ, cum totum conſequens locutionis omittitur in hypotheticis locutionibus, vt apud Homer. Il. ά. [8]) ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί, ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται. vbi deeſt conſequens κατ' ἀποσιώπησιν, vt Grammatici vocant. Sic infra eodem libro: [9]) εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς, ἐξ ἑδέων στυφελί-

8) v. 135. hoc exemplum pertinet eo, vbi agebatur de particulis εἰ δὲ μή. Et Gregorius de Dialectis attulit hunc locum ſub figura ἀνανταπόδοτον, p. 19. Edit. Gisberti Koeni, vbi etiam Scholion Euſtathii ad h. l. e Cod. Reg. emendatum, a Viro Cl. adſcriptum eſt. Vſum rariorem τοῦ εἴπερ ap. Ariſtidem in Panathen. obſeruauit Vigerus Idiotism. c. 8. Sect. 6. §. 13. vbi pro ſic accipit, quoniam τῷ ὥσπερ reſpondeat. Sed Hoogeueen. ad h. l. retulit ad figuram ἀνανταπόδοτον, et ſic τὸ εἴπερ retinet ſuam ſignificationem.

9) v. 580. Neque hic locus conueniens eſt. Nam cum στυφελίξαι accipiamus pro Optatiuo, ſupplemento non eſt opus. cf. H. Steph. de Dial. Attica p. 24.

φελίξαι. ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν. Significat etiam conditionem positiuam, cum pro ἐπειδὴ accipitur, vt apud Aristot. VI. Politic. [10]) ἓν δὲ, τὸ ζῆν ὡς βȣ́λεταί τις. τȣ̃το γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναι φασὶν. εἴπερ τȣ̃ δȣ́λȣ ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βȣ́λεται. Sic in communi hominum locutione saepe *si* pro *quoniam* vsurpatur [11]).

Εἴπερ etiam, vt εἰ, nominis ἄλλο, omnibus casibus, in omnibus generibus praepositum, intensionis notam habet. Gregor. χρέος δὲ, εἴπερ ἄλλο τι τοῖς ἀγαθοῖς, τά τε ἄλλα καὶ περὶ τὸν λόγον, etc. Demosth. [12]) ἄξιον δὲ, εἴπερ περὶ τȣ̃ καὶ ἄλλȣ, καὶ περὶ τȣ̃δε διελθεῖν.

## Εἰς.

εἰς. Εἰς, praepositio, prout *compendiosis locutionibus* seruit, in hoc commentario locum habet. Qualis est illa locutio apud Pausaniam: καὶ τὰ μὲν εἰς Μέδȣσαν ȣ̃τως ἔχει, vel ȣ̃τως εἰρήσθω. In cuiusmodi locutionibus adiectiuum nomen, vel participium, articulo τὰ subiiciendum subauditur, vt sit,

10) Opp. Tom. V. p. 577. cf. Viger. Idiot. c. 8. sect. 6. §. 12.

11) Vid. Tursellin. de Partic. V. *Si*, n. 11.

12) in Timocrat. p. 468. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 716. Nonnunquam εἴπερ significat *praesertim si*. Thucyd. I. 69. εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. *praesertim si liberatorem Graeciae se esse profiteatur*. Adiungimus particulam εἴπως dubitatiuam, *an*, vel *si fortasse*, quae nonnunquam significat *vt*. Thucyd. III. 45. homines varia poenarum genera excogitauerunt, εἴπως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακȣ́ργων. *vt eo minus laederentur a facinorosis*.

ſit, καὶ τὰ μὲν εἰς Μέδουσαν ἀνήκοντα, vel προσήκοντα, i. e. *ea, quae ad Meduſam attinent* [13]).

# Εἶτα et Ἔπειτα.

Εἶτα et ἔπειτα, aduerbia ſunt τάξεως, quae, praeter notam ſignificationem, interrogatione, cum quadam indignatione et vehementia, proferuntur, vt apud Ariſtophan. in Pluto: [14]) ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων, εἶτ᾽ ἐσίγας Πλοῦτος ὤν; et infra: [15]) εἶτ᾽ οὐ διαπέμπεις καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς φίλους; et in Nebulis: [16]) εἶτ᾽ ἄνδρα τῶν αὑτοῦ τι χρὴ προϊέναι; οὐδέποτέ γ᾽. In quo ſenſu accommodatur etiam ἔπειτα, vt de ipſo dicetur. εἶτα, ἔπειτα.

Prae ſe fert autem indignationem et vehementiam tum propter vim interrogationis, tum etiam, quia illatiuum eſt, et ex quibusdam praemiſſis ſubſequitur. Ex praemiſſis autem veris, noſtro iure videmur aliquid inferre, ideoque illatum ſub interrogationis forma, pro maiori efficacitate proferimus. Alioquin ſi praemiſſae, aut antecedens dubium et inualidum eſſet, ridiculum eſſet interrogatiue inferre aliquid. Iuxta igitur ſui etymologiam et praecipuam ſignificationem, εἶτα particula (prout conſecutionem ſignificat,) hunc quoque ſecundarium ſenſum habet: quippe cum illatio natura praemiſſis poſterior ſit.

 Porro

13) cf. Viger. Idiotism. c. 9. ſect. 2. §. 11. p. m. 426. et ibid. Hoogeueen. no. 78.

14) v. 78. ſeq. ad quem locum Schol. docet, pro ratione poſitus τὸ εἶτα ſignificationem habere, vel amittere. Verba eius ſunt: εἰ δὲ τὸ εἶτα ἐν ἀρχῇ θήσεις, οὐκ ἀργὸν νοήσεις. Diſponit igitur verba ſic: εἶτα ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων ὢν Πλοῦτος ἐσίγας; *Itane vero tu taceres te Plutum eſſe?*

15) v. 398.

16) v. 1216.

εἶτα, pro οὐκοῦν et τοίνυν, extra interrogationem.

Porro interrogatiuam formam si detraxeris, particula εἶτα idem erit, quod οὐκοῦν et τοίνυν et reliquae particulae, quas συλλογιστικὰς graeci grammatici vocant. Isocrat. in Panegyr. [17]) *cum multa crimina obiecisset iis, qui Atheniensium imperium incusabant,* infert: εἶτα οὐκ αἰσχύνονται τὰς μὲν ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνέμως διαθέντες, τῆς δ' ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες. cuius locutionis sensus est: *cum igitur proprias ipsi patrias adeo male tractarint, sequitur, vt pudere ipsos conueniat ciuitati nostrae maledicere.* Atque ita Italorum illi formulae respondet: *e poi non si vergognano trattando così iniquamente le loro città* etc. De quo particulae huius sensu nonnulla in ὅτε particula dicta sunt.

εἶτα, abundat.

Abundare etiam videtur interdum particula εἶτα, vt apud Aristophanem in Ranis: [18]) οὐ γὰρ δῆ γέλοιον ἦν, εἰ Ξάνθιας μὲν δοῦλος ὤν, ἐν στρώμασι Μιλησίοις ἀνατετραμμένος, κινῶν ὀρχιστρίδ', εἶτα ᾔτησεν ἀμίδα; vbi simpliciter consequentiam significat, cui fortasse responderet latina particula *tamen.* Alibi consequentiam cum emphasi absurdi,

17) p. 126. sed h. l. εἶτα inseruit argumentando a maiore ad minus, *et tamen non erubescunt*, etc. und gleichwohl haben sie das Herz noch. Sic Aristoph. Nub. v. 524. postquam spectatoribus commemorauit, quantam sibi molestiam fabula ista creauerit, vt omnium suarum praestantissimam faceret, subiicit: εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν ἡττηθεὶς οὐκ ἄξιος ὤν. *tamen victus discessi* und gleichwohl bin ich getadelt worden.

18) v. 547. in narrationibus inprimis εἶτα dirigit consequentia, qualem notam latini non habent, in nostra vero lingua est vocula *da.* Aristoph. Nub. v. 172. ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς — εἶτ' ἄνω κεχηνότος — γαλεώτης κατέχεσεν, *quaerentem ipsum vias lunae, sursum spectan-*

di, quando videlicet aliquid ex non causa sequitur, vt apud Aristophanem in Pluto: [19]) πῶς ὖν ἂν εἴης χρηςὸς, ὦ τοιχωρύχε, εἰ σοι προσῆκον μηδὲν, εἶτ' ἀπεχθάνει; tamen stomacharis. Et rursus: [20]) ἢ τὺς μιθὺς τῶν ποιητῶν ῥήτωρ ὤν, εἶτ' ἀποτρώγει. Neque enim ex eo, quod nihil ad sycophantam illum pertinebant negotiationes; sequi deberet, vt sibi inimicitias comparare vellit: nec ex eo, quod rhetor esset alius quidam, sequitur, vt comicorum mercedem vsurpare debeat. Atque etiam tum latinae particulae *tamen* respondebit, *cum sit rhetor*, *comicorum tamen mercedem vsurpat ac deuorat.*

Accipitur etiam εἶτα pro *demum*, *denique*, *caeterum*, vt apud Aristophan. in Auibus: [21]) Sycophanta quidam interrogatus, *quisnam esset*, *et quorsum venisset?* respondet: κλητὴρ εἰμι νησιωτικὸς καὶ συκοφάντης εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν κύκλῳ περισοβεῖν τὰς πόλεις καλὖμενος. Vbi εἶτα, ἀντὶ τῦ λοιπόν. *Caeterum alas vt mihi commodes opus est*, *vt sursum deorsumque celeriter cursitem ad homi-*

εἶτα, caeterum.



*spectantem ore biante*, *percacauit stellio*. ct. v. 178. Vide Gregor. de Dialect. p. m. 61. et ibi not. 6.

19) v. 910. Vide omnino Hemsterhusium ad h. l. qui nec Frischlini, nec Deuarii interpretationem probat. Nos accipimus sic, vt proxime no. 17 docuimus. *Quomodo igitur vir bonus esses*, *si in iis*, *quae ad te nihil attinent*, *odium tibi contrahas?* wenn du dich gleichwohl so verhasst machst.

20) in Ranis, v. 370.

21) v. 1422. seq. hoc exemplum eo pertinet, vbi εἶτα pro τοίνυν aut οὐκῦν poni docebatur. Sensus h. l. est: *Citator sum insulanus et sycophanta*. atqui quoniam sum talis, εἶτα δέομαι, *itaque volo*, *sumtis alis circumuolare vrbes citatum reos*. Caeterum de hac particula vide Viger. Idiotism. c. 7. sect. 5. §. 4-6.

*homines in ius vocandos.* Et sic εἶτα caussatiuum sensum habet pro *quare* et *quapropter.*

## Ε μ ο ὶ.

ἐμοὶ. Ἐμοὶ, datiuus primae personae pronominum, quod et μοι sine prima syllaba dicitur. Si simpliciter primam personam sine emphasi aut oppositione designare opus sit, postponitur semper cuidam orationis parti, cui proprium accentum transmittit. Contra ἐμοὶ, quod semper proprium accentum obtinet, semper itidem emphasin aut oppositionem designat. Si enim dicas μέλει μοι, vel μελήσει μοι, simpliciter *curae tibi esse aliquid*, vel *fore* asseris: si vero ἐμοὶ μελήσει, *tibi soli*, vel *tibi prae caeteris aliis curae fore* significas. Neque parum interest, vtrum μελήσει ἐμοὶ dicas, an ἐμοὶ μελήσει. Nam hoc maiorem emphasin habet. Idem accidit σοὶ secundae personae, quod semper μονοσύλλαβον est, soloque accentu denotat ἔμφασιν aut oppositionem. Nam simpliciter acceptum semper ἐγκλίνεται, i.e. praecedentis dictionis accentu nititur, vel certe suum praecedenti transmittit. Sin ἔμφασιν aut oppositionem denotare opus sit, proprium accentum retinet, verboque plerumque proxime praeponitur. Aristoph in Pluto: [22]) σοὶ λέγει τοῦτ', οὐκ ἐμοί. Hac eadem ratione numero multitudinis, vtriusque pronominis voces in constructionem veniunt, et idcirco illud Lucae XII. [23]) διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, maiorem emphasin habet, quam si διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν dixisset.

Ἕνεκα

22) v. 59.

23) v. 22. Hanc obseruationem, si vel maxime vera esset, ab hoc loco tamen alie-

## Ἕνεκα ἐμοῦ.

Ἕνεκα ἐμοῦ sic dicitur, vt δι' ἐμὲ, de quo supra: i. e. *quantum in me est*, vel, *quod ad me attinet*. Aristoph. in Acharnens. [24]) λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα τὴν Ἄϊδος κυνῆν. Sic Xenoph. [25]) ἀλλ' ἐξέσαι ἡμῖν ἐκείνου ἕνεκα πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι. Et Demosth. [26]) οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν (ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω) βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος. Vide in dictione διά. ἕνεκα ἐμοῦ.

## Ἐπεί.

Ἐπεὶ particula in ordine orationis παρασυναπτικὴ vocatur a Grammaticis, vt quae in conditionalibus locutionibus, antecedenti seruiens, ipsam connectit cum consequente. Potestate autem est αἰτιολογικὴ, vt quae non solum consequentiae causa est in conditionalibus, sed etiam essentiae rei causam reddit in simplicibus locutionibus, vt apud Aristophanem in Pluto: [27]) Καρ. καὶ τοὺς γε ἐπεί.



alienissimam malimus fuisse suppressam. Cum vero in opere alieno nihil iuris nobis arrogamus, reliquimus integram, addito eo, quod certius est, ab vtriusque linguae scriptoribus pronomina ista μοὶ, σοὶ, αὐτῷ, ὑμῖν, ἡμῖν, saepe pleonastice poni; cf. Iensium ad Lucian. Timon. c. 53. p. 168. Opp. Tom. I. Edit. nouiss.

24) v. 386. etiam cum aliis nominibus significat *quod attinet ad*. Aristoph. in Nub. v. 419. ἀλλ' οὖν ἕνεκέν γε ψυχῆς στεῤῥᾶς. *quod attinet ad cor durum*. et v. 421. ἕνεκα τούτων ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν. *quod ad haec attinet, pro incude me praebeam*. In Cod. Vatic. est εἵνεκα, quod metrum postulat.

25) Cyropaed. Lib. III. c. 3. §. 14.

26) adu. Leptin. p. 363. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 461. neque enim, etsi optimus sit, (per me sit sane,) melior est ipsa ciuitate.

27) v. 153. seq.

γε παῖδας φασὶ ταὐτὸ τῦτο δρᾷν, τἀργυρίυ χάριν. Χρ. ῦ τύς γε χρηςὺς, ἀλλὰ τὺς πόρνυς. ἐπεὶ αἰτῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηςοί. ac si dixisset: ῦ γὰρ αἰτῦσιν ἀργύριον οἱ χρηςοὶ, et infra: [28]) Καρ. κακόδαιμον, ὀσφραίνει τί; Δικ. τῦ ψύχυς γ' ἴσως, ἐπεὶ τοιῦτον ἀμπέχεται τριβώνιον. *quoniam huiusmodi pallium induitur.*

ἐπεὶ in probationibus.

Seruit etiam probationibus in allegatione signi alicuius eo modo, quo etiam γὰρ, vt de ipso dictum est. Aristoph. in Pluto: [29]) οἴμοι τάλας! μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾷς; ἐπεὶ πόθεν θοιμάτιον εἴληφας τοδί; ἐχθὲς δ' ἔχοντ' εἶδόν σ' ἐγὼ τριβώνιον. Vbi Sycophanta probare intendit id, quod interrogatiue proposuit, μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾷς; Probatio autem est: ἐπεὶ, εἰ μὴ μετεῖχες, πόθεν ἂν ἔσχες τὸ ἱμάτιον τοδί; *nam nisi particeps esses* etc. Sic Isocrates, [30]) excusans se, non infenso animo in Lacedaemonios inuectum fuisse, increpationemque a calumnia differre docens, in illis verbis: τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον ὐχ ὁμοίως ὑπολαμβάνειν δεῖ, μὴ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας λεγόμενον, subdit: ἐπεὶ καὶ τῦτ' ἔχομεν αὐτοῖς ἐπιτιμᾷν. vbi ἐπεὶ confirmat quod

28) v. 897. *quoniam pallio tam vili amictus est.*

29) v. 881. seq. Facit sc. haec particula demonstrationem indirectam, quam vocant dialectici, h. e. argumentationem a contrario, vel absurdo. Verba igitur ἐπεὶ πόθεν θ. ει. τ ita sunt exprimenda: *Woher hättest du denn sonst das schöne Kleid genommen?* In quo loquendi modo latet haec ellipsis: *nisi ita esset.* Sic apud Aristoph. Nub. v. 783. seq. ἀλλ' εὐθὺς ἐπιλήθει σύ γ', ἅττ' ἂν καὶ μάθῃς. ἐπεὶ, τί δὴ γε πρῶτον ἐδιδάσκυ, λέγε. *At tu statim obliuisceris, quaecunque didicisti:* alioqui (ἐπεὶ, sc. hoc nisi est, vt dixi,) *dic mihi, quid docebare primo?*

30) in Panegyr. p. 132.

quod dicit, *se non ad detrahendum Lacedaemoniis dixisse ea, quae dixerat. Nam, quum multa alia possit recensere, tamen omittere.* In quo sensu acceptum ἐπεὶ sit, vt in probationibus affirmatiuarum propositionum idem fere significet, quod εἰ δὲ μή. Plato in Gorgia: [31]) ὐκ οἴει ἐξεληλέγχθαι ὦ Σώκρατες, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς, ἃ ὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων. ἐπεὶ ἔρȣ τινὰ τȣ́των. *quod si mihi non credis, percontare horum aliquem.* Aduertendum autem, si ad *affirmatiuam* propositionem probandam adhibeatur ἐπεὶ particula, pro εἰ δὲ μὴ accipi; vt proximo exemplo Platonis, in quo interrogatio affirmationem infert. Valet enim, ac si dixisset: ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ὦ Σώκρατες, ἐξελέγχῃ δήπȣθεν. Cum vero ad *negationem* probandam adhibetur, pro εἰ δὲ accipitur. Aristoph. in Nebul. [32]) ἀλλ', ὦ πόνηρε, ταῦτά γ' ἔςʼ ὐκ ἄρρενα ἐπεὶ πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ; *quod si negas haec esse masculina, dic quaeso, quonam modo vocares Amyniam?* Et in Vespis: [33]) νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτȣ̃ νοσεῖ, ἣν ὐδ' ἂν εἷς γνοίη πότ', ὐδὲ ξυμβάλοι, εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν. ἐπεὶ τοπάζετε. Est enim ἐπεὶ, pro εἰ δὲ μὴ, vel potius εἰ δὲ φατὲ ξυμβαλεῖν ἂν, τοπάζετε. *quod si coniicere vos posse arbitramini, facite periculum*, vel *alioquin facite periculum.* Sic apud Synesium de quodam seruo vinoso: πλείτω δεδεμένος ἐπὶ τȣ̃ καταςρώματος, μὴ γὰρ ἐς κοίλην

pro εἰ δὲ μή.



31) p. 313.

32) v. 687. seq.

33) v. 71. seq. h. l. ἐπεὶ simpliciter significat *nam.* Pro τοπάζετε autem cum Florente legimus τοπάζεται, impersonaliter, et sensus erit: *Sein Vater hat eine solche wunderbare Krankheit, die so leichte Niemand einsehen noch errathen soll; es wäre denn, daſs ihr sie von uns erführet. Denn es wird blos gemuthmaſset.*

λην ναῦν, ἐπεὶ θαυμάσης εἰ συχνὰ τῶν κεραμίων ὑμῖν ἐνδεῆ ποιήσει. Vbi, ſi ad praeceptum affirmatiuum referatur ἐπεὶ particula, pro εἰ δὲ μὴ accipitur: ſin ad propinquius μὴ γὰρ ἐς κοίλην ναῦν, cum negatio praecedat, pro εἰ δὲ poſitum erit. Repetitur enim tota propoſitio cum contraria qualitate, εἰ δὲ ἐς κοίλην ναῦν πλεύσεται.

ἐπεί τοι. Dicitur et ἐπεί τοι. Lucianus in Epiſt. Saturnalibus: εἰ γοῦν ἠπίστασθε τοὺς Φόβους καὶ τὰς μερίμνας ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν Φευκτέον ὁ πλοῦτος ἔδοξεν. ἐπείτοι οἴει με αὐτὸν. οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιάσαι, et reliqua. Vbi pro εἰ δὲ μὴ, vel εἰ γὰρ μὴ, ponitur. Probat enim affirmatiuam propoſitionem, Φευκτέον εἶναι τὸν πλοῦτον, cuius contrarium deſtruens infert: εἰ γὰρ μὴ ἦν Φευκτέον, *quod niſi ita eſſet, cenſes me* etc. Habet autem κατὰ μετάληψιν, ſenſum hunc particula ἐπεὶ, quatenus idem valet, quod γὰρ, quod pro *alioquin* accipitur, vt de ipſo dictum eſt. [ἐπεὶ, pro γάρ.]

ἐπεὶ, quum, poſteaquam. Accipitur etiam τὸ ἐπεὶ in ſenſu aduerbii temporis, pro *quum* et *poſteaquam*. Plutarch. ἐπεὶ δὲ ὤφθη ὁ στόλος. Sic ἐπεὶ δ' ἐδείπνησεν. ἀντὶ τοῦ, μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο πρὸς τῇ πύλῃ. *poſteaquam ad portam venit* [34]).

ἐπεὶ τάχιστα. Iungitur etiam τῷ τάχιστα aduerbio, in hac ſignificatione, [35]) vt τάχιστα ἐπεὶ, quod etiam

ἐπεὶ

34) ἐπεὶ pro *poſtquam*, etiam Infinitiuo iungitur. Xenoph. Apol. Socr. §. 4. ἐπεὶ δ' αὐτὸν πάλιν λέγειν. Vide ad h. l. Bachium. ἐπεὶ porro ſequente δὲ, idem eſſe quod ἀλλὰ, *veruntamen*, e Plutarcho oſtendit Viger. Idiotism. c. 7. ſect. 6. §. 3. et ex eodem auctore docet ἐπεὶ, pro *deinde*, in principio periodi poni abſolute.

35) item τῷ εὐθέως, ſimilibusque. Vid. Viger. Idiotism. c. 7. ſect. 6. §. 2.

ἐπεὶ τάχιστα, κατὰ μετάθεσιν, pro τάχιστα ἐπεί, i. e. τάχιστα μετὰ τό: quod etiam pro ἐπειδὴ dicitur. Demosth. ἐπειδὴ τάχιστα ἐξουσία ἐγένετο. *Simul atque potestas facta est*, vel *statim vt potestas data est*. In qua significatione interdum Infinitiuo iungitur, vt apud Platonem in Symposio: ἐπεὶ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἀγάθωνος ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν. Idem in χ. de Repub. ἐπεὶ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι. In cuiusmodi locutionibus verbum extrinsecus est subintelligendum.

## Ἐπειδή.

Ἐπειδή, ex ἐπεὶ et δὴ particula constat, et prout coniunctio est, παρασυναπτικὸν μέρος a Grammaticis appellatur[36]). Quo nomine positiuas conditiones constituit, et in antecedenti parte primum locum obtinet, et consequens aliquod promittit, vt ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους. Post quae consequens pars clausulae exspectanda est. Nam si sine ἐπειδὴ dixisset τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει etc. clausula ibi per se terminaretur, nec ipsi subsequens aliquod deberetur. Cum itaque particula haec nexum afferat orationi, et ab ἐπεί, qui συναπτικὸς dicitur, deriuetur, merito vt ἀπὸ τοῦ συνθέτου, παρασύνθετον: sic ἀπὸ τοῦ συναπτικοῦ, παρασυναπτικὸν appellatur, atque ita latinae particulae *quoniam* respondet, et Italicae causali *poiche*. ἐπειδή.

Nec consequentiae modo causatiuum est, sed rei quoque modo causam designat, modo signum. Vnde ἐπειδή, quoniam.

36) additur τῷ ἐπειδὴ nonnunquam enclitica περ, sed significatio manet eadem. Hesych. ἐπειδήπερ. ἐπειδή.

pro γὰρ, vel διὰ τὸ, vel ἕνεκα τῦ. Vnde saepe pro γὰρ, causali, vel διὰ τὸ et ἕνεκα τῦ accipitur, et tunc postponitur in serie orationis.

ἐπειδὰν. Accipitur etiam pro aduerbio temporis, vt de ἐπεὶ dictum est, a quo deriuatur ἐπειδή. Cui si addatur ἂν particula, fit ἐπειδὰν, aduerbium temporis [37]), quod propter ἂν, ἀοριστολογικὸν semper futurum respicit, et idcirco subiunctiuo iungitur. Lucian. εἴρητο δὲ αὐτοῖς, ἐπειδὰν ἴδωσι παρεληλυθότας τὺς πολεμίυς ἐπανίστασθαι. *mandatum ipsis fuerat, vt, vbi hostes viderint, insurgerent.* Quod per Optatiuum aptius diceretur ἐπειδὰν ἴδοιεν, *simulatque hostes vidissent*, si nempe rei praeteritae narrationem respiciamus. Sed respectu temporis, quo mandatum dabatur, recte per Subiunctiuum dictum est ἐπειδὰν ἴδωσιν, ac si ὁπόταν ἴδωσιν diceres.

## Ἔπειτα.

ἔπειτα. Ἔπειτα etiam eiusdem classis cum εἶτα, ipsum quoque interrogatiue cum quadam indignatione et vehementia, quemadmodum εἶτα profertur. Aristoph. in Pluto: [38]) ἔπειτ' ἀπολιπὼν τὺς θεὺς ἐνθάδε μενεῖς; et in Nebulis: [39]) ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥῦ τὺς θεὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' ὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ. ita Italice *e poi tu dispregi* etc. Ponitur etiam *praepostere* in sua propria significatione: quod si quis non animaduerterit, putabit abundare aduerbium hoc, aut

37) et ex ἐπεὶ ἂν fit ἐπὰν, et Attice ἐπὴν, quo vtitur Aristophanes et Thucydides. Sed Ionice dicitur ἐπεὰν, quod Herodoto frequens est. Vid. Thom M. in V. ἐπὰν. et Gregor. de Dial. p. m. 219.

38) v. 1149. *itane relictis Diis hic manebis?*

39) v 226. *Siccine Deos despicis a crate, non a terra?* cf. supra p. 101. et not. 5.

aut certe haerebit circa eius significationem, vt apud Ariſtoph. in Pluto, [40]) *inducitur quidam, qui adoleſcentem laudat, quod ſe a vetulae cuiusdam conſuetudine ſubtraxerit:* Δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τὶς οὐ μοχθηρὸς ἦν. ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ᾽ ἥδεται φακῇ. πρότου δ᾽ ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν. Eſt enim ordo: δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τὶς οὐ μοχθηρὸς ἦν, εἰ πρὸ τοῦ μὲν ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν. ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ᾽ ἥδεται φακῇ. vbi τάξεως aduerbium erit. Quae ſignificatio in narrationum tranſitionibus quibusdam obſcuratur, propter praepoſterum et figuratum ordinem narrationis. vt in illis carminibus Οδυσσ. δ. [41]) νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δὲ ἑκικλήσκουσιν. vbi multis Pharon inſulam deſcribens poeta, ſubdit: ἔνθα με εἴκοσιν ἤματ᾽ ἔχον θεοί. Et Οδυσσ. κ. [42]) ſimilem narrationem auſpicatur: νῆσος ἔπειτα λάχεια πάρεκ λιμένος τετάνυσται. Vbi etiam in deſcribenda inſula iſta, multis verſibus conſumtis, ſubdit: [43]) ἔνθα καταπλέομεν, καί τις θεὸς ἡγεμόνευεν. Quae narrationes, vt natura ſermonis requirit, ordinarentur hoc modo: ἔπειτα ἐς νῆσον, ἥτις ἐστὶν αἰγύπτου προπάροιθεν, ἣν Φάρον καλοῦσιν, εἴκοσιν ἤματα ἔχον με οἱ θεοί. In altero loco: ἔπειτα ἐς νῆσον λάχειαν καταπλέομεν, ἣ πάρεκ τοῦ λιμένος τετάνυ-

40) v. 1004. ſeq. ad quem locum Hemſterhuſius animaduertit, Deuarium in hac particula, eiusque praepoſtera poſitione, nimis ſubtilius quam par ſit, tamen pro more ſuo philoſophari. Ipſe vero huius loci ſententiam ſic componit: *Adparet moribus eſſe iuuenem iſtum haud ſane abſurdis. Tum porro nihil eſt mirum, ſi diuitiis auctus non amplius lenticula delectetur.*

41) v. 354. et 360.

42) eſt Odyſſ. ι. v. 116. ſeq.

43) ibid. v. 142.

τάνυσαι. Si sic ordinaretur narratio, manifestum esset, ἔπειτα aduerbium id, quod ordine temporis prius et posterius est, significare, et pro μετὰ ταῦτα accipi. Videtur etiam abundare in illo carmine Iliad. έ. [44]) οὐ σύ γ' ἔπειτα Τυδέος ἔκγονός ἐσσι, cum tamen illatiuum sit, et pro *quare*, et *propter* accipiatur. Inducitur enim ibi Minerua ad Diomedem dicens: σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ' ἵσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω, καί σε προφρονέως κέλομαι τρώεσσι μάχεσθαι. ἀλλά σευ ἢ κάματος πολυάϊξ γυῖα δέδυκεν, ἤ νύ σέ πȣ δέος ἴσχει ἀκήριον, ȣ̓ σύ γ' ἔπειτα Τυδέος ἔκγονός ἐσσι. Quorum verborum sensus est: *Cum ego tibi semper assistam, teque tuear, nimirum, vel propter lassitudinem a pugnando destiteris, vel propter timiditatem: quod si ita esset, sequeretur, vt minime a Tydeo procreatus esse dicerere.* Illatiue item accipitur Iliad. κ'. [45]) εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν

ἔπειτα, quare.

44) v. 812. etiam h. l. pro μετὰ ταῦτα accipi potest: *tu sane non amplius dicendus es Tydei soboles.* Sic in periodo bimembri ἔπειτα facit apodosin, et videtur abundare, sed quoad nostram linguam, respondet particulae *so.* Isocrat. Euagor. p. 382. θαυμάζων δ', ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα τῶν ἄλλων ποιȣ̃νται τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτῆς δὲ μηδὲν, τυγχάνȣσι φροντίζοντες. ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἶχειν. *cum admiraretur eos, quicunque vitae quidem causa alias res quidem curent, vitae autem ipsius nullam curam habeant: idem sensit de republica administranda.* da er sich wunderte — so etc. Sed nonnunquam ἔπειτα est *tamen, nihilominus.* Plato Phaedo: c. 39. ȣ̓κȣ̃ν οἰκτρὸν ἂν εἴη τὸ πάθος, εἰ ὄντος δὴ τινος ἀληθȣ̃ς καὶ βεβαίȣ λόγȣ, καὶ δυνατȣ̃ κατανοῆσαι, ἔπειτα τȣ́τȣ ἐκπεσὼν ἀπορῇ etc. *nonne miseranda haec erit calamitas, si, cum vera aliqua ac firma sit ratio, quae comprehendi etiam possit, tamen ab illa aliquis exciderit?* cf. Aristoph. in Acharnens. v. 126. et ibi notam Kusteri.

45) v. 242. non opus est istis ambagibus. Verto: *quomodo*

αὐτὸν ἑλέσθαι, πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, ὃ πέρι μὲν πρόφρων κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ etc. eſt enim conſequentia: *cum poteſtatem detis mihi arbitratu meo ſocium deligendi, ſciamque Vlyſſem talem et talem eſſe, ſequitur, vt hunc ipſum caeteris omnibus praeponam.* Sic Ὀδυσσ. ά. [46]) πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, ὃς πέρι μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν etc. *cum Vlyſſes talis et talis ſit, ſequitur, vt non obliuiſcar cauſam eius.* In eodem libro [47]) temporis conſequentiam ſignificat, in ſermone hypothetico: εἰ μὲν δὴ νῦν τοῦτο φίλον μακάρεσσι θεοῖσι, νοστῆσαι Ὀδυσῆα, Ἑρμείαν μὲν ἔπειτα νῆσον ἐς ὠγυγίην ὀτρύνομεν. i. e. *Si Vlyſſem ad ſua reducere ſtatuimus, ſequitur,* i. e. *reliquum eſt, vt Mercurium ad inſulam, in qua commoratur Vlyſſes, mittamus.* Ex quibus patet, duplicem eſſe conſequentiam et illationem; alteram quidem rationis, vt poſito aliquo, ſequatur ex propoſitis: alteram temporis, vt poſt aliquod ſequatur aliud faciendum.

## CAPVT X.

## DE PARTICVLIS ἐξ ὧν, ἀφ' ὧν, et ἔξω, aliisque nonnullis.

Ἐξ ὧν et ἀφ' ὧν, quaſi formales et complexae voces deſcribuntur a Budaeo. Quarum exempla affert ex Demoſth. [48]) καὶ περιειστήκει τοῖς βοηθείαις ἐξ ὧν, ἀφ' ὧν.

*modo tum denique diuini Vlyſſis obliuiſcerer, cum* etc. wie ſollte ich alsdenn wohl — da etc.

46) v. 65.

47) v. 82.

48) de Corona p. 344. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 301.

θείας δεήσεσθαι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις, ἐξ ὧν ἐπείσθητέ μοι. Et rursus: †) δηλοῖς δ' ἐξ ὧν ζῇς. Quas voces per τμῆσιν etiam elegantius efferri docet, vt apud Demosthenem: ἐκ μὲν ὧν αὐτοὶ συνεβούλευον. pro ἐξ ὧν μὲν αὐτοί. et alibi: ἐκ δὲ ὧν ἡμᾶς ἐρεῖν ἔφασαν. pro ἐξ ὧν δέ. Sic ἐκ γὰρ ὧν, apud Herodianum, pro ἐξ ὧν γάρ. Quae quidem τμῆσις nihil aliud est, nisi reductio praedictarum coniunctionum μὲν videlicet et δὲ et γάρ, ad locum sibi congruentem, vt dictum est de vocibus εἰ δὲ θήλει, et εἰ βούλει δέ. Caeterum, cum vniuscuiusque praedictarum vocum singulae partes in constructionis distributione ad diuersa referantur, seorsumque singulae suum praestent officium, nihil est, cur ipsas vt complexas et formales describamus. Nam sic et δι' ὧν, et καθ' ὧν, et περὶ ὧν, et alias huiusmodi describere oporteret. Nec enim, vt de ἀνθ' ὧν, in qua ὧν, genitiuus nonnunquam nulli antecedenti respondet: sic de his dici potest, in quibus ὧν genitiuus praepositioni seruiens, adiuncti quoque verbi casum introducit. Puta, supra dicta exempla ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, sic resoluimus: ἀπ' ἐκείνων, ἃ ἔπραττον οὗτοι. et ἐξ ὧν ἐπείσθητέ μοι, sic, ἐξ ἐκείνων, ἃ ἐπείσθητέ μοι, vel ἃ ἐπράξατε πεισθέντες ἐμοί. Quare illud Isocratis in Panegyrico: [49]) τῷ δὲ κοινῷ τῶν συμμάχων οὐδὲν τοιοῦτον κατασκευάζουσιν, ἐξ ὧν ἔσται αὐτοῖς etc. rectius fortasse ἐξ οὗ legeretur, ἀντὶ τοῦ δι' ὅ, i. e. *propter quod.*

Ἔξω.

†) de Corona, p. 294. Edit. Reisk. 49) p. 132.

# Ἐξω.

Ἔξω, aduerbium locale, *extra* significat, interdum pro *vltra* vel *praeter*, interdum additamentum significat, et idem quod *amplius* sonat, vt apud Isocratem in Panegyr. *τί γὰρ ἂν καὶ βουληθείημεν ἡμῖν προσγενέσθαι, μέλλουσι βασιλεῖ πολεμεῖν, ἔξω τῶν νῦν ὑπαρχόντων; ad ea, quae nobis adsunt?* ac si dixisset, *πρὸς τοῖς νῦν ὑπάρχουσιν.* Cuius significationis ratio est, quod id, quod alicui quantitati additur, extrinsecus ipsi accedit [50]). ἔξω.

# Ἐς.

Ἐς praepositio, quae *εἰς* plerumque dicitur, interdum *terminum loci* vel *temporis* significat, vt apud Latinos *ad* pro *vsque*. Herod. *ἐς τὸ ἐξεῖλε, donec expugnauit.* Sic dicitur *ἐς ἐμὲ, vsque ad mea tempora.* Hunc sensum habet etiam in vocibus *ἐς τὸ παραυτίκα*, i. e. *in praesens tempus*, et *εἰς ἀεὶ, in perpetuum*, et *εἰσαῦθις, in posterum, ἐς δεῦρο, huc vsque.* Sic apud Sophoclem, [51]) *ἐς πότε, quousque*, interrogatiue, pro *μέχρι πότε. Τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λήξει πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμὸς;* Exempla localis significationis non desunt apud auctores. ἐς.

Ἐστε.

50) dicitur etiam ἐξ pro ἔξω. Vid. Thom. M. in V. adde etiam Hoogeueen. ad Vigeri Idiotism. p. m. 221. et 232. Locus Isocratis in Panegyr. est p. 144.

51) in Aiace, v. 1207. C. cf. Viger. Idiotism. Cap. 9. Sect. 2. §. 8 - 15. et Gregor. de Dial. p. 223. et ibi notam Gisb. Koeni.

## Ἔστε.

ἔστε. Ἔστε, ex ἐς, praedictum sensum habente, et τε particula, fit ἔς τε, aduerbium loci et temporis, cui aduerbio additur ἂν, et fit ἔστ' ἂν. Xenoph. 3. ἀπομνημ. [52]) ἔστ' ἂν δὲ ἢ χειμῶνα ἢ πολεμίους δείσωσι, τὰ κελευόμενα ποιοῦσιν. i. e. *donec et quamdiu tempestatem vel hostes verentur, imperata faciunt homines.* Differt ἔστε ab ἔστ' ἂν, quod ἔστε certum definitumque spatium ac terminum designat, et idcirco praeterito iungitur, vt ἔστε ἦλθεν ἀνέμεινα, *expectaui, donec venit.* Ἔστ' ἂν, propter vim particulae ἂν, futurum respicit, et interminatum spatium significat, vt, si dicamus: ἀνάμεινον ἔστ' ἂν ἔλθῃ, *expecta, dum*, vel, *quoad veniat.* Sic in illo carmine; ἔστ' ἂν ὕδωρ τε νάοι, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλοι.

## (Ἐτεόν.)

ἐτεόν. Ἐτεὸν, quod proprie significat *vere*, vt saepe apud Homerum; apud Aristophanem interrogationibus subiicitur ita, vt in versione latina abundare videatur. Est autem formula loquendi truncata, quae plena est, φράσον ἐτεὸν, *dic mihi verum.* Aristoph. Nub. v. 93. τί οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἐτεὸν, ὦ πάτερ; *quid ergo hoc est, pater?* Nostrates sic exprimunt: *Sag mir nur eigentlich, Vater, was ist denn nun das?* cf. Aristoph.

52) c. 5. §. 6. Edit. Ernest. vbi pro ἔστ' ἂν δὲ legitur ὅταν δὲ. Scribitur etiam ἔστε, quod est contractum ab ἕως et τε, auctore Eustathio p. 161. Edit. Rom. et Etymol. M. p. 382. Edit. Comel. 1594. Vide Metatrium p. m. 244. cf. etiam Hoogeuen. ad Vigerum p. m. 428.

stoph. Nub. v. 818. et Equit. v. 32. Vide etiam Viger. Idiotism. c. 3. Sect. 4. §. 13.

## Ετι τοίνυν.

Ετι τοίνυν duae voces sunt appositae, neque formalem notam constituunt, sed seiunctim vna quaeque suam vim indicat. Nam ἔτι, *adhuc*, et *amplius*, vel *praeterea*, τοίνυν *igitur*, vel *itaque* significat. Ex quarum vocum appositione transitio, continuationi iuncta, designatur. Demosth. †) ἔτι τοίνυν ἴσως ἐροῦσιν. *atque illud etiam fortasse dicturi sunt.* Idem: [53]) ἔτι τοίνυν εἰ μὲν μηδένα ἔχοντα μηδὲν εἴχομεν δεῖξαι τῶν πρέσβεων. In quibus exemplis et similibus, si τοίνυν particulam demas, transitio quidem remanebit, continuatio peribit; [54]) vt si diceres: ἔτι εἰ μηδένα μηδὲν ἔχοντα εἴχομεν δεῖξαι, etc. ἔτι τοίνυν.

## Εφ᾽ ὅσον.

Εφ᾽ ὅσον [55]), ἐπὶ ὅσον, *limitatiua* vox est, quando nomen ὅσον nulli substantiuo expresso vel subaudito subiicitur, et significat *quatenus*, et *in quantum*, sicut et καθ᾽ ὅσον. Theophrast. περὶ ὧν λεκτέον ἴσως ἐφ᾽ ὅσον ἔχομεν ἱστορίας. *quatenus*, vel *in quan-* ἐφ᾽ ὅσον.



†) in Midiam Edit. Reisk. Vol. I. p. 576.

53) de falsa legat. p. 214. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 375.

54) idem facit ἔτι δὲ, et, si auctoritatem sequamur Lamb. Bosii (Obseruat. Crit. p. 15.) ἐπὶ δὲ. Sed ἔτι et ἐπὶ saepius confusa a librariis animaduertit Io. Piersonus ad Moeridis Atticist. p. 112. Caeterum Schol. Sophocl. ad Trach. v. 261. τὸ ἔτι nonnunquam abundare docet, sed falso. Significat *posthac*, *in posterum*.

55) et ἐφόσον coniunctim.

*quantum historiam nouimus.* Quum vero accusatiuus χρόνον subauditur, limitatiua temporis est vox ἐφ' ὅσον.[56] Quo modo intelligi potest apud Aristot. in VIII. Ethic.[57] ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ. *eatenus, quatenus*, vel *tamdiu, quamdiu*. Et in hoc sensu accepit Latinus interpres Euangelii secundum Matthaeum Cap. XXV.[58] ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Vbi latinus interpres: *quamdiu fecistis vni de fratribus meis, mihi fecistis.*

## Εφ' ᾧ.

ἐφ' ᾧ. Εφ' ᾧ, pro ἐπὶ τῷ, si ad nomen aliquod referatur, tunc ᾧ articulus est, vt apud Aristot.[59] *οἱ δὲ πέρδικες δύο ποιοῦνται τῶν ᾠῶν σηκούς. καὶ ἐφ' ᾧ μὲν ἡ θήλεια, ἐπὶ θατέρῳ δὲ ὁ ἄῤῥην ἐπῳάζει.* Et sic illud ᾧ vt articulus sumitur. Cum vero ad nullum nomen expressum refertur, *pactum* et *conditionem* designat. Quod etiam ἐφ' ᾧτε dicitur, πλεονασμῷ τοῦ τε, et varie construitur,[60] et minus quidem ab articuli natura recedit, quando infiniti vocibus coniungitur. Aristoph.[61] ἐφ' ᾧτ'

56) etiam εἰς ὅσον. et plena locutio est: ἐπὶ, s. εἰς τοσοῦτον χρόνον, ἐφ' s. εἰς ὅσον. cf. Lamb. Bos Ellips. p. m. 241. et Hoogeueen. ad Viger. Idiot. p. m. 453.

57) Opp. Tom. V. p. 339.

58) v. 40. ἐφ' ὅσον Superlatiuis praemissum significat, *quantum potest*, s. *quam fieri potest*. Vid. Hoogeueen. ad Viger. Idiotism. p. m. 99.

59) Hist. Anim. Lib. VI. Opp. Tom. III. p. 157.

60) Thom. Mag. ἐφ' ᾧ, ἀντὶ τοῦ διότι, εἰς παρῳχημένον. ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τῷ, εἰς ἀπαρέμφατον. καὶ ἀντὶ τοῦ, ἵνα, εἰς μέλλοντα.

61) Pluto, v. 1001. praecedit: hanc placentam nobis

ὧτ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι. Et [62]) ἐφ' ᾧτε μετέχειν αὐτὸς, i. e. ἐπὶ τῷ μετέχειν. Cum vero Indicatiui modi vocibus iungitur, tunc magis ab articuli natura recedit, praesertim si cum Subiunctiuo copuletur, vt apud Pausaniam in Laconicis: τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ μακρότατον ἀντισχοῦσιν, ἐποιήσατο ὁ Ἀντίγονος εἰρήνην, ἐφ' ᾧτε σφίσιν ἐπαγάγῃ Φρουρὰν ἐς τὸ μουσεῖον. Qui locus mendi suspectus est [63]). Exempla constructionis huius vocis cum Indicatiui vocibus, sexcenta sunt apud auctores. Thucydides: οἱ μὴ ἀπάραντες εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἀλλ' ἐμφιλοχωρήσαντες παρέδωκαν ἑαυτοὺς τοῖς Θετταλοῖς δουλεύειν. καθ' ὁμολογίας, ἐφ' ᾧτε οὔτε ἐξάξουσιν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας, οὔτε ἀποκτενοῦσι. Sic apud Pausaniam: ἐφ' ᾧτε βοηθήσειν. Idem Pausanias alibi, cum Praesente Indicatiui, mendose, vt opinor, Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος ἔπαυσε σφᾶς τῆς νόσου, ἐφ' ᾧτε αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς Βίας τῷ Ἀναξαγόρᾳ τὸ ἴσον ἔχουσιν. Mihi enim legendum videtur ἕξουσιν, in Futuro Indicatiui. Quo modo etiam ἐφ' ᾧ construitur apud Thucydidem: [64]) ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. Quod Aoristo indicatiui iunxit Synesius: [65]) καὶ τὸν ἥλιον εἶδεν ἐπὶ ῥητοῖς ἄνθρωπος, ἐφ' ᾧ Γεννάδιον ἔγραψεν. ἀντὶ τοῦ ἐγράψατο. i. e. *qui in tenebris carceris vinctus detinebatur, in lucem extractus est, pactis conditionibus: quare Gennadium detulit.* Quod planius de Futuro diceretur: *vt Gennadium deferret.* Quanquam Aoristus



bis insuper misit, ἐφ' ᾧτε, *ea lege, ne amplius illuc venirem.*

62) Pluto, v. 1142. ἐφ' ᾧτε, *eo consilio* sc. *faciebas, vt ipse partem acciperes.*

63) Budaeus Comment. gr. linguae p. 504. legendum suspicatur ἐπαγαγεῖν.

64) Lib. I. c. 113. p. 73.

65) Ep. 73. p. 221.

stus saepe videtur habere vim Futuri, praesertim si adsit vel intelligatur particula ἄν.

ἐφ' ὅτῳ. Dicitur et ἐφ' ὅτῳ, nam ὅτȣ et ὅτῳ, pro οὗ et ᾧ articuli vocibus accipiuntur [66]). Lucianus: ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Affert aliud exemplum Budaeus, [67]) ἐμὲ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ τȣ̃το ποιήσεις. Vbi, cum ὅτῳ articulus ad nomen μηδὲν referatur, suam natiuam habet constructionem, nec inter voces, extra propriam significationem et constructionem acceptas, quales in hoc commentario recensentur, collocandus est, vt in praefatione operis admonuimus.

ἐφ' οἷς. Εφ' οἷς etiam in hoc sensu inuenitur, vt apud Synesium: καὶ ἐφ' οἷς γὰρ Σεκȣ̃νδον εὖ ἐποίησας, ἡμᾶς ἐτίμησας. καὶ ἐφ' οἷς ȣ̃τω γράφων τιμᾷς, ἐξηρτήσω σαυτȣ̃ καὶ ἐποίησας εἶναι σȣ̃ς. i. e. *in eo, quod.* Quo in loco particula haec, cum ad nullum nomen referatur, aduerbialiter accipitur.

Εφ' ὃ etiam legitur apud Synesium, pro ἐφ' ᾧ, mendose, vt opinor. οἶμαι σȣ̃ τὴν θεσπεσίαν ψυχὴν ἐπ' αὐτὸ τȣ̃το καταπεμφθῆναι, ἐφ' ὃ κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώποις εἶναι. Vbi librarius, secutus casum praecedentis articuli, in eodem formauit ἐφ' ὃ, cum, meo iudicio, ἐφ' ᾧ legi debeat,

66) ἐφ' ὅτῳ, *qua in re.* hac formula saepe significatur *occasio* aut *facultas faciendi aliquid.* Demosth. pro Corona, Edit. Reisk. Vol. I. p. 242. ȣ̃τος ὑμῖν τοῖς προδιδȣ̃σι τὸ ἔχειν, ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε, περιποιεῖ. *conciliat vobis proditoribus facultatem, qua possitis referre munera.* cf. Viger. Idiotism. c. 2. §. 6. p. 21.

67) Comment. gr. l. p. 504. exemplum est e Demosthene: *non est, quod hoc in me committas.*

beat, quod et ἐπὶ τῷ dici poteſt, i. e. *ad hoc, vt* [68]).

## Ἕως, τέως.

Ἕως, aduerbium temporis, genitiuo nominum conſtruitur, vt ἕως ἑσπέρας, *vsque ad vesperam.* Verbalibus vocibus iunctum, respondet τῷ τέως, quod tamen plerumque ſupprimitur, ſubintelligendum. Nam ſi praeſenti Indicatiui modi iungitur, vt ſi dicas, ἕως εἰμὶ καὶ πνέω, ſupplendum eſt aliquid, quod futurum tempus reſpiciat, puta, τέως ποιήσω, vel, ὀυ ποιήσω, et tunc ſignificat *donec*, et *quoad.* Sic dictum eſt illud, ἕως ἐμπνεῖ τε καὶ δύναται, *quoad ſpirat et poteſt*: ſin paratatico iungatur, tunc conſequens, quod erit ſubintelligendum, praeteritum tempus reſpiciet, vt ἕως ἔζη, τέως τοῦτ' ἐποίησε, *donec viuebat*, i. e. *quamdiu vixit, tamdiu id egit.* Poteſt et Aoriſti vocibus iungi hoc modo: πολλὴν χάριν οἶδα τοῖς ἀνέμοις, οἳ τέως, vel ἐπὶ τοσοῦτον ἔπνευσαν, ἕως τὸν πλοῦν διήνυσα. Quarum locutionum conſequens praeteritum itidem requirit. Sic τέως παρέμεινεν, ἕως ἐξέγραψα. Praeterito perfecto, nec non plusquamperfecto, non ſatis probe iungitur: cum futuro commode copulatur, vt μεῖνον, ἕως γράψω, quod tamen per aoriſtum coniunctiui, addito ἂν, commodius dicitur ἕως ἂν γράψω, *donec ſcribam.* Iungitur et ſine ἂν coniunctiuo modo, vt apud Syneſium: ἀλλ' ἡμῖν γε τοῖς ἀνθρώποις οὔπω καθαρὸς, ἕως ἀναπολόγητος ῇς, i. e. *quamdiu.* Nam et



68) Promiſcue Graecis dici ἐφ' ᾧ, et ἐφ' ᾧ, pro *quare, cuius rei cauſa*, exemplis docent Elsnerus Obſeru. Sacr. Tom. I. p. 121. Raphel. in Annotatt. phil. in N. T. e Xenoph. p. 60. ſeq.

et coniunctiuus modus ταῖς ἀοριστολογίαις conuenit, et vim particulae ἂν in se continet, cum de futuro loquimur: secus, si de praeterito, vt de praeterito. Nam et de re praeterita, vt de futura loquimur, ad tempus, quod nondum aduenerat in actu, respicientes. Et sic dictum est apud Synesium: δύο ἐφεξῆς ἐπιμείναντες ἡμέρας, ἕως ἀφυβρίσῃ τὸ πέλαγος. *dum pelagus desaeuiret.* Vbi si in forma rei praeteritae loqueretur, ἕως ἀφύβρισε dixisset. Sed posito tempore, quo manere statuerat, recte per coniunctiuum locutus est [69]).

## CAPVT XI.

## DE PARTICVLA ἤ in variis formis, et compositis ἦπου, et aliis quibusdam.

1. Ἧι, in forma datiui singularis, articuli relatiui, feminini generis, ἀντὶ τοῦ ὡς ponitur. Plato 2. de

69) Atticis pro ἕως vsurpari nonnunquam ἀεὶ, notat Harpocration in V. ἀεὶ. At Mausacus in nota subtexta, nunquam, ait, ita simpliciter ἀεὶ, pro ἕως poni, sed semper particulam δεῦρο comitem habere. Affert exempli causa Aeschyli versum ex Eumenidibus 599. κἀν δεῦρό γ' αἰεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι. *adhuc saltem de fortuna mea non conqueror.* Ad quem locum Schol. δεῦρο αἰεὶ exponit ἕως δεῦρο, *vsque adhuc.* addit, τὸ ἀεὶ, ἐπὶ τοῦ ἕως, τάττουσιν Ἀττικοὶ πολλάκις. Hesychius: ἀεὶ, ἀντὶ τοῦ ἕως. Alia loca ex Euripide et Aristophane collegit Guilielm. Canterus ad Aeschyl. l. c.

Quod attinet ad τὸ τέως, Aelius Herodianus in Philetaero p. 434. Edit. Pierson. haec habet: τὸ δὲ τέως σημαίνει

de Republ. μηδαμῶς ἀποκάμῃς, ᾗ σοι δοκεῖ διεξιών. *tuo arbitratu differens, sic vt tibi fuerit visum.* In quo Platonis exemplo, iuxta articuli naturam, datiuum nominis ὁδὸς refert, ac si dixisset: ᾗ σοι δοκεῖ ὁδῷ διεξιών. Quod tamen verbum ab itinere ad sermonem translatum est [70]). Sed saepe pro ὡς simpliciter accipitur. Sic Gaza ex Cicerone, ᾗ μάλιστα δυνατὸν, *quam maxime possumus*, vertit [71]).

Apud Aristotelem saepe *limitatiuum* est, pro *qua*, h. e. *ut*, et *quatenus*, positum est: δύναμις λέγεται, ἡ μὲν ἀρχὴ κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἐν ἑτέρῳ ἢ ᾗ ἕτερον. *vt in alio*, vel, *qua est aliud*, et *ea ratione, qua aliud est* [72]). Sic in VIII. Ethic. [73]) οἵτε δὴ διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν στέργουσι. καὶ οἱ δι' ἡδονὴν, διὰ τὸ αὐτοῖς ἡδύ. καὶ οὐχ ᾗ ὁ φιλούμενός ἐστιν, ἀλλ' ᾗ ὁ χρήσιμος ἢ ἡδύς. Quod etiam vox καθὰ praestat, quae

 vox

μαίνει τὸ μέχρι, καὶ πρότου, καὶ ἕως, καὶ ἐν τοσούτῳ. εἰ δέ ποτε εἴποις ἐν τῷ τέως ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος, προσθήσεις τῷ χρόνῳ. ἔστι γὰρ ἐν τῷ πρότου χρόνῳ.

70) cf. Lamb. Bos Ellips. p. m. 145.

71) etiam hic nomen ὁδὸς subintelligitur. Formula plena est: ᾗ ὁδῷ μάλιστα δυνατόν ἐστι. *qua via, vel ratione maxime fieri potest.* τὸ ᾗ etiam cum Substantiuo iungi pro ὡς, notat Hoogeueen. ad Viger. Idiotism. c. 2. p. m. 22. n. 34. Illud autem Substantiuum aduerbiascit, subintellecto κατά. Plutarchi locum ab Hoogeueeno allatum explanamus sic: ᾗ (ὁδῷ κατὰ) τάχος (δυνατὸν ἂν εἴη) ἐκέλευσαν χωρεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα *qua via quam celerrime fieri possit, ad virum properare iusserunt.*

72) hic locus est e lib. IV. Metaphys. Opp. Tom. IV. p. 445.

73) Opp. Tom. V. p. 338.

vox ad nomen *μέρος* refertur, et ſic particula ᾗ in ſenſu limitatiuo, *καθ' ὃ μέρος* ſignificat. [74]).

ἢ, quare. Habet etiam vim illatiuam particula haec, et ſignificat *quare* et *quocirca*, vt apud Ariſtotelem in I. Politic. [75]) *ἢ καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἐστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική.* Et in III. [76]) *ἢ καὶ φανερὸν, ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει.* i. e. *quare*, vel *quapropter perſpicuum eſt.*

ᾗ-ταύτῃ, Reſpondet etiam τῷ *ταύτῃ* particula haec: quae voces ſimul poſitae, *eatenus*, *quatenus*, vel, *eo*, *quo* ſignificant in ſenſu limitatiuo. Gaza in translatione libri de Senectute: *ταύτῃ μακαριώτερος, ᾗ ἀξίωμα μὲν μεῖζον, πόνον δ' εἶχεν ἐλάσσω.* Quod Cicero: *hoc beatior, quo auctoritatis habebat plus, laboris minus.* Accipiuntur etiam voces hae ſimul poſitae pro *οὕτως—ὡς*, vt apud Ariſtot. *ᾗπερ ἡ τοῦ ὑγροῦ, ταύτῃ καὶ ἡ τῆς γονῆς γίνεται ἀπόκρισις.* Vbi praecedit vox *ᾗ*, quae *ἀντὶ τοῦ, ὡς, ὁμοιωματικοῦ* ponitur, cui reſpondet *τὸ ταύτῃ, ἀντὶ τοῦ, οὕτως, ἀνταποδοτικοῦ.* Qui tamen ordo non eſt perpetuus. Significant etiam idem, quod *τόσον — ὅσον.* ut Gaza ex libro de Senectute: *τί γὰρ ἀτοπώτερον τοῦ, ταύτῃ πλείω ζητεῖν ἐφόδια, ᾗ ἐλάσσων ὁδὸς καταλείπεται.* Quod Cicero dixit: *quo vitae reſtat minus, eo plus viatici quaerere.* Ex quibus exemplis varia ratio has voces collocandi perſpicitur.

ἤ.

74) eſt potius ſubintelligenda praepoſitio ἐν, cum Subſtantiuo μερίς, ſic ἐν ᾗ μερίδι, Hoc autem idem eſt, quod καθ' ὃ μέρος. cf. Lamb. Bos Ellipſ. in V. μερὶς et μέρος.

75) Opp. Tom. V. p. 428.

76) Opp. Tom. V. p. 486. Schol. Thucyd. I. 25. ἢ ἀντὶ τοῦ διό.

## ἤ.

Ἤ, disiunctiua coniunctio, [77]) κατὰ ψιλῆς καὶ ὀξείας scribitur. Quae particula, propter sermonis defectum, saepe εἰ δὲ μὴ vocis sensum refert, et tam affirmatiuarum, quam negatiuarum propositionum probationibus conuenit. Et affirmatiuas quidem probans, οὐ negationem habet subsequentem, vt in Phaedro Platonis: [78]) πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. Vbi ἢ cum subsequente negatiua, pro εἰ δὲ μὴ accipitur: *quod si non ita esset, sequeretur* etc. Sic apud Aristophan. in Pluto: [79]) κὴν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται, ἢ φησὶν οὐ βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον. Cum autem negatiuam probamus, ἢ particula sola, sine negatione, vtimur, vt in primo ἀπομνημ. Xenoph. [80]) ἀλλὰ μὴν ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον, ἢ εὐθὺς ἐλεγχθήσεται γελοῖος ὤν. Vbi ἢ particula pro εἰ δὲ, et verbo repetendo accipitur hoc modo: εἰ δὲ λάβοι ἔργον, i.e. *quod si opus capessat.* Retinet autem quodam modo disiunctiuam naturam in hac etiam significatione. Duo namque

77) Etiam ἢ aduerbium comparationis propter insolentiorem vsum hic notari meretur, quod saepe post comparatiuum pleonastice ponitur, sequente genitiuo. Atque interpretibus saepe offensioni fuit. v. c. locus Thucyd. VIII. c. 94. quem attulit Gregorius de Dial. §. 38. ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου, μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων. ad quem locum vid. Duker. cf. etiam Doruill. ad Charit. p. 494. it. Obseru. Misc. III. p. 429. Gisb. Koen ad Gregorium suum cum hoc comparat illud Virgilii Aen. IV. 502. *grauiora timet, quam morte Sichaei.*

78) p. 249. cf. Wass. ad Thucyd. I. 78.

79) v. 196. seq.

80) c. 7. §. 2.

que proponuntur, quorum alterum subticetur. Sic in Pluto Aristoph. [81]) ἀναγκάσαι δίκαιόν ἐστι, τὸν εὖ παθόνθ' ὑπ' ἐμοῦ πάλιν μ' ἀντευποιεῖν. ἢ μηδ' ὁτιοῦν δίκαιον ἀγαθόν ἐστ' ἔχειν. Est enim sensus: *aut cogendus est mihi, vicissim benefacere, aut nullo beneficio afficiendus.* Sic vbique particulae disiunctiuus sensus in hac significatione seruari potest. Porro, quod apud Aristoph. [82]) legitur, οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ'. ἢ τί γ' ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι. ibi particula ἢ pro εἰ δὲ μὴ accipitur. Nam negatio praecedens in illis verbis οὐκ ἂν φθάνοιτον affirmationi aequiualet. Locutio enim οὐκ ἂν φθάνοις τοῦτο ποιῶν, *mox*, vel *iamiam hoc facies*, vel *hoc tibi accidet*, significat.

Eodem modo ἢ particula accipitur apud Platonem in Apolog. [83]) οὗτοι δὲ τάχ' ἄν, οὓς ἄρτι ἔλεγον, μείζω τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον σοφίαν σοφοὶ εἶεν. ἢ οὐκ ἔχω, ὅ, τι λέγω.

ἦ, in interrogatione.

Inuenitur etiam ἦ, ὀξύτονον, in interrogatione, cuius pars quaedam reticetur, vel implicite in quibusdam praecedentibus continetur, vt apud Xenoph. II. ἀπομνημ. [84]) ἢ λανθάνουσί σε οἱ, ἄλλων σπειράντων καὶ φυτευσάντων, τόν τε σῖτον τέμνοντες καὶ δενδροκοποῦντες. Vbi pars interrogationis subticetur. Subauditur enim οἶδα, vel tale quid oppositum verbo λανθάνειν. Et in hoc sensu quamuis quodammodo disiunctiuam vim habeat,

81) v. 1029. seq.

82) v. 485. seq. sed h. l. ἢ interrogationem regit, vt paulo post in loco Xenophontis. Atque omnino ad h. l. Hemsterh. consulendus est.

83) c. 5.

84) cap. I. §. 13.

beat, non tamen ad impossibile, vel absurdum aliquod deducit [85]). Atque ita patet, hunc interrogandi modum non parum a superiore illo differre: illo, inquam, apud Aristophanem: ἤ τί γ' ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν, qui in enunciationem conuertendus est.

Disiunctiuum etiam ἢ in priore membro diuisionis subticetur, vt apud Galenum in Epitome pulsuum: ἡ γάρ τοι χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως αὐξανομένη, μέχρι μὲν ἂν ἱκανὸν αὐτῇ τὸ μέγεθος τῆς διαςολῆς ᾖ, ὐδὲν ὅλως εἰς αἰσθητὸν τάχος ἀλλοιοῖ τὴν κίνησιν, ἢ παντάπασιν εὔλογον. Vbi vel priori illi membro ὐδὲν ὅλως particula ἢ disiunctiua praeponenda est, vt sit, ἢ ὐδὲν ὅλως etc. vel certe illud posterius ἢ, pro εἰ δὲ, vel ἀλλ' ἢ exceptiuo accipitur.

Prae se fert autem particula haec vim disiunctiuam in huiusmodi locutionibus, in quibus subticetur alterum ἢ, antecedenti applicandum. Praeponuntur enim duo quaedam, quorum si quis alterum neget, alterum concedat necesse est. Quae argumentandi ratio, deductioni ad absurdum persimilis est, et ad conditionalium argumentorum formam reducitur. Praeponenda itaque est altera disiunctiua in antecedenti omnium supradictorum exemplorum, puta in Platonis illo: ἢ πᾶσα ἀνθρώπυ ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ ὐκ ἂν ἦλθεν. i. e. *aut concedendum est, animam humanam entia omnia perspexisse, aut non ipsam venisse. Quod si detur, ipsam venisse, perspexisse quoque entia omnia conce-* ἢ ellipticum.

85) facit h. l. ἢ subitam conuersionem rectae orationis in obliquam vt in superiore Aristophanis loco.

*concedendum est.* Xenophontis quoque illud: ἀλλὰ μὴν ἤτοι ἔργον γε ὀυδαμȣ̃ λυπ7ιον, ἢ ἐυθὺς ἐλεγχθήσεται γελοῖος ὤν. Et illud Aristoph. ἢ ȣ̓κ ἀνῳ̃Φθάνοιτον τȣ̃το πράτ7οντ', ἢ ȣ̓δὲν ἂν ἔχοι τις δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι. Conuertendum enim est interrogatiuum consequens in enunciatiuum. Et rursus Platonis alterum: ἢ μείζω τινὰ σοφίαν σοφοὶ εἶεν, ἢ ȣ̓κ ἔχω τὶ λέγω [86]).

## ἦ.

1. Ἦ, μετὰ ψιλῆς καὶ περισπωμένης, *interrogandi* vim habet. Plato I. de Republ. [87]) ἦ ὀρθῶς σοι δοκῶ ἂν εἰπεῖν ȣ̃τω λέγων, ἢ ȣ̓; ὀρθῶς ἔΦη. Sic apud Euripidem in Hippolyto [88]) inducitur Hippolytus dicens: ὄλωλα, καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας. ad quae Theseus: ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν Φρένα; i. e. *nunquid pollutum me relinquis?* ad quae Hippolytus: ȣ̓ δῆτ'.

Huic particulae adiungitur πȣ, ἀοριστολογικὸν, vel παραπληρωματικὸν, et fit ἦπȣ, quod non

86) cf. Viger. Idiotism. c. 7. sect. 7. § 2. 3. vbi τῷ ἢ etiam γὰρ addi docet exemplo Lysiae, πρὸς Σίμωνα ἀπολογία. Sed in Stephani Oratt. vett. p. 100. pro γὰρ legitur γ' ἄν. ἢ πολλȣ̀ς γ' ἂν ἐξήλασαν. *alioqui multos damnauissent exilio.*

ἢ ȣ̓ post μᾶλλον, pro ἀλλὰ, obseruat. Schol. ad Thucyd. II. 62. ȣ̓δ' εἰκὸς χαλεπῶς Φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ ȣ̓ κήπιον — ὀλιγωρῆσαι. *non aegre ferendum, sed parui habendum est.* Sic ȣ̓ post ἢ abundare, idem Schol. docet ad Thucyd. III. 36 et ibi Dukerus alia collegit exempla.

Nonnunquam etiam τὸ μᾶλλον ante ἤπερ subintelligendum est. Aristoph. in Vespis v. 1262. πεινῇ γὰρ (μᾶλλον) ἤπερ Ἀντιφῶν. *Esurit magis, quam Antiphon.*

87) p. 376.

88) v. 1444. seq.

non solum *affirmatiuum*, sed etiam *interrogatiuum* est, de quibus infra.

Quod autem apud Aristophanem legitur, [89]) ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τοιχωρύχων. τὸ ἦ, non tam interrogatiuum, quam affirmatiuum videtur. Cum enim *queratur quidam, se propter Pluti illuminationem perditum esse*, alter argumentatur: *illum esse improbum. Quia scilicet Plutus non nisi improbos homines perdat; ille autem se perditum a Pluto profiteatur, sequi, vt improbus sit.* Quae conclusio non interrogatione petenda, sed illatione adstruenda est. Apud eundem in eadem fabula legitur,[90]) ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον. Vbi apparet, ἦ particulam, affirmandi vim habere, ipsique μὴν particulam, affirmatiue acceptam, ἐκ παραλλήλȣ apponi. Apud Homerum etiam affirmatiuum est in illis carminibus: [91]) ἦ δὴ λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται. et alibi: [92]) ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίȣ ἄλκιμος υἱός. In hac etiam significatione πȣ particula τῷ ἦ apponitur, et fit ἦπȣ, asseuerandi nota, de qua mox dicendum.

## ἦ πȣ.

Ex accentu vocis ἦπȣ patet, ipsam non esse vocem compositam, sed πȣ, ἀοριστολογικῶς, vel etiam στοχαστικῶς, vel aliter acceptum, ἦ affirmatiuo, per appositionem sociari. Cum autem particulae ἦπȣ.

89) in Pluto v. 870. vbi Schol. Cod. Doruill. ἦ exponit ὄντως ἄρα. Sic in Nub. v. 167. ἦ ῥαδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην. *facile profecto absoluetur reus*,

90) in Pluto v. 608. etiam hic Schol. Doruill. ἦ μὴν exponit ὄντως δή.

91) Il. α. v. 518.

92) Il. ϱ. v. 12.

ticulae ἢ duplex sit significatio, vt proxime dictum est, ἤπȣ itidem vocis, quae ex ipsa constat, vis duplex erit. Nam aut *interrogationis* erit, aut *asseuerationis* nota. Exemplum interrogationis est apud Aristoph. in Pluto: [93]) τί δ' ἐςίν; ἤπȣ καὶ σὺ συκοφάντρια ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; ad quae respondet anus: μὰ Δί', ἐγὼ μὲν ȣ̓. In quibus verba τί δ' ἐςὶν; quae interrogatiuum sensum habent, interrogatiue etiam particulam ἤπȣ accipi, manifeste declarant. Similiter in Nebulis: [94]) ἤπȣ legitur interrogatiue, interruptum τὶ nominis interpositione: τίς ȣ̓τοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; ἤ τί πȣ τῶν Καρκίνȣ τις δαιμόνων ἐφθέγξατο; *quisnam est hic, qui luget? numquid Carcini Poetae daemonum quispiam locutus est?* Quam quidem interrogandi significationem cum Budaeus [95]) quoque tribuat ἤπȣ particulae: exempla tamen, quae ad hoc indicandum affert, aptius aliter, quam vt ipse interpretatur, sonare videntur, vt mox declarabitur. Ea sunt ex libro X. Platonis de Republ. [96]) μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν, ὅτι ποτ' ἐςὶν; ȣ̓δὲ γάρτοι αὐτὸς πάνυ ξυννοῶ, τί βȣ́λεται εἶναι. ἤπȣ ἄρ' ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω. i. e. vt idem Budaeus interpretatur: *vtrum igitur ego intelligam, cum tu non percipias?* Aliud exemplum affert ex Antiphonte, [97]) ad probandam vim interrogatiuam ἤπȣ particulae: ὅπȣ δὲ καὶ τȣ̃ λόγȣ ἠξίȣν

93) v. 971. *quid est? tune Sycophantria etiam inter mulieres fuisti?* An. *minime vero.*

94) v. 1263. f.

95) Comment. gr. I, p. 488.

96) non longe ab initio, p. 463.

97) Nuspiam apud Antiphontem hunc locum diligenter a me inuestigatum deprehendi. Deuarius autem, vt saepe, Budaeum memoria

ἠξίȣν τιμωρίαν λαμβάνειν, ἦπȣ τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις, ȣ̓ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν; In quo exemplo docet, ἦπȣ ȣ̓ voces *vtrum ne* significare.

Porro affirmatiuam quoque significationem vocis ἦπȣ agnoscit Budaeus, [98]) qui ἦπȣ pro *nimirum*, *vtique* et *profecto* accipi docet, afferens aliud exemplum ex Demosthene κατὰ Ἀριςοκράτȣς. [99]) εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων, τοσάυτη σπȣδὴ γίνεται, ἦπȣ περί γε τȣ̃ μήτε ἑαλωκότος, μήτε κατεγνωσμένȣ, πάνδεινον γράφειν, etc. i. e. vt ipse interpretatur: *longe vtique grauissimum est, de homine, nec damnato nec conuicto, huiusmodi legem ferre.* Post quae, quasi ex alio principio docet, ἦπȣ et ἦπȣ γε, *multo magis* significare, ad hancque significationem accedere proxime citatum exemplum.

Docet praeterea, particulam ἦπȣ significare *multo minus*, et τῷ ὅπȣ subiungi, afferens exempla ex Plutarcho et Athenaeo. Quasi vero in exemplis, quae supra adduxerat, ad probandam particulae ἦπȣ interrogatiuam et affirmatiuam significationem, non ad eundem hunc sensum reducatur. Nam in eo, quod ex X. Platonis de republ. affert, τὸ ἦπȣ non interrogatiue, sed affirmatiue, *in sensu ironico*, pro *multo minus* accipitur.

moria falsum, bona fide exscripsit.

98) Comment. gr. I. p. 488. cf. Viger. Idiotism. c.7. Sect. 7. §. 7. 8. vbi docet, ἦπȣ et initio periodi et media periodo affirmantis particulam esse.

99) p.440. A.Edit. Reisk. Vol. I. p.646.

cipitur. Semper enim particula haec, cum pro *multo minus* aut *multo magis* accipitur, affirmatiue, non interrogatiue vſurpatur. Nam, cum interrogatio ex dubitatione proueniat, non poteſt eadem in affirmationem conuerti. Notandum autem, quando pro *multo magis* accipitur, directe et ſimpliciter affirmatiuam vim obtinere: *multo minus* autem, non niſi ironice ſignificare poſſe. Vt in propoſito Platonis loco Lib. X. de Republ. vbi inducitur Socrates, interrogans eum, quocum disputat, *quidnam ſit imitatio? ſe enim non ſatis percipere, quidnam ſit.* Ad quae ille: ἦπου ἄρ', ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω. i. e. *nempe ergo, inquit, ego percipiam.* Ex quibus verbis colligit, *ſe multo id minus percipere poſſe.* Eſt enim integrum argumentum: *ſi tu, o Socrates, non percipis*, vel, *cum tu non percipias, multo minus ego percipiam, quidnam ſit imitatio.* Non igitur interrogatiue, ſed affirmatiue accipitur ἦπου particula, in ironico tamen ſenſu, vt *multo minus* ſignificet. Nam *directe* et ſimpliciter pro *multo magis* ſemper accipitur, vt in illo exemplo Demoſth. εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται, ὅπως λόγου καὶ κρίσεως τεύξωνται, ἦπου περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος, μήτε ἐγνωσμένου, πότερον δέδρακεν ἢ οὔ, πάνδεινον γράφειν ὡς ἐκδοτέος ἐστίν. i. e. *ſi enim de homicidis iam damnatis tantum ſtudium adhibitum fuit, vt cauſae dicendae poteſtas illis data ſit: vtique grauiſſimum eſſet, de homine nondum conuicto, huiusmodi legem ferre.* Conſequentis huius ſenſus eſt: *multo maius adhibendum ſtudium, vt, qui nondum conuictus eſt, dicendi cauſam impetret poteſtatem.* Apertius apparet, particulam hanc pro *multo magis* accipi in loco illo Iſocratis: [1]) ὅπου γὰρ Ἀθηνόδω-

1) de Pace, p. 318. hic particula ἦπου reſpondet prae-

νόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν ἰδιώτης ὢν, ὁ δὲ φυγὰς, οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν. ἤπȣ βȣληθέντες ἡμεῖς, πολλȣ̀ς ἂν τόπȣς τοιȣ́τȣς δυνηθείημεν κατασχεῖν. i. e. *si enim Athenodorus et Callistratus, hic priuatus, ille exul, vrbes condere potuerunt: multo magis nos huiusmodi loca obtinere possemus.* Cum igitur in consequentiis, quas vocant, ἤπȣ particula adhibetur, semper secundum affirmatiuam sui significationem accipitur. Quae si *a minori ad maius* fiant, ἤπȣ directe et pure *multo magis* significat. Contra, si *a maiori* ad minus fiant consequentiae, tunc ἤπȣ pro *multo minus* accipitur: *ironice* tamen semper, vt supra dictum est. Affirmatiuae enim locutiones euadunt, si ironice proferantur, negatiuae. Et hinc fit, vt ἤπȣ particulae, propter modum pronuntiandi, negatiuum sensum tribuamus, et pro *multo minus* accipiamus, vt dictum est. Contra negatiuae locutiones, ironice prolatae, affirmatiuae accipiuntur. Et inde quoque fit, vt ἤπȣ particula, cum negatio ipsi subiicitur, affirmatiuum sensum retineat, et simul cum negatione pro *multo magis* accipiatur, vt in exemplo Antiphontis: ὅπȣ δὲ καὶ τȣ͂ λόγȣ ἠξίȣν τιμωρίαν λαμβάνειν, ἤπȣ τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις ȣ̓ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν. In quo exemplo si deesset ȣ̓ negatio, ἤπȣ in sua directa significatione pro *multo magis* acciperetur: si autem negationem recte adesse, non mendose adscribi fateamur, cogemur vtique totum consequens praedicti exempli ironice pronuntiare, hoc modo: *Enimuero non magnis suppliciis affecissent eum, qui re ipsa ciuitatem hostibus prodidisset.*



praecedenti ἤπȣ. cf. Viger. Idiotism. c. 7. sect. 7. §. 10.

*dissset.* Praeterea cum in antecedente consequentiarum plerumque praecedat *εἰ* conditionalis, vel *ὅπου* aduerbium loci, pro *ὁπηνίκα*, temporis aduerbio acceptum, vt apud latinos *quando*; hinc fit, vt interdum, cum huiusmodi signa desint, antecedensque consequentiae supprimatur, vel sub alia forma loquendi implicite contineatur, lateat vis argumentationis *ἧπου*, quae particula in sua pura significatione affirmatiua remanere videatur. Vt in loco Platonis χ. de Republ. vbi Socrates: *μίμησιν ὅλως ἔχοις ἂν μοι εἰπεῖν, ὅ τι ποτ' ἐστὶν, οὐ δὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ ξυννοῶ.* ad quae is, qui cum eo disputat: *ἧπου ἄρ', ἔφη, ἐγώ.* Continetur enim in extremis his verbis huiusmodi consequentiae: *Si tu, o Socrates, non intelligis, quidnam sit imitatio, multo minus ego intelligam.* Sic etiam in exemplo, quod affert Budaeus ex Plutarcho, in politicis praeceptis; cum antecedens in alia forma loquendi sine conditionali proferatur, supprimitur argumentationis modus. Vbi, cum auctor *de quibusdam agendis homini politico* dissseruisset, adiungit: *οὐ τοίνυν οὐ δὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως. ἧπου τῶν περὶ τὸν βίον καὶ τὸ ἦθος ἀμελητέον.* Quorum verborum sensus est: *si haec,* supradicta videlicet, *non negligenter curanda sunt, certe multo minus negligenda sunt, quae ad vitam pertinent.*

In quibusdam etiam locutionibus *ἧπου* particula, *nedum* significare videtur, quod tamen in *multo minus* reducitur, vt recte sensit Budaeus. Vt apud Athenaeum Libro X. [2]) *ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἧπου γε καὶ ἐρώμενον*

2) est Lib. XI. c. 15. p. 505. extr. Edit. Casaub.

*μένον αὐτȣ̃ γεγονέναι*, i. e. *fieri non poteſt, vt Phaedrus aetate Socratis natus fuerit, nedum vt amaſius eius fuerit.* Quae ſententia in argumenti formam reducitur hoc modo: *ſi Phaedrum ne aetate quidem Socratis natum eſſe dici poteſt, multo minus ipſius amaſium fuiſſe dicendum eſt.* Negato enim toto, negantur ſingulae partes. In epiſtola etiam Iuliani ad Iamblichum [3]) ἤπȣ pro *nedum* accipitur, vt idem ſenſit Budaeus. Exemplum eſt: ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς, τῷ γράμματι πειθομένȣς τῷ Δελφικῷ, γινώσκειν ἑαυτȣ̀ς, καὶ μὴ τολμᾶν ἀνδρὸς ἀκοαῖς τοσȣ́τȣ καταθαρσεῖν. ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερὲς, ἤπȣ τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν κινȣ̃ντι πρὸς τὸ ἴσον ἐλθεῖν, i. e. *nedum mouenti concentum doctiſſimum.* Cuius argumenti vis ſi explicetur, ἤπȣ *multo magis* ſignificare apparebit. Eſt enim ſenſus: *Si verba facere coram tali viro difficile eſt, cuius vel ſolus adſpectus reuerentiam affert; multo magis difficile erit, ſeſe eidem opponere loquenti.* Vbi ἤπȣ etiam *multo minus* ſignificabit, ſi conuertatur antecedens ex affirmatiuo in negatiuum, hoc modo: *ſi coram tali viro verba facere non facile eſt, multo minus illi ſeſe opponere facile erit.* Ea enim eſt natura argumentationum huiusmodi, vt, ſi prior pars affirmetur, affirmetur etiam poſterior. Atque ita ἤπȣ particula, in hisce argumentationibus recepta, modo *multo magis*, modo *multo minus* ſignificabit, non ſolum iuxta realem argumentandi rationem, (in qua, ſi id, quod minus videtur ineſſe, ponatur, id etiam ponitur, quod magis videtur: et contra, ſi id, quod magis videtur ineſſe, negetur, id quoque negatur, quod minus videtur,), ſed etiam iuxta con-



3) Epiſtolarum XLI. ab initio. Opp. p. 420.

conuersionem locutionum ex affirmatiuis in negatiuas, et contra, sensus particulae ἤπȣ mutatur, vt proxime ostensum est in Iuliani supradicto exemplo.

Accipitur etiam pro *simplici assertione* vox ἦπȣ, et tunc particula πȣ, aut ἀοριστολογικὴ erit, aut παραπληρωματική. Vt παραπληρωματικὴ, vel certe τοπικὴ ἀοριστολογικῶς accipitur in carminibus illis Iuliani: [4]) Ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν. ἦπȣ ἀπ' ἄλλης χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρȣ́ρης. Et sic ἦ erit assertiuum. Quodsi ἦ interrogatiuum sit, ἦπȣ vox *nunquid* significabit, et πȣ particula παραπληρωματικὴ erit. Nec obstat, quod omnia, quae sequuntur, assertiue proferantur: Ἄγριοι, ȣ̓δ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται, Ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης, Νέρθεν εὐτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει, etc. Vsu enim venit, vt ex interrogatione in narrationem transeatur, et contra. Aduerbium τάχα, στοχαστικὸν, etiam aduersatur sensui assertiuo. Nec enim simul asserere et dubitare possumus, hoc modo: *Enimuero fortasse ab alia quapiam terra ortum illae arundines habuere* [5]).



4) quae reperiuntur in Anthologia H. Stephani Lib. Epigrammatum I. p. 118.

5) Additur τῷ ἤπȣ interdum etiam σχολῇ γε, ita, vt aut abundet σχολῇ, aut ἤπȣ affirmet, significetque *profecto*. Budaeus Comment. gr. I. p. 489. affert exemplum ex Andocide, de Mysteriis, in Steph. Oratt. vett. parte altera p. 12. ὅπȣ τοίνυν αὐτοῖς τριάκοντα ἤμυντε μὴ μνησικακήσειν, τοῖς μεγίστοις κακῶν αἰτίοις, εἰ διδοῖεν εὐθύνας. ἦπȣ σχολῇγε τῶν ἄλλων πολιτῶν τινι ἠξιȣ̃τε μνησικακεῖν. *multo minus recordari volebatis*. cf. Viger. Idiotism. c. 7. Sect. 7. §. 13.

## ἤ πȣ.

Ἤπȣ, tametsi sub prioris particulae accentu acuto profertur, non tamen vt vnica vox παροξύτονος dicenda est: nam duae sunt voces, quarum posterior, πȣ videlicet ἐγκλιτικὸν, cum accentu careat, praecedentis grauem, in acutum conuertit. In qua voce τὸ ἤ, modo *disiunctiuum* est, modo *selectiuum*. Itidem πȣ modo ςοχαςικῶς accipitur, modo βεβαιωτικῶς, vel certe παραπληρωματικῶς. Plato in Phaedro: [6]) δῆλον δὲ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤπȣ Σαπφȣ̃ς τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τȣ̃ σοφȣ̃, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. In quo exemplo, quamuis loco ἤτοι *disiunctiue* ponatur, tamen πȣ, non βεβαιωτικῶς, aut παραπληρωματικῶς, vt τοι, in ἤτοι sed ςοχαςικῶς meo iudicio accipitur. Cum autem ἤπȣ *selectiue* accipitur, tunc πȣ particula vacare videtur, quemadmodum περ in ἤπερ, vt apud Platonem in IV. de Legibus: ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιςα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤπȣ τις, ὥς φασιν, ἀνθρώπων. i. e. *ac multo magis, quam quisquam hominum.* ἤπȣ

## ἦ γάρ.

Ἦ γὰρ, *interrogatiue* accipitur, et ex ἦ et γὰρ particulis, quarum vtraque interrogationibus seruit, constituitur. Collocatur autem vox ἦ γὰρ in extrema non solum interrogationis parte, sed etiam propositionis et illationis; quae non potest per se sumi, sed indiget aduersarii consensu, ad extorquendum ipsius aduersarii assensum, vel certe respon- ἦ γάρ.



6) p. 198.

responsionem aliquam, vt apud Lucianum: ἐνδέχεται μέντοι καὶ κατὰ τύχην τινὰ ἀληθεῦσαι. ἦ γὰρ, *nonne?* pro quo alibi ἢ τί φής dixit. Interrogamus autem dupliciter particulae huius adminiculo. Etenim aut alteram partem contradictionis determinate extorquere nitimur ab aduersario; vt Plato Gorg. 7) οὐκοῦν ἤν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, οὗτος δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ, ἦ γάρ; Πω. ναί. aut vtramlibet: vt apud eundem ibidem Socrates, quaesitis rebus quibusdam subiicit: ἦ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ πῶλε, ἢ οὔ;

## ἦ γάρ ἄν.

ἦ γάρ ἄν. Η γάρ ἄν, constat ex ἦ et γάρ et ἄν, non ex ἦ γὰρ et ἄν. Nam ἦ γὰρ. vt dictum est, *interrogandi* vox est. In hoc vero aggregato non *interrogandi*, sed *asseuerandi* signum est. Accipitur enim ἦ γάρ ἄν pro *alioqui*, quam significationem huic voci tribuit γὰρ particula: quae per se quoque hoc idem praestat, vt suo loco dictum est. Et sic ἦ particula affirmat tantum, ἂν vero verbo, in singulis clausulis posito, tribuitur. Vt in illo primo Iliad. 8) ἦ γάρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο. In distributione vocum ἂν sequitur verbum λωβήσαιο ἄν, et ἦ pro *nempe* et *vtique* accipitur. Sic apud Chrysostomum: 9) ἦ γάρ ἂν

7) p. 311.

8) v. 232. *nam profecto Atride*, (sc. si, quorum tu imperium vsurpas, vlla esset virtus) *nunc postremam hanc iniuriam intulisses.*

9) de Prouidentia 2. Hunc locum habet etiam Viger. Idiotism. c. 7. Sect. 7. §. 6. ad quem locum Hoogeuenus simplicius esse ait, si cuique harum particularum suam tribuamus significationem sic, vt τὸ ἦ affirmet,

ἂν ὑποπτεύσαντες ἔφυγον. Vbi etiam particula ἂν verbo ἔφυγον applicatur, estque ἢ γὰρ ἔφυγον ἂν, pro ἔφυγον γὰρ ἂν, i. e. *alioqui fugissent*. In quo exemplo particula ἂν actum tollit verbi ἔφυγον, et ad potentiam reducit, vt fusius dictum est supra cap.3. vbi de ἂν particula agitur.

## ἤδη.

Ἤδη, i. e. *iam* et *mox*, aduerbium temporis est. Aristoph. in Ranis: [10]) ὀυ τάχ', ἀλλ' ἤδη ποιῶ. Est autem termini signum, a quo quid esse incipit, vt apud Aristot. in III. Politic. [11]) ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετὴν ἢ ὀλίγους ἐνδέχεται. πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν etc. Vbi per ἤδη aduerbium includuntur ὁ εἷς, καὶ οἱ ὀλίγοι. cum vero ὀλίγοι esse desierint, et πολλοὶ esse coeperint, excluduntur ab eo, vt possint virtute praestare. ἤδη.

Profertur etiam *interrogatiue* aduerbium hoc, ἤδη, tum per se, vt apud Aristoph. in Auibus: [12]) Πειθ. λέξον δέ μοι, ἤδη σ' ὁ πατὴρ ἐισήγαγ' ἐς τοὺς φράτορας; Ηρ. οὐ δῆτ' ἐμέ γε. tum etiam aduerbio ποτὲ, iunctum ἐκ παραλλήλου, vt in Ranis: [13]) ἤδη ποτ' ἐπεθύμησας ἐξαίφνης ἔθνους; interrogatiuum.

 ἢ μάλα

firmet, γὰρ causam reddat, et ἂν rectam verbi significationem efficiat obliquam. Vertit latine: *certe*, vel *procul dubio enim*, (si hoc fecisset) *omnes eum aufugissent*.

10) v. 530. οὐ τάχ'. reuoca ex praecedentibus διανοοῦμαι ἀφελέσθαι σε. etc. ἀλλ' ἤδη ποιῶ. nos dicimus, *ohne weiteres Besinnen, soll es gleich geschehen*.

11) Opp. Tom.5. p.483. ἤδη h. l. respondet germ. *Schon*. Verborum sensus est: *facile fieri potest, vt vnus vel pauci virtute praestantes sint, plures autem magis difficile*, das ist, *schon* schwerer.

12) v. 1667. seq.

13) Nonnunquam illud ποτὲ reticetur. Aristoph. Nub.

## ἦ μάλα δή.

ἦ μάλα δή. Ἦ μάλα δὴ, vox *affirmandi*, ex tribus particulis aggregata, qua saepe Homerus vtitur ἐν τοῖς στοχασμοῖς, vt [14]) ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. et alibi: [15]) ἦ μάλα δή τινα Κύπρις ἀχαιϊάδων ἀνιεῖσα τρωσὶν ἅμ' ἑσπέσθαι, πρὸς χρυσῇ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα.

Vtitur hac eadem voce in affectibus *admirationis*, vel *indignationis*, praecedente voce ὢ πόποι, vt Ὀδυσσ. δ. [16]) ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ φίλου ἀνέρος υἱὸς ἐμὸν δῶ ἵκετο. et infra in eodem libro: [17]) ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ ἤθελον εὐνηθῆναι ἀνάλκιδες αὐτοὶ ἐόντες. et Ὀδυσσ. λ. [18]) ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ γόνον ἀτρέος εὐρύοπα Ζεὺς ἐκπάγλως ἤχθηρε.

## ἦ μήν.

ἦ μήν. Ἦ μὴν, aggregatum ex ἦ, affirmatiuae significationis, et μὴν particula, quae itidem affirmandi adminiculum est. Qua ratione etiam τῷ ναὶ affirmandi aduerbio opponitur, vt dicetur, vbi de particula μὴν agetur.

Ita-

Nub. v. 764. ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον ταύτην ἑώρακας. pro ἤδη ποτέ. *vidistine vnquam illum lapidem apud pharmacopolas?* cf. ibid. v. 385. in V. ἦ iam protulit. Sensus est: *ia, er ist wohl tod.*

14) Iliad. 6. v. 12. hunc locum Deuarius supra p. 125.

15) Iliad. ἑ. v. 422. seq.

16) v. 169.

17) v. 333. seq.

18) v. 435. seq.

Itaque *ἤ μὴν affirmandi signum* est. Aristoph. in Pluto [19]) ἤ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον. Sic Plato in Euthydemo: [20]) ὦ Ζεῦ ἔφην ἐγὼ, ἤ μὴν καὶ τὸ πρότερόν γε ἡμῖν ἐφάνη καλὸν τὸ ἐρώτημα. Vnde iuriiurando apponitur. Demosth. [21]) κατὰ παίδων ὤμνυες ἤ μὴν ἀπολωλέναι Φίλιππον ἂν βούλεσθαι. Hac eadem ratione *sponsionibus* etiam conuenit. Demosth. [22]) ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος, οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ, ἤ μὴν ἐκτίσειν τὸ ἀργύριον, ὃ ὦφλε. quod et sine ἤ μὴν, quod ad sensum attinet, dici poterat: ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ἐκτίσειν τὸ ὄφλημα. Sic illud supra ex Demosth. κατὰ παίδων ὤμνυες ἀπολωλέναι Φίλιππον ἂν βούλεσθαι. Vnde patet, *ornamenti* locum obtinere hanc vocem, cum sponsioni aut iuriiurando adhibetur [23]). Secus est in simplicibus affirmationibus, in quibus necessario adhibetur. Nam si Aristoph. illud ἤ μὴν ὑμεῖς γε etc. sine hac voce diceretur, ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμ-

19) v. 608. *vos profecto me aliquando arcessetis.* Confundi saepe in libris μὲν et μὴν, supra vidimus in ἀλλὰ μήν. Sic etiam pro ἤ μὴν nonnunquam inuenitur ἦ μέν. v. c. Aristoph. Nub. v. 1244. ἦ μὲν σὺ τούτων τῷ χρόνῳ δώσεις δίκην. Ex quo colligi possit, vtrumque fuisse in vsu. Sed cum hoc in loco Aristoph. antiquiores libri habeant ἦ μὴν, hanc lectionem illi praeferendam putamus.

20) p. 270.

21) de falsa legat. p. 239. C. Edit. Lips. nou. Tom. I. p. 435.

22) adu. Timocrat. p. 467. A. Edit. Reisk. Tom. I. p. 712. Sunt verba ipsius legis Timocraticae.

23) non ornatus causa adiectum putamus ἦ μὴν, sed asseuerationi plus ponderis addere. Sic in illa lege Timocratea sancitum erat: *Si quis, damnatus vinculis, facta sponsione promiserit, se bona fide* (ἦ μὴν) *soluturum, tunc ei carcere liceat egredi.* dass er *gantz gewiss* bezahlen wolle. cf. Thucyd. Hist. VIII. 81. p. 553. lin. 52. Edit. Duker.

ταπέμψεσθον, qualitate quidem affirmatiua esset propositio, careret autem non solum ornamento, sed etiam affectu et efficacitate, et simplex narratio videretur.

## ἢ οὔ.

ἢ οὔ. Ἢ οὔ, duae particulae sunt, videlicet ἢ disiunctiua coniunctio, et οὐ negandi aduerbium, v. c. ἔδει ὁμολογεῖν ταῦτα ἢ οὔ. vbi negatio repetit verbum praecedens: *oporteret haec concedere*, *vel non* (concedere). Quae distinctio interrogatiue etiam profertur, vt saepe apud Platonem: v. c. ἢ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ Πῶλε, ἢ οὔ; et alibi: ἐῤῥήθη ταῦτα ἢ οὔ; *dictane haec fuerunt*, *an non?* Suntque huiusmodi interrogationes problematicae. Vnde factum est, vt ἢ οὐ formalis nota videatur, pro *nonne*, vel *an non*, accipi, vt saepe apud Platonem: v. c. ἢ οὐ δοκεῖ σοι; *nonne tibi videtur?* ad quam interrogationem alter respondet, ἔμοι γε. Aduertendum tamen, in hac etiam loquendi forma ἢ *disiunctiuam* esse, si ad pleniorem loquendi formam oratio reducatur. Est enim plenus sermo: δοκεῖ σοι ταῦτα ἢ οὐ δοκεῖ σοι. Et sic ἢ, iuxta sui naturam problematicam, interrogationem efficiet.

## ἤτοι.

ἤτοι. Ἤτοι, *disiunctiua* coniunctio, idem quod ἢ significat. Hoc tantum ab illo differt, quod ἤτοι semper praecedit, ἢ subsequitur. v. c. ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον [24]). Est etiam ἤτοι, ἐπιλογικὸν καὶ

24) haec sumta sunt e subiungi ait τῷ ἢ, sicuti γε Thoma M. qui Attice τοι subiicitur τῷ ἐγώ. Et ἤτοι sem-

καὶ καταστατικὸν ἐννοίας, loco μὲν, [25]) cui respondet particula δὲ, vt saepe apud Homerum, v. c. Iliad. α. ἤ τοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. τοῖσι δ' ἀνέστη etc. ac si dixisset: καὶ ὁ μὲν ἔτως εἰπών. In quo sensu subiungitur τῷ ἀλλὰ, ipsique μὲν apponitur ἐκ παραλλήλȢ. v. c. Iliad. α. [26]) ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖθις. Iungitur et simpliciter τῷ μὲν, ἐκ παραλλήλȢ, vt Iliad. γ. [27]) ἀλλ' ὅτε δὴ μύθȢς καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον, ἤ τοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε. Quibus respondet ὁ ἀλλὰ, loco δὲ. ἀλλ' ὅτε δὴ et reliqua. Sic Iliad. ε. [28]) σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ' ἵσταμαι ἠδὲ φυλάσσω, ἀλλὰ σευ ἢ κάματος etc. Valet etiam per se idem, quod μὲν. Differt tantum, quod μὲν semper alicui voci postponitur, ἤτοι omnes ambitus praecedit.

Interdum aduerbium est διασαφητικὸν, vel ἐπεξηγητικὸν, vt ἤγȢν. Aristot. V. Ethic. [29]) τȢ̃το γὰρ ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης, περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν. In qua significatione accipitur frequentissime apud expositores. ἤτοι, pro ἤγȢν.

ἵνα.

semper praecedere, ἢ subsequi, v. c. ἤτοι τόδε ἢ τόδε. Aliter non inueniri, praeterquam semel ap. Pindarum, vt metrum constet.

25) ἤτοι, pro μὲν Poëtis tantum frequentari tradit Thomas, animaduertens, vti μὲν voci subiungatur, sic ἤτοι vocem praecedere. Exemplum affert idem, quod habet Deuarius ex Iliad. α. v. 68. Addit deinceps Thomas: ἀνταποδοτικὸς δὲ ἐστιν αὐτȢ̃ ὁ αὐτὰρ, ὥσπερ ὁ δὲ τȢ̃ μὲν, τȢ́τῳ καὶ ὗτος διαφέρων τȢ̃ δὲ, ὥπερ ὁ ἤτοι τȢ̃ μέν. Contra *Hesychius* habet: ἤτοι σύνδεσμος, ἰσοδυναμῶν τῷ δὲ. τινὲς δὲ καὶ ἀντὶ τȢ̃ μὲν χρῶνται.

26) v. 140.

27) v. 212. seq.

28) v. 809. seq.

29) Opp. Tom. V. p. 281. Sed vide Muretum Var. Lect. Lib. VI. c. 8. qui verba ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης inducenda putat.

## ἵ ν α.

ἵνα. Ἵνα, *caussalis* coniunctio, designat caussam finalem, quae semper futurum respicit, siue rei nondum factae caussam assignemus, siue rei praeteritae caussam narremus, qua adductus aliquis aliquid fecit. Et sic plerumque cum *Subiunctiui modi Aoristis*, qui futuri vim habent, ἵνα particula cohaerebit, vt ποίησον, vel ἐποίησα τόδε, ἵνα τόδε γένηται, vel etiam γένοιτο, si δυνητικῶς loqui volumus, i.e. *vt possit hoc euadere.* Sic Aristoph. in Auib. [30]) ἐπὶ τί γάρ μ' ἐκεῖθεν ἦγες; Πεισθ. ἵνα ἀκολουθοίης ἐμοί. Qui modus narrationibus rei praeteritae conuenit, vt, ἐποίησε τόδε, ἵνα φοβηθείην ἐγώ. Ita, cum negatiue caussam assignamus, iungimus negatiuam μὴ, particulae ἵνα, vt ἵνα μὴ γένηται, vel ἵνα μὴ γένοιτο, id quod a Latinis quoque scriptoribus seruari videmus, vt, cum caussam finalem afferunt negatiue, particulis *vt ne*, simul iunctis, eleganter vtantur.

Iungitur et *Praeteritis Indicatiui* particula haec, cum rem non factam, factam vellemus, vt apud Dinarchum: [31]) ἵνα ἀπηλλάγμεθα, quod in forma optandi dixit: *vtinam hoc et hoc fuisset, vt hoc vel hoc liberati essemus.* Sic, ἔδει παραδοῦναι τὸν οἰκέτην εἰς βάσανον, ἵνα ἐξῆν αὐτῷ μαρτυρίας παρέχεσθαι τῶν γεγονότων.

Dici-

30) v 340.

31) contra Demosth. in Steph. Oratt. p. 91. Edit. Reisk. Vol. IV, p. 9. Attici, quod tenendum est, et ceteri elegantiores scriptores, Imperfecto et Aoristo 2. Indicatiui, loco Optatiui, libenter vtuntur. cf. H. Steph. de Dial. Att. p. 137.

Dicitur et ἵνα τί, [32]) pro ἐς τί, vel ἐπὶ τί, ἱνατί, ad quid, h. e. *quorsum, quare, quamobrem?* Accipitur etiam pro *loci aduerbio* vox ἵνα frequenter apud Poëtas, et omnibus fere temporibus Indicatiui modi, nec non aliorum modorum iungitur. Aristoph. in Nebul. [33]) ἐγὼ γὰρ οἶδ᾽, ἵν᾽ εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί. i. e. ὅπου, *quo in loco*, et ἵνα-περ ὥρμητο, apud Lucianum, et ἵνα ἄν, cum Subiunctiuo, ἀοριστολογικῶς, vt: [34]) πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ᾽, ἵν᾽ ἂν πράττῃ τις εὖ. In quo sensu genitiuis nominum iungitur, vt ap. Sophocl. in Aiace: [35]) οὐχ ὁρᾷς, ἵν᾽ εἶ κακοῦ; quae constructio omnibus localibus aduerbiis conuenit, vt: ἐνταῦθα τῆς ὁδοῦ, et ἐκεῖ τοῦ σταδίου etc. pro ἐς τί.

Accipitur item pro ὅπως, *modi*, seu *qualitatis* aduerbio, apud Aristophanem: [36]) καὶ ταῦτ᾽ ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς, ἵν᾽ ἂν κελεύσω ᾽γώ σε; ἀντὶ τοῦ, ὅπως. *eo modo, quo ego te iurare iussero.* pro ὅπως.

Designat praeterea *causam efficientem*, et accipitur pro διὰ τό, vt in Epigrammate: [37]) ἀλλ᾽ ἵν᾽ pro διὰ τό.

32) et coniuncte ἱνατί, et δή interiecto, ἵνα δή τί; significat *cur tandem?* Aristoph. Nub. v. 1194. ἵνα δή τί τὴν ἔνην προσέθηκεν; *cur tandem veterem adposuit?* cf. Hoogeuen. ad Viger. Idiotism. c. 8. sect. 10. §. 1.

33) v. 190. Ponitur etiam pro ὅθεν, *vnde*. Aristoph. Nub. v. 279. ἵνα τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα. *vnde speculas longe lateque conspicuas despectamus.*

34) ap. Aristoph. Pluto. v. 1152.

35) v. 386. *nonne vides, vbi malorum sis?* pro *quanto in malo verseris.*

36) in Nub. v. 1234. Possis etiam sic reddere: *etiam haec abiurare voles per Deos, vbi iussero?*

37) Palladae, in Anthol. H. Steph. Lib. I. p. 22.

ἵν' ἀφαρπάζῃ Βρισηΐδα πρὶν Ἀγαμέμνων τὴν δ' ἑλένην ὁ Πάρις πτωχὸς ἐγὼ γενόμην. ἀντὶ τοῦ, διὰ τὸ ἀφαρπάξαι τὸν Ἀγαμέμνονα. propterea quod Agamemnon Briseidem rapuit.

## Καθὸ et Καθ' ὅτι. 38)

καθὸ, καθ' ὅτι. Καθὸ, *secundum quod* significat, quod ex κατὰ praepositione, et ὃ articulo constat: quemadmodum ex διὰ et παρὰ, et eodem articulo fit διὸ et παρὸ. Quae voces omnes, si articulus ad nullum nomen referatur, pro *causalibus aduerbiis* adhibentur. Nam et καθὸ et παρὸ idem quod διὸ significant, et composite sub vno accentu proferuntur.

Porro καθὸ *limitatiuum* est, et ad nomen μέρος refertur, vt dictum est, vbi de ᾗ limitatiuo agitur, et significat *quatenus* et *in quantum*.

Dicitur et καθ' ὅτι, quod propter τι, ἀόριστον, *limitationem interminatam* designat, et ἂν particulam habet subsequentem, vt καθ' ὅ, τι ἂν σοι δοκῇ, *vt tibi videtur*, vel *videbitur*, vel *visum fuerit*. Cuius vocis vltima in proximo exemplo naturam articuli prae se fert, et ad nomen μέρος refertur. Sic etiam in illo, καθ' ὅτι τοῦ ὠοῦ ἐγκοίληνε, *qua parte ouum exinaniuit*.

Plerum-

38) Scribitur etiam coniuncte καθότι. et in plurali pro καθ' ἃ, καθά. Addit *Thom.* M. τὸ δὲ καθὼς, παρὰ τοῖς δοκίμοις οὐκ ἔστι. Eadem docent *Phrynich.* in Eclog. *Moeris* et *Moschopulus.* τὸ μὲν καθὸ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τὸ δὲ καθὼς οὐδέποτε. Tamen vtitur τῷ καθὼς, Aristotel. de Mundo, Opp. Tom. II. p. 271. καθὼς ἄνω λέλεκται. Occurrit etiam ap. Ioseph. et Synes. notante Wittero ad Thom. M.

Plerumque autem loco *aduerbii qualitatis* vſurpatur, vt, καθ' ὅτι πόλις ἄριϛα οἰκήσεται, pro ὅπως, [39]) i. e. *qua ratione ciuitas optime gubernetur.* Sic καθ' ὅ, τι Ἱπποκράτης παραινεῖ, pro *quemadmodum Hippocrates praecipit.*

## καθ' ὅσον.

Καθ' ὅσον, *limitatiuum in quantitate*, reſpondet τῷ καθ' ὅτι, pro qualitatis aduerbio accepto, vt, καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ, *quantum poſſum.* καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ οἷόν τε. *quantum ab homine praeſtari poteſt.* In qua etiam voce nomen ὅσον ad nomen μέρος refertur. Sic καθ' ὅσον πρὸς τὴν πόλιν ἑώρα. *ea parte, qua vrbem aſpiciebat.* Simpliciter autem limitatiuum ſenſum habet, et *eatenus*, *quatenus*, et *in quantum* ſignificat. καθ' ὅσον.

## CAPVT XII.

## DE PARTICVLA καὶ et compoſitis, et μά.

Καὶ copulatiua coniunctio, nomen connectit nomini, et verbum verbo, et alias partes eodem modo; et in medio eorum, quae per ipſam copulan- καί.

39) vel διότι, vt exponit Schol. Thucyd. Hiſt. VI. 9. Capite 8. praecedit. μετὰ δὲ τοῦτο ἐκκλησία αὖθις ἐγίγνετο, καθ' ὅτι χρὴ τὴν παρασκευὴν ταῖς ναυσὶ τάχιϛα γίγνεσθαι. *poſt iterum habita eſt concio, quomodo neceſſe ſit quam celerrime apparare claſſem.* Tunc Nicias ſuam orationem ita exorditur: ἡ μὲν ἐκκλησία ξυνελέγη, καθ' ὅτι χρὴ ἐς Σικελίαν ἐκπλεῖν.

pulantur, locata, vnica simplexque adhibetur, nec aliam sibi similem requirit, vt: Σωκράτης καὶ Πλάτων περιπατεῖ, vel περιπατοῦσι. Sic in verbis: Σωκράτης περιπατεῖ καὶ διαλέγεται. et in Participiis: ποιῶν καὶ λέγων. Quod si in principio vnius praecesserit, in alterius quoque principio repetatur necesse est, vt, si καὶ περιπατεῖ dixeris, καὶ διαλέγεται, vel aliud huiusmodi subdas necesse est. Et sic geminari particulam καὶ in eadem clausula, contingit. Nam quod geminari apud Atticos particulam hanc dicit Budaeus, vt apud Plutarchum: [40]) καί τοι καὶ λόγον τινὰ διέσπειραν. et apud Isocratem in Busiride: [41]) καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς περὶ τὴν φρόνησιν ἐπιμελείας, et in καὶ μὴν καὶ: nescio, an supradictis et huiusmodi exemplis conueniat: certe nec vacare secundo loco posita καὶ particula, dici potest non plus, quam in vocibus praecedentibus, nec sane idem officium praestare. Quare *superaddendi* vim habere particulam καὶ in huiusmodi, dicendum est. Nam et superaddendi facultatem habet, et pro *etiam* saepe ponitur, vt apud Isocratem in Panegyr. [42]) οὐ Κόνωνα μὲν, ὃς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρατηγήσας, τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν, ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν; Θεμιστοκλέα δ', ὃς ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, καὶ μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν; In quibus καὶ pro ἀλλὰ καὶ accipitur, et praesupponit repetitionem superiorum cum negatione [43]). Ergo superior Isocratis locutio

καὶ, pro ἀλλὰ καὶ.

40) in Caesare, Opp. Tom. I. p. 735. F.

41) p. 438.

42) p. 142.

43) possis h. l. καὶ simpliciter reddere *vel*, auch so gar, noch dazu. Eadem significatione Latini vtuntur *et*. Cic. ad Diu. IX, 26. et gemi-

tio ad integritatem reducenda est hoc modo: Θεμιστοκλέα δὲ, οὐ μόνον οὐ συνέλαβον ἐπὶ θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν. Ita, quod apud Platonem dictum est, ἄχρηστοι μὲν γὰρ καὶ γυναιξὶ, si conuertatur, planius fiet hoc modo: ἄχρηστοι μὲν γὰρ, μὴ ὅτι ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ. Additur etiam haec particula nominibus, ex parte praedicati, seu consequentis positis; quod interdum fallere lectorem potest, cum ea nomina, quibus praeponitur, ex parte subiecti recipi videantur. Eadem ambiguitas verbis accidit, propter καὶ particulae appositionem, vt Aristot. 44) ἔτι δ' εἰ φύσει κινεῖται, κἂν βίᾳ κινηθείη. κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει. i. e. *Iam si natura mouetur, et vi quoque mouebitur. Quod si vi, etiam natura.* Exemplum in nominibus est illud Aristot. de Araneis: 45) εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἀραχνίων οἱ γλαφυρώτατοι καὶ λαγαρώτατοι, καὶ τεχνικώτεροι. *Araneorum autem ii, qui elegantissimi sunt, et corpore strigosissimo, etiam artificio praestantissimi.* Vbi si verbum substantiuum adesset, ambiguitatem vtique tolleret: puta, si καὶ γλαφυρώτατοι εἰσὶ, dictum fuisset. Quare alterum exemplum eorum, quae ex Quinctiliano affert Budaeus, 46) ad ostenden-



gemitum *et* in risus maximos transfero. Haec significatio fugit interdum viros doctos, qui propterea τὸ καὶ aut delendum voluerunt, aut elliptice positum iudicauerunt. Sic Io. Cornel. de Pauw merito reuocauit καὶ, eiectum ab aliis, ap. Theophr. Charact. c. 18. καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν (τὸ ἀργύριον. et singulis stadiis numerat, *sogar alle hundert Schritte.* In Mocrid. Atticist. V. παιδάριον, καὶ τὸ θυγάτριον, Hudson post παιδάριον inserit τὸ ἄρρεν. quasi esset οὐ μόνον τὸ ἄρρεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θυγάτριον.

44) Lib. I. de Anima, Opp. Tom. III. p. 461.

45) Hist. Anim. Lib. IX. Opp. Tom. III. p. 272.

46) Comment. l. gr. p. m. 484.

dendum, Latinos hanc quoque graeci ſermonis formam imitatos eſſe, non plane conuenit, cum in illo verbum ſubſtantiuum praedicato adhaereat. Exemplum eſt: *ſed non qui maxime imitandus eſt, et ſolus imitandus eſt* [47]). Alterum magis accedit ad graecam formam propoſitam: *Si portorium Rhodiis locare honeſtum eſt, et Hermacreonti conducere.* [48]) in quo repetendae ſunt voces *honeſtum eſt.* Quam repetitionem apud Latinos, *quoque* particulae deberi, patet per aliud exemplum, quod idem Budaeus affert: *corrumpi mores in ſcholis putant: nam et corrumpuntur interdum; ſed domi quoque.* [49]) vbi repetendum eſt verbum *corrumpuntur.*

καὶ, abundat. Vacat etiam apud Atticos interdum particula haec: Gregor. ὅτι μὲν Φανερῶς ἄτος ὁ λόγος ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τῆς θεότητος, τὶ χρὴ καὶ λέγειν. Synes. ἵν' εἰδῶμεν ὅτι καὶ λέγει. et alibi: καὶ γὰρ εἴτι καὶ λέγοιεν ἀληθὲς [50]).

καὶ, pro καίπερ vel κἄν. Καὶ etiam idem per ſe valet, quod καί περ, vel κἂν, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [51]) ἐὰν δὲ σύζυ-

47) Quinct. Inſtit. Orat. Lib. X. c. 2. Edit. Burman. p. 928. vbi pro *et ſolus*, legitur *etiam ſolus* etc.

48) ibid. Lib. V. c. 10. p. 421.

49) ibid. Lib. I. c. 2. p. 25.

50) H. Steph. Animadu. in Lib. de Dialect. p. 34. contra Budaeum docet; in hoc poſtremo Syneſii exemplo καὶ non abundare, ſed iungendum eſſe τῷ, εἰ, vt ſit *etiamſi.* Alias poſt τὶς, τὶ, τινὰ, ſaepe abundare τὸ καὶ, ibidem oſtenditur. Sic etiam poſt ὅ, τι. cf. Bergler. ad Alciphron. p. 83. Porro καὶ ante πᾶς, δύο, ἀμφότεροι, aliosque numeros redundat, aut idem ſignificat quod σὺν, notante Reiskio, in Animadu. ad gr. auct. Vol. I. in Diod. Sic. p. 5. et in Dion. Caſſ. p. 73.

51) v. 946. ſ. Cl. Hemſterh. σύκινον accipit pro eo, qui

σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην. Vbi καὶ σύκινον, pro κἂν σύκινον. i. e. *quamuis debilem et imbecillum, et fragilem, ſicut ficulneae lignum.*

Ponitur etiam ὁ καὶ in poſteriori parte τῶν παραβολῶν, ἐλλιπῶς τοῦ, οὕτως, vt dicetur, vbi de aduerbio οὕτως agetur: et ſimpliciter in poſteriori parte proportionum qualitatis vel quantitatis; nec non in collationibus ſimilium et diſſimilium, refert nomen, ſeu aduerbium prioris partis praedictarum collationum. Ariſtot. in IV. Metaphyſ. [52]) ὅλως δὲ τὸ καθ' ὃ ἰσαχῶς, καὶ τὸ αἴτιον ὑπάρξει. vbi ὁ καὶ refert aduerbium ἰσαχῶς, et pro ὁσαχῶς, vel pro ὡς, vel certe ἐλλειπτικῶς τοῦ, ὡς ponitur, vt ſit ἰσαχῶς ὡς καὶ τὸ αἴτιον.

Ita καὶ ſignificat *aeque ac*, et *perinde vt*, quemadmodum apud Latinos *atque* particula [53]). Pauſan. in Atticis. ἣν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφίδι, κατὰ ταὐτὰ οὗτός τε ἤχησε, καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. ἀντὶ τοῦ, ὡς κιθάρα. *is perinde, vt cithara pulſata reſonat.* Gregor. Nazianz. πάσης τυχὼν παρ' αὐτοῦ δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος. *omnem ab eo beneuolentiam conſecutus,* perin- καὶ, aeque ac.



qui *moribus ſycophantae eſt ſimillimus.* Sic autem vertit: *at ſi conſortem aliquem inuenero, meisque ſycophantae moribus ſimillimum, efficiam profecto hodie, vt viribus iſte potens Deus poenas luat.* Exemplum igitur hoc inducendum eſt. Sed alia ex Heſiodo protulit Graeuius Lect. Heſiod. c. 8. p. 40. καὶ τὸ σμικρὸν ἐόν. *etſi ſit exiguum.* Sed in proſa vſitatius eſt καί τοι. καί τοιγε.

52) Opp. Tom. IV. p. 451. Verte: *in ſumma, ipſum ſecundum quod, et ipſa erit cauſa.*

53) in graeco fere ſemper praecedit κατὰ ταὐτό, vel ταὐτά.

*perinde ac si liberorum chariſſimus fuiſſet.* Ariſtot. [54]) εἰκός τε τὲς πρώτες (ἕλληνας) εἴτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ Φθορᾶς τινος ἐσώθησαν, ὁμοίες εἶναι καὶ τὲς τυχόντας καὶ τὲς ἀνοήτες. *perinde vt ſtultos fuiſſe.* Theophr. τῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ὄψει καὶ τὸ βέκερας. *ſimile eſt adſpectu foeno graeco.* In cuiusmodi locutionibus, ſi voces ad grammaticum ordinem redigantur, καὶ ſuam natiuam obtinebit ſignificationem; vt, ſi illud Ariſtotelis ſic dicatur: εἰκὸς τὲς πρώτες ἕλληνας καὶ τὲς ἀνοήτες ὁμοίες εἶναι. Pariter illud Theophraſti ſic ordinandum eſt: τῦτο δὲ καὶ βέκερας ὅμοιο τῇ ὄψει.

Sic in diſſimilitudine ὁ καὶ, ἀντὶ τῶν διαΦορικῶν ὀνομάτων καὶ ἐπιῤῥημάτων adhibetur. Ariſtot. [55]) ἔςι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιςικὴ, καὶ ὁ πλῦτος ὁ κατὰ Φύσιν. *alia eſt quaeſtuaria, atque naturales diuitiae.* Quae locutio ſic eſt reducenda: ἡ χρηματιςικὴ καὶ ὁ πλῦτος, ὁ κατὰ Φύσιν, εἰσὶν ἕτερα, ἤγεν διάΦορα. Sic alibi apud eundem: οὗ τὸ εἶναι ἕτερον καὶ τῶν κατηγοριῶν. Quod ſic reducitur, οὗ τὸ εἶναι καὶ τὸ τῶν κατηγοριῶν ἐςὶν ἕτερον. Quod commodius diceretur: ὅυ τὸ εἶναι ἕτερόν ἐςι τῦ τῶν κατηγοριῶν. Vnde fit, vt ὁ καὶ in diſſimilium collatione pro ἢ, i. e. *quam*, accipi videatur. Sic Ciceronem II. de Oratore, [56]) *ac* particula vſum eſſe docet Budaeus: *Ingenioſi enim eſt, vim verbi in aliud, ac ceteri accipiant, poſſe dicere.*

καὶ pro ἢ.

ταὐτά. *ſecundum idem*, vel *eadem*, vel ἴσα, pro ἴσως, *aequaliter*, vel ὁμοίως, *ſimiliter*. Vide Viger. Idiotis. cap. 8. Sect. 7. §. 8.

54) Politic. Lib. II. Opp. Tom. V. p. 458.

55) Politic. Lib. I. Opp. Tom. V. p. 430.

56) c. 62. lege: ingenioſi enim videtur, vim verbi in aliud, *atque* ceteri accipiant, poſſe *dacere.*

*dicere*. Vbi *ac* copulatiua pro *quam* ſelectiua vſus eſt.

Accipitur etiam ſaepe ἐξηγητικῶς, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [57]) κακῶς ἔπρατ]ον καὶ πένης ἦν. Interpretatur enim, quid intelligat per haec verba κακῶς ἔπραττον, quae nihil aliud ſibi volunt, quam πένης ἦν. [58]). καὶ ἐξηγητικόν.

## Καὶ μὴν, καὶ μέν τοι, καὶ μὲν δὴ etc.

Caeterum. voces, in quibus καὶ geminari et ſuperuacanea eſſe videtur, reuera autem ſuperaddendi facultatem habet, ſunt καὶ μὴν, et καὶ μέν τοι, et καὶ μὲν δή, quibus appoſita καὶ particula, καὶ μὲν δὴ καὶ, et καὶ μέν τοι καὶ, et καὶ μὴν καὶ voces, non vt formales notas, ſed ſeiunctim appoſitas efficit. Exemplum τȣ͂, καὶ μέν τοι καὶ, eſt apud Galenum I. de cauſ. pulſuum. καὶ μέν τοι καὶ βραδὺς σαφῶς μὲν ἐπὶ ταῖς ἀξιολόγοις τῆς καὶ μὴν, καὶ μέν τοι, καὶ μὲν δή.



57) v. 29. hoc ſenſu ſaepe vſurpatur a Scholiaſtis. cf. Graeuius Lect. Heſiod. c. 7. p. 35. Significat quoque *ſiquidem*. Theophr. Charact. Prooemio: ἐγὼ συνθεωρήσας ἐκ πολλȣ͂ χρόνȣ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα. *ſiquidem confeci nonaginta nouem annos*. et paulo poſt, καὶ ἄρξομαι πρῶτον etc. καὶ eſt *enim*.

Habet etiam καὶ nonnunquam vim pronominis relatiui, aut participii. Thucyd. IV. 67. ἐν ὀρύγματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθευον τὰ τείχη, καὶ ἀπεῖχεν ȣ̓ πολύ. pro ἀπέχοντι, ſiue ὃ ἀπεῖχεν. *inſidiabantur in foſſa — non multum diſtante*, ſiue, *quae non diſtabat illinc multum*. Alia exempla habet Duker. ad Thucyd. VIII. 73. p. 548.

58) Praemittitur etiam καὶ interrogationibus, in quibus aliqua ineſt animi commotio. Aeſchin. de falſa leg. Edit. Reisk. Vol. III. p. 316. καὶ τίς αὐτὸν εἶδε πώποτε ἀσχημονήσαντα; *et quis vnquam vidit eum indecore ſe gerentem?*

τῆς χρείας ὑπαλλαγαῖς. ὐ σαφῶς δὲ ἐπὶ ταῖς ἐλάττοσι. Exemplum vocum καὶ μὲν δὴ καὶ, est illud Isocr. in Panegyr.[59]) καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τῦ βίυ χρησίμας, καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὑρῦσα, τὰς δὲ δοκιμάσασα, χρῆσθαι τοῖς λοιποῖς παρέδωκε. Vbi praedictis vocibus in principio comprehensionis transitiue vsus est: in quibus καὶ superaddit iis, quae ab auctore supra dicta fuerant, ea, quae in proxima comprehensione de artium inuentione subiecit.

## Καὶ μή.

καὶ μή. Καὶ μὴ, *et non*, vel *non autem*, duae sunt voces, quae in constructione ad diuersa referuntur. Quare in formalium numero, vt vnica vox, non sunt recipiendae, vt dicetur, vbi de μὴ particula agetur.

## Καὶ ταῦτα.

καὶ ταῦτα. Καὶ ταῦτα, *idque*, vel, *praesertim*, auget *conditionem*, vt apud Aristoph. in Pluto: [60]) vbi Iouis sacerdos inducitur dicens, ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμῦ. καταφαγεῖν γὰρ ὐκ ἔχω. καὶ ταῦτα τῦ Σωτῆρος ἱερεὺς ὢν Διός. *idque cum sim Iouis sacerdos.* vbi καὶ ταῦτα auget conditionem, ac si dixisset: *etsi minime conueniret Iouis sacerdotem fame perire, tamen* etc. In eadem: [61]) οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυ-

59) p. 94. *quin artes etiam.* ia auch so gar alle Künste, etc. Tamen in formulis καὶ μὴν καὶ, καὶ μέν τοι καὶ, καὶ γὰρ καὶ, saepe alterum καὶ abundare, negari non potest. Aelian. V. H. III. I. §. 21. καὶ μὲν καὶ τοῖς Πυθίοις ἐκ ταύτης τῆς δάφνης τοῖς νικῶσι τὺς στεφάνυς διδόασιν.

60) v. 1175.

61) v. 15. seq.

τυφλοῖς ἡγέμεθα. οὗτος δ' ἀκολουθεῖ: κἀμὲ προσβιάζεται. καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρύ. *idque cum ipse prorsus ne gry quidem respondeat.* quasi dixisset: *quanquam minus conueniret sequi coecum non respondentem, quam si responderet; tamen* etc. Idem in Pace: [62]) οὐδ' οἶδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι, ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων, καὶ ταῦτα διχόθεν μισθοφοροῦντες ἄλφιτα. *idque cum bifariam mererent cibos.* quasi diceret: tametsi magis conueniret ipsos ἕλκειν, et minus καταγελᾶν τῶν ταλαιπωρουμένων, quid ita? *quod* μισθοφοροῦσι διχόθεν. Apud Ciceronem, et alios classicos scriptores latinos saepe reperitur particula composita *idque*, eadem significatione, qua apud graecos καὶ ταῦτα, vt in I. de Offic. apud M. Tullium: *quanquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis* etc.

Interdum quoque pro καίπερ, h. e. *quanquam*, vel *tametsi*, vsurpatur haec particula, vt apud S. Basil. initio Homiliae nonae in Hexaëmeron: οὐ δὲ γὰρ Ἐλισσαῖον ὡς φαῦλον ἑστιάτορα παρῃτοῦντο οἱ τότε, καὶ ταῦτα λαχάνοις ἀγρίοις ἑστιῶντα τοὺς φίλους. *Nam ne Elisaeum quidem, vt malum conuiuatorem repudiarunt, qui eo tempore fuerunt, tametsi oleribus agrestibus amicos exciperet* [63]). pro καὶ περ.

## Καί τοι.

Καί τοι, *atqui*, etsi formalis nota, ex καὶ et τοι constans, vt καίπερ, ex καὶ et περ: hoc ab illa dif- καί τοι.



62) v. 474. seq.

63) καὶ ταῦτα pro καίπερ etiam poni in clausula periodi ostendit Hoogeueen. ad Viger. loco Aristidis pro Quatuoruiris p. 504. Περικλέους δὲ οὐκ ἐφείσω, τεθνηκότος καὶ ταῦτα. *Pericli vero non*

differt, quod καίπερ participio semper iungitur, haec tam verbo, quam participio. Exempla καί τοι sunt apud Aristophanem: [64]) οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα δύναμαι μὴ γελᾶν. καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτὸν ἀλλ' ὅμως γελῶ. Et alibi apud eundem: [65]) πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον, καί τοι σφόδρα γ' εἴσ' ἐπίορκοι; Cum participio etiam inuenitur in principio periodi; vt apud expositorem Gregorii, καί τοι δὲ γλυκεῖαν οὖσαν τὴν γεῦσιν, ὅμως πικρὰν ὠνόμασεν.

καί τοι, sequente ὅμως. Notandum autem, vocem hanc modo περιοδικῶς adhiberi, quando ὅμως aduersatiua subsequitur, et fit sermo bimembris instar hypothetici, vt in illo exemplo, καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτὸν, ἀλλ' ὅμως γελῶ. modo ἀποφατικῶς, seu ἐπιλογικῶς, vt in altero, καί τοι σφόδρα γ' εἴσ' ἐπίορκοι. Et sic sermo reducitur ad formam categorici: vt apud eundem in Pluto: [66]) πῶς ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας, στεφανώσας κοτίνου στεφάνῳ. καὶ τοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει. Argumentatur enim: *nequaquam esse diuitem eum, qui in adeo celebri ludo oleastri corona donat Athletas.* Sic apud Aristot. II. Politic. [67]) φανερὸν τοίνυν ἐκ τούτων, ὡς οὔτε πέφυκε μίαν οὕτως εἶναι τὴν πόλιν, ὥσπερ λέγουσί τινες.

*non pepercisti, quamuis mortuo.* Adi ipsum Hoogeueen. p. m. 145.

64) in Ran. v. 42. sed h. l. καίτοι est *etsi*, quod docet sequens ὅμως. *ohngeachtet ich mir die Lippen einbeisse, so lache ich noch.*

65) in Nub. v. 398 h. l. καί τοι est *namque.* denn die sind die aergsten Meineidigen.

66) v. 585. potest h. l. καίτοι per *enimuero*, siue simpliciter per *namque* exponi, quoniam insequitur εἴπερ.

67) Opp. Tom. V. p. 439.

τινες. καὶ τὸ λεχθὲν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅτι τὰς πόλεις ἀναιρεῖ. καί τοι τόγε ἑκάστου ἀγαθὸν σώζει ἕκαστον. In quibus καί τοι continet ſententiam, ex qua propoſitio argumentationis deducitur τὸ τῆς πόλεως ἀγαθὸν σώζει τὴν πόλιν. Deinde ſubiicienda eſt aſſumtio: τὸ λίαν ἑνοῦν τὴν πόλιν οὐ σώζει, ἀλλ' ἀναιρεῖ. Vnde ſequitur, ὅτι τὸ λίαν ἑνοῦν τὴν πόλιν οὐκ ἀγαθόν. Quod ibi intendit probare.

Differt praeterea a καίπερ, quod illud *aduerſatiuum* ſolummodo eſt, hoc etiam *illatiuum* ſeu *collectiuum*: quarum ſignificationum modo alterutram, modo vtramque prae ſe fert. Porro vis aduerſatiua nonnunquam manifeſta eſt, vt in proximo Ariſtoph. exemplo. Plerumque vero, quia ad remotiora refertur, non adeo perſpicue apparet, vt apud Xenophont. lib. II. ἀπομνημ. [68]) *cum Socrates inuectus eſſet in eos, qui amicos contemnunt,* ſubiungit: καί τοι πρὸς ποῖον κτῆμα τῶν ἄλλων παραβαλλόμενος φίλος ἀγαθὸς, οὐκ ἂν πολλῷ κρείττων φανείη; i.e. *atqui cuinam poſſeſſioni comparatus probus amicus non multo melior appareat?* Quibus intendit Socrates damnare, quod homines illi faciunt, et ſimul rationem reddere, quare minime facere debeant. Nam propter vim aduerſatiuam deſtruit praecedens quippiam, eiusque oppoſitum ponit, vna cum probatione deſtructionis, vt in proxime dicto Xenophontis loco. Vbi cum ἐπιφωνηματικῶς propoſuerit, *male nonnullos homines parui facere amicos*, ſubiungit, quod dictum eſt: καί τοι πρὸς ποῖον κτῆμα etc. quibus infert: *minime conuenire, amicos parui facere*: quo refellitur id, quod propoſuerat, ac ſimul affertur ratio,

καί τοι, quare.

68) cap. 4. §. 5. p. 77.

tio, *quamobrem amici magnifaciendi sint.* Si nempe interrogatio πρὸς ποῖον κτῆμα etc. in enunciationem conuertatur hoc modo: Φίλος γάρ τοι ἀγαθὸς πρὸς πᾶν ἄλλο κτῆμα παραβαλλόμενος, κρείττων φανείη. Apud Aristophanem etiam vox καί τοι, *collectiua* est, *conclusionisque illatiua* in Pluto: [69]) vbi, cum ἡ πενία exposuisset *incommoda* hominum vitae affutura, si omnes diuites fiant, dixissetque ἔτι δ' οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν etc. subiicit, καί τοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστιν πάντων τούτων ἀποροῦντας; ac si diceret: τί οὖν πλέον, vel ὥστε τί πλέον, i. e. *quare nihil iuuat diuitem esse, si bonis illis vita careat.* In cuiusmodi situ posita καί τοι particula, ἐπιλογικῶς et ἀποστατικῶς adhibetur, vt dictum est.

καί τοι, post longas narrationes.

Ponitur etiam post longas narrationes interdum, *ad simpliciter exponendam aliquam sententiam, seu iudicium et censuram de supradictis faciendam:* vt multis in locis apud Isocratem in Panegyr. quorum et ille est, in quo, cum multis in Lacedaemonios inuectus esset, subiungit: [70]) καί τοι πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς προεστῶτας τῶν ἑλλήνων, ἕνα μὲν ἄνδρα (regem Persarum intelligit,) τοσούτων ἀνθρώπων καθιστάναι δεσπότην, τὰς δὲ μεγίστας τῶν πόλεων, μηδ' αὐτὰς ἑαυτῶν ἐᾷν εἶναι κυρίας. Et subinde cum quaedam alia contra eosdem attulisset, moxque suasisset, *quid ipsis agendum esset ad Graecorum animos sibi conciliandos, et priora maledicta delenda*, infert: καί τοι χρὴ τοὺς φύσει, καὶ μὴ διὰ τύχην μέγα φρονοῦντας, τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, etc. In quibus omnibus locis et similibus, τὸ, καί τοι aduersatiuam aliqua ex parte vim retinet.

Quando-

69) v. 527. et 531.  70) p. 130.

Quandoque etiam ἐπιλογικῶς positum, praeter vim aduersatiuam, *argumentandi* quoque *signum* est, vt saepe apud eundem Isocratem, in eadem oratione, vbi, cum de Atheniensium nobilitate et antiquitate disseruisset, vt probaret imperium graecorum illis conuenire, subiicit: [71]) καί τοι χρὴ εὐλόγως μέγα φρονοῦντας, καὶ περὶ τῆς ἡγεμονίας δικαίως ἀμφισβητοῦντας, τοιαύτην τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους ἔχοντας φαίνεσθαι. In quibus implicite continetur conclusio annexa maiori propositioni, in supradictis verbis contentae: *Graecorum videlicet imperium ad eos pertinere, qui talem originem habuerint.* Cui propositioni addenda est assumtio, siue minor ex supradictis: *Athenienses* videlicet *huiusmodi originem habuisse.* Ex quibus infertur, *ad Athenienses pertinere Graecorum imperium.* Et infra: [72]) antiquam nobilitatem Atheniensium probans: καί τοι περὶ τίνων χρὴ μάλιστα πιστεύειν, ἢ περὶ ὧν ὅ, τε θεὸς ἀναιρεῖ, καὶ πολλοῖς τῶν ἑλλήνων συνδοκεῖ etc. Ex quibus conficitur maior, seu propositio argumenti hoc modo: *quae deorum responsis affirmantur, et graecorum decreto sancita sunt, his maxima fides habenda est.* Deinde subiungenda est assumtio ex superioribus colligenda: *quae ego dico de Atheniensium nobilitate, Apollinis oraculo et graecorum decreto sancita sunt.* Quod quidem assumtum non exprimitur, sed ea tantum, ex quibus id probatur, recensentur. Vnde sequitur, *his, quae de Atheniensium nobilitate dicta sunt, maximam fidem habendam esse.* Sic plurimis aliis in locis, quae longum esset recensere.

καί τοι, signum argumentandi.

Accipitur etiam vt εἶτα et ἔπειτα, ἐπιλογικῶς, cum quadam indignatione. Isocrat. in eadem

καί τοι, indignantis.

71) p. 88. 72) p. 90.

dem oratione: [73]) vbi, *cum Perſarum regi omnia ex ſententia ſuccedere* dicat, *propter graecorum discordias et incuriam*: nonnullaque exponat, *quae eandem ob cauſam regi acceſſerant*, ſubiicit: καί τοι τινὲς θαυμάζουσι τὸ μέγεθος τῶν βασιλέως πραγμάτων, poteſt tamen hoc *aduerſatiue* etiam accipi, ac ſi dixiſſet: καί περ οὖν διὰ τὰς ἡμετέρας στάσεις καὶ ἀπεχθείας οὕτως ηὐξημένων τῶν τοῦ βασιλέως πραγμάτων, ὅμως τινὲς θαυμάζουσι τὸ μέγεθος, etc.

καί τοι, atqui, verum, ſed, quanquam. Ex Budaeo nihil aliud de hac particula habemus, niſi *atqui* et *verum* et *ſed* ſignificare, et per *at* particulam interdum eandem expreſſam eſſe a M. Tullio, tum pro *quanquam* accipi aduerſatiua: quae quidem vox non vt aduerſatiua, ſed vt figurata, aliquando accipi videtur apud Virgilium, [74]) cum dicat: *quanquam o ſi ſolitae quicquam virtutis ineſſet*. Et apud Ciceronem in Dialogo de Senectute: [75]) *quanquam o Dii boni*. Quod Gaza transtulit: καί τοι ὦ θεοὶ πανάγαθοι. Praeterea pro *et quidem* hanc vocem Budaeus nonnunquam latine dici teſtatur, vt apud Ciceronem: [76]) *et quidem cuius temperantiae fuit de M. Antonio dicentem, maledicto abſtinere?* καί τοι ποίας ἐγκρατείας etc.

καί τοι, proinde, itaque. Item *collectiuam* eſſe particulam, vt τοίνυν et τοιγαροῦν, ſi. e. *proinde*, vel *itaque*. Quibus omnibus ſignificatis exempla auctorum applicat: quae quidem ſignificata omnia, ad ea, quae ſupra ſunt a nobis expoſita, facile reuocari poſſunt.

Inter-

73) p. 134.
74) Aen. XI. v. 415.
75) cap. 19.
76) Philipp. II. c. 3. *et quidem* h. l. ſignificat *enimuero*.

Interdum etiam *tacitae* et *ſubintelligendae obiectioni* ſatisfacit, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [77]) inducitur ἱερεὺς, dicens: θύειν ἔτ' ὐδεὶς ἀξιοῖ. ad quae Καρ. τίνος ὕνεκα; tum ἱερεὺς reſpondet: ὅτι πάντες εἰσὶ πλύσιοι. καί τοι τότε, ὅτ' εἶχον ὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς. In quibus vox καί τοι aduerſatiua, vt καὶ μὴν occurrit, ad id, quod obiicere poſſet aliquis, *homines* videlicet, *non ſolere ſacrificia offerre.* Ad quod ſacerdos: *atqui*, inquit, *cum eſſent pauperes, hoc agebant.* καί τοι, obiectioni tacitae inſeruiens.

# Καὶ μήν.

Καὶ μὴν, aggregatum ex καὶ et μὴν, *aduerſatiua* particula, aduerſandi ſignum eſt, vt καί τοι. Ariſtoph. in Pluto: cum Plutus coecus de Ioue dixiſſet: [78]) ὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηςοῖσι φθονεῖ: reſpondet Chremylus, καὶ μὴν διὰ τὺς χρηςὺς γε τιμᾶται μόνυς. i. e. *atqui propter probos ab hominibus honoratur.* Sic alibi in eadem fabula; [79]) vetula quaedam inducitur *querens, ſe deſtitutam ab adole-* καὶ μήν.

77) v. 1178 ſeq. καί τοι h. l. eſt *enimuero*, damahls freylich, da ſie noch arm waren, brachte ein jeder Kaufmann, wenn er glüklich wieder angekommen war, ein Opfer. De hac particula videndus etiam Viger. Idiotism. c. 8. Sect. 7. §. 20. 26.

78) v. 93. verte potius: *et tamen a bonis ſolis colitur.*

79) v. 1007. nobis, contra Deuarium, videtur, καὶ μὴν cohaerere cum proxime praecedentibus. Vetula enim iſta valde commota, ſtatim audito verbo πρότυ δ', arripit vocem πρότυ, et geſtiens reſpondere, ſequentia verba non attendit. Sed latine exprimere vim particulae καὶ μὴν h. l. ſane difficile eſt. Noſtro idiomate ſenſus is eſt: *ey freylich*, ſiue, *das wars eben* (ſcil. *was ich ſage*,), *ſonſt kam er wenigſtens alle Tage immer für meine Thüre.*

*adolescente eo, quod diues factus eius desereret consuetudinem.* Verba vetulae sunt: καὶ μὴν πρότȣ γ' ὁσημέραι ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν αἰεὶ τὴν ἐμήν. pro quo καί τοι πρὸ τȣ̃ γ', dici poterat. Nam καὶ μὴν non ad ea, quae dixit proxime is, qui cum ea loquitur, pertinet, sed potius continuantur cum his, quae ipsa supra dixerat: καὶ πρὸς ἐπὶ τȣ́τοις εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. i. e. *et praeterea dixit haec et haec. Atqui antehac quotidie ad fores aduentabat meas.* Vbi cum ad remotiora referatur haec particula, fit, vt vis aduersatiua supprimatur. Sic alibi, nisi suppleatur aliquid in sensu, fieri non potest, vt aduersatiuam vim retineat. Vt apud eundem in eadem fabula, 80) inducitur quidam ad Sycophantam dicens: κατάθȣ ταχέως θοἰμάτιον, ἔπειθ' ὑπόλυσαι. Ad quae Sycophanta: καὶ μὴν προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἐνθαδὶ ὁ βȣλόμενος. *atqui accedat ad me vestrum aliquis.* In quibus subintelligendum est ad sensus integritatem: *quamuis adeo audacter mihi imperetis, vt vestem deponam et calceamenta; accedere tamen ad me, et manus mihi iniicere nemo vestrum audebit.* Sic paulo infra, 81) cum Sycophanta dixisset, ἄπειμι, τὸν ἰσχυρὸν τȣ̃τον θεὸν ἐγὼ ποιήσω τήμερον δȣ̃ναι δίκην. Ad quae alter: καὶ μὴν ἐπειδὴ τὴν πανοπλίαν τὴν ἐμὴν ἔχων βαδίζεις, εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχε. i. e. *vt sint haec, quae dicis, tamen ad balneum te velociter confer.* Quorum verborum sensus est: *quanquam adeo nobis minaris, nihil tamen proficies: quare* ad balneum te confer. Et infra, in eadem fabula, 82) inducitur ἡ γραῦς dicens: ἐγὼ δὲ τί ποιῶ; ad quae Cario: τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα, λαβȣ̃σ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε σεμνῶς.

80) v. 927. 81) v. 952. 82) v. 1199. seqq.

νῶς. Poſt quae, cum ἡ γραῦς nonnulla interpoſuiſſet, ad eaque reſpondiſſet ὁ Καρίων, demum ὁ Καρίων inquit, καὶ μὴν πολὺ τῶν ἄλλων χυτρῶν τἀναντία αὐταῖ ποιοῦσι. In quibus καὶ μὴν, cum ſuperioribus illis verbis continuatur, τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε, i. e. *ollas, quibus Plutum Deum ſtatuemus, ſuper caput geſtabis, quanquam ollis iſtis contra quam reliquis accidit.*

Videtur etiam accipi pro ἀλλὰ μὴν, in eadem fabula: [83]) vbi inducitur Sycophanta, qui dicit de ſe: ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλόπολις πάσχω κακῶς. Quibus obſtans alter interlocutorum dicit: σὺ φιλόπολις καὶ χρηστός; poſt quam interrogationem vrget Sycophanta, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ. Quae Sycophantae verba euertere intendens qui cum eo diſputat, ſubiicit: καὶ μὴν ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι, γεωργὸς εἶ; ἀλλ' ἔμπορος; τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; Quorum ſingula cum negaſſet Sycophanta, et confeſſus eſſet; ſe ex curioſis negotiationibus victum quaerere, infert ille: πῶς οὖν ἂν εἴης χρηστὸς, ὦ τοιχωρύχε. Quorum verborum ſenſus eſt: *Si tu probus vir eſſes, exerceres vtique aut agriculturam, aut mercaturam, aut artem quampiam aliam: ſed nullam harum exerces, ergo fieri non poteſt, vt vir probus ſis.* Antecedens et euerſis eius continetur implicite in interrogationibus γεωργὸς εἶ, ἢ ἔμπορος; etc. Quibus extorquet ab aduerſario confeſſionem antecedentis. Euerſionis autem ſignum eſt vox καὶ μὴν, quae pro ἀλλὰ μὴν accipitur, vt dictum eſt. Conſequentis autem illatio cum interrogatione fit in illis verbis:

καὶ μὴν, pro ἀλλὰ μὴν.

83) v. 901.

bis: πῶς ὖν ἂν εἴης χρηστὸς, ὦ τοιχωρύχε; potest tamen καὶ μὴν *aduersatiue* etiam accipi, vt καί τοι, pro destructione eius, quod dixerat Sycophanta, *se probum virum esse*: vt dicat, qui contradicit: καὶ μὴν ὖτε γεωργὸς εἶ, ὖτε ἔμπορος etc. *atqui neque agricola es, neque mercator.* Qui tamen sensus ad supra dictam argumentationem reuocatur. Vnde patet, particulam hanc modo simpliciter esse *aduersatiuam*, modo *cum argumentatione*, vt dictum est de καί τοι particula.

Iam enim alibi quoque adnotauimus, particulis fere omnibus, praeter natiuam vim et significationem, qualitates etiam alias quasdam accidere, quae non mutare, sed augere cuiusque significationem dicendae sunt, vt de proposita particula dicimus: quae, cum aduersatiua sit, tamen praeter vim aduersandi fit, vt interdum etiam ratiocinatiuae locutioni seruiat.

Ponitur etiam ἀποστατικῶς particula haec, cum rem insperato et de improuiso accidentem significare volumus. Tunc vero aduersatiua vis supprimitur, propter defectum cuiusdam vocis subintelligendae, vt apud Aristoph. in Pluto, [84]) anus illa superius dicta inducitur dicens: καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται. Cuius locutionis sensus est: *quanquam ego minime sperabam adolescentem ad me amplius rediturum, attamen ipse nunc aduenit.* In quibus omnibus huiusmodi locutionibus, si suppleatur aliquid, facile aduersatiua vis huius particulae semper apparebit.

καὶ μὴν, in principio clausulae. Adhibetur etiam in principio clausulae pro ἀλλὰ μὴν, vt apud Isocratem in Panegyr. [85]) vbi

84) v. 1039. 85) p. 92.

vbi cum probasset, *Athenienses auctores hominibus fuisse bonarum artium et agriculturae, postea, quod quis dicere posset, quid hoc tanti refert?* subiungit Isocrates: καὶ μὴν ὅσης προσήκει τιμῆς τυγχάνειν τοὺς τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους, πάρεργον διδάσκειν. Qui sensus magis competit τῷ ἀλλὰ μὴν propter ἀλλὰ deriuationem ab ἄλλο nomine, vt suo loco dictum est. Quo fit, vt hae particulae conueniant in hoc, quod *superaddendi sensum* habent, propter καὶ et ἀλλὰ notionem, quibus primo haec vis et notio inest [86]).

## καὶ δή.

Καὶ δὴ vox ex καὶ et δὴ constat, in qua δή, tametsi subiungitur, eo quod natura numquam praeponitur, tamen in hoc aggregato potior est: quippe cum tota vis aggregati in eo consistat, significetque idem, quod ἤδη, i. e. *iam*, et *mox*. Aristoph. in Pluto: [87]) καὶ δὴ βαδίζω, i. e. *mox et iamiam pergam*. Et in Auibus: [88]) καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω. Vbi δὴ, per se, idem quod καὶ δὴ, praestare posset, hoc modo: πρῶτα δὴ τοίνυν διδάσκω etc. ac si dixisset: ἤδη τοίνυν πρῶτα διδάσ- καὶ δή.



86) est etiam καὶ μὴν asseuerandi particula, v. c. Theoph. Char. c. I. καὶ μὴν οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διέξῄει, *haec profecto mihi non narrauit.* καὶ μὴν καὶ est *quin etiam*, quod et simpliciter καὶ μὴν significat. Theophr. Char. c. 3. καὶ μὴν ταῦτα λέγων πρὸς τὸ οὖς προσκύπτων ψιθυρίζει, *quin etiam haec in aurem susurrat.* Iunctum porro primae personae, respondet latino *equidem*. Plato Sympos. ab init. καὶ μὴν ἔναγχός σε ἐζήτουν. *Equidem te modo quaerebam.* cf. Viger. Idiotism. c. 8. Sect. 7. §. 18. 19.

87) v. 227.

88) v. 551.

διδάσκω. Demosth. de Pace [89]): τρίτον δ' ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ μόνον ἓν τοῦτ' εἰπὼν ἔτι, καὶ δὴ καὶ περὶ ὧν παρελήλυθα ἐρῶ. Apud Platonem etiam καὶ δὴ λέγω, pro *iamiam dicam*, inuenitur. Eodem fere modo accipitur vox καὶ δὴ, in illo Demosthenis: [90]) ὡς, ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, i. e. vt Budaeus interpretatur, *quasi vero si quis de altero dicere occupasset, quae sibi inesse vitia nosset, continuo ita futurum esset, vt alteri inessent ipsa.* Cuius graecae locutionis posteriorem illam partem, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, recte idem Budaeus pro καὶ δὴ εὐθὺς τούτων οὕτως ἐχόντων, accipienda sensit. Quippe cum in distributione constructionis particula ὡς ad verbum aliquod referatur, et εἰ particulam subintelligendam respiciat; vt sit ordo ambitus, ὡς εἰ καὶ δὴ ταῦτα οὕτως εἶχε. Quam particulam ex accusatiuo participii non possumus elicere, sicut ex genitiuo plagiasmi ὡς δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων. Qui plagiasmus suapte natura in verbum et εἰ conditionalem resoluitur. Alibi etiam in eodem sensu vtitur καὶ δὴ voce Demosthenes, [91]) τὰς μὲν συμφορὰς πάντα τὸν χρόνον κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας, τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον, καὶ δὴ λελυμένας, i. e. *protinus solutas et reuocatas*, seu *abrogatas*. Sic Gregorius εἰς Βασίλειον. ἓν δὲ ἢ δύο εἰπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι, i. e. *continuo ad eum me conuertam.* Significat itaque vox καὶ δὴ, *continuo* et *protinus*: tametsi in Demosthenis verbis illis καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, parti-

καὶ δὴ, protinus.

89) p. 22. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 59.

90) de Corona, p. 351. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 318.

91) in Leptin. p. 370. A Edit. Reisk. Vol. I. p. 476.

particula δὴ, βεβαιωτικῶς etiam intelligi poſſet,[92]) vt dicat: *quaſi vero, ſi quis alteri, quae ſibi inſunt vitia obiecerit, re vera ita eſſe cenſeretur.* In reliquis vero expoſitis exemplis ſenſus hic particulae δὴ non congruit.

## Κἆν.[93])

Κἆν vox ex καὶ et ἂν conſtat, eſtque formalis nota, in qua ἂν modo in ſua ſignificatione manet, modo pro ἐὰν *conditionali* accipitur. Quando itaque in ſua ſignificatione manet, tunc vox κἂν vehementiore ſpiritu profertur, conſtruiturque omnibusque verbalibus modis, quibus ἂν particulam conſtrui dictum eſt. *Indicatiuo* videlicet, vt apud Sophocl. in Aiace:[94]) κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ. Et apud Demoſth.[95]) ἐπεὶ δικαίαν εἰρήνην καὶ ἴσην καὶ μηδὲν πεπρακότας ἀνθρώπους, κἂν ἐπῄνουν καὶ ἐστεφάνουν ἐκέλευον. *Optatiui* vocibus iunctum eſt, in illo Ariſtoph. in Nebulis:[96]) κἂν προσκαταθείην γ', ὥς τ' ὀμόσαι, τριώβολον. In quibus locutionibus κἂν ſic diſtribuitur: καὶ ἐξέπραξεν ἄν. et καὶ ἐπῄνουν ἄν. et καὶ προσκαταθείην ἄν. vbi ἂν actum tollit, et potentiam ſupponit.

Cum vero ἂν pro ἐὰν accipitur, remiſſo ſpiritu profertur, conſtruiturque vox κἂν cum *optandi*

 voci-

92) quae quidem particulae huius propria vis eſt. Ariſtoph. Nub. v. 903. αἰβοῖ. τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν, *procedit ſane iſtud malum* Noſtrates dicunt: *das Ding ſieht wahrhaftig böſe aus.*

93) ſed κἂν, ſine iota ſubſcripto, eſt καὶ ἂν.

94) v. 45. hoc, et illud alterum exemplum ex Ariſtoph. iam protulit Thom. M. in γ. ἄν.

95) de falſa legat. p. 245. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 448.

96) v. 1237.

vocibus, vt apud Isaeum: [97]) ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένοι τὶς οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη; tum *Subiunctiuo*, pro *etsi*, i. e. *an si*, vt apud Demosth. [98]) κἂν ἀναγκασθῇ πȣ συντυχεῖν, ἀπεπήδησεν εὐθέως. Sic alibi: πότερ' ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνηται ἢ κἂν ἀδικῶν σκοπεῖτε, i. e. *vtrum si innocens sit, an etiam, si nocens, et poenae obnoxius.*

κἂν εἰ. Iungitur item huic voci conditionalis εἰ, et fit κἂν εἰ, in qua voce particula κἂν pro simplici καὶ accipitur, et idcirco *Indicatiui* et *Optandi* vocibus adhaerescit, quibus εἰ conditionalis conuenit. Demosth. [99]) κἂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχεν, ἐκεῖνο δὲ μὴ προσῆν, *etsi omnia haec adessent. Optandi* voci iunxit Aristot. [1]) κἂν εἰ βίᾳ κινηθείη, καὶ φύσει, *quod si vi moueri potest, etiam natura moueri poterit.* Sic Demosth. [2]) νῦν δέ μοι δοκεῖ, κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκῃ τὶς τῶν πεπρεσβευμένων αὐτῷ. In quo exemplo voce κἂν εἰ interrupta κατὰ τμῆσιν vsus est.

κἂν εἰ μή. Praeponitur et negatiuae conditioni εἰ μή, particula κἄν, et fit κἂν εἰ μή, *etiamsi non:* in qua voce particula κἄν, itidem pro simplici καὶ accipitur. Aristot. κἂν εἰ μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀλλὰ διὰ ταύτην, i. e. καὶ εἰ μή, *etsi non desinitis*, vel, *quamquam*, aut *quamuis non desinatis.*

K' ȣ̓δ' ȣ̓ν.

97) Orat. VI. ap. H Steph. X. Rhet. parte altera p. 66.

98) de falsa legat. p. 229. B. Edit. Reisk. V. I. p. 411.

99) de falsa legat. p. 238. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 432.

1) Lib. I. de Anima Opp. Tom. III. p. 461.

2) in Midiam, Edit. Reisk. Vol. I. p. 530. vbi ita legitur: νῦν δέ μοι δοκεῖ, κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκοι τις τὰ προσήκοντα ποιεῖν.

## Κ' ὀδ' ὖν.

Κ' οὐδ' οὖν, quatuor sunt particulae, καὶ, ὀυ, δὲ, ὖν. Aristoph. in Auibus: 3) κ' ὀδ' ὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν, ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, ἀλλ' et reliqua. Quarum particularum priores duae, verbo παρέθεντο tribuuntur, καὶ ὀ παρέθεντο. Reliquae duae εἴπερ conditionem subsequuntur, εἴπερ δ' ὖν ταῦτα δοκεῖ δρᾶν. Erit itaque ordo verborum, καὶ ὀυ πάρέθεντο ὑμᾶς ὀπτησάμενοι εἴπερ δ' ὖν δοκεῖ ταῦτα δρᾶν. In quibus vox δ' ὖν, pro γοῦν, quod est μειωτικῶς audiendum et tribuendum verbo, καὶ ὀ παρέθεντο γοῦν ὑμᾶς ὀπτησάμενοι, ἀλλὰ etc. vel potius pro ὅμως, vt sit εἴπερ ὅμως. Vide vocem δ' ὖν. κ' ὀδ' ὖν.

## Μά.

Μὰ iurandi particula, quam per se positam, negare, docet Budaeus, 4) afferens exemplum ex Pluto Aristoph. 5) in quo introducitur quidam Sycophantae obiiciens: ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τοιχωρύχων; ad quae respondet Sycophanta, μὰ Δί', ὖμενον. Quod alibi 6) quoque confirmat, vocem μά.



3) v. 531.

4) Comment. gr. l. p. 490. Contrarium docet *Thomas* M. τὸ μὰ, ἡ προσκειμένην ἔχει τὴν ἄρνησιν ἡ νομιζμένην. καὶ τοῦτο μὲν ἐυρηται διάλυ. Hunc sequitur *Iensius* Lect. Lucian. lib. II. c. 16. p. 251. *Berglerus* autem ad Alciphron. lib. II. epist. 4. μὰ, inquit, alias vsitate, negantis particula iurandi, hic in affirmatione, quod raro fit, non desunt tamen exempla. Nobis quidem videtur μὰ et νὴ in iurandi formulis nihil aliud indicare, quam haec verba, *ego vero iuro*. Negandi autem, affirmandique modus pendet a particulis ὀ et ναὶ aut appositis, aut e contextu orationis colligendis.

5) v. 870.

6) Comment. gr. l. p. 469.

vocem νή Δία interpretando, afferens, fic dici ἐν τῇ καταφάσει, τὸ, νὴ Δία, vt ἐν τῇ ἀποφάσει, τὸ, μὰ Δία. Vt autem concedamus, particulam hanc per fe negare, ex fupra dicto tamen Ariftophanis exemplo nequaquam id dicere poffumus, quippe cum ibi vox μὰ Δία, non per fe, negatiuam locutionem efficiat, fed auxilio negationis fubfequentis in ἔμενον. Eft autem iurandi haec particula tam *affirmationi*, quam *negationi* communis, et vt voces, quae μέσαι apud graecos appellantur, fi aliquid addatur, bonum vel malum fenfum habent: fic particula haec affirmationis vel negationis appofitione, aut affirmatiuam aut negatiuam locutionem efficit. *Negatiuam* quidem, vt apud Homerum: [7]) ὀ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα. *Affirmatiuam* vero, vt apud Ariftoph. in Pluto: [8]) ἀπὸ τῶν ἐμῶν γὰρ, ναὶ μὰ Δία, δειπνήσετον. Et apud Homerum Iliad. ά. [9]) Quod exemplum afferens Budaeus, et Xenephontis item aliud, in quibus ναὶ μὰ Δία, pro νὴ Δία accipitur: tamen in his omnibus μὰ particulam fuperuacaneam effe docet, in qua tamen vis iurandi confiftit. Etenim ναὶ et ὀ non *iurandi*, fed *affirmandi* et *negandi* funt notae. Affirmationi itaque fociata μὰ particula, *affirmatiuum iusiurandum* efficit, negationi autem *negatiuum*. Verum, quia vt plurimum negationem annexam habet, idcirco negatiuae nomen obtinuit, cum tamen per fe affirmatiua fit, vt apud Ariftoph. in Pluto, [10]) interrogat quidam feruum: σὺ δὲ πῶς ἑώρας, ὦ κάκις' ἀπολούμενος; ad quae refpondet feruus: διὰ τοῦ τριβωνίου. ὀπὰς γὰρ

7) Iliad. ά. v. 86.

8) v. 891.

9) v. 234. ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον.

10) v. 713. feq.

γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία. Vbi μὰ τὸν Δία plane pro νὴ τὸν Δία accipitur, cum iusiurandum affirmatiuum sit, negatioque in οὐκ ὀλίγας, illud non faciat negatiuum, sed nomen ὀλίγας, in suum conuertat oppositum: nam idem valet οὐκ ὀλίγας, quod πολλάς. Porro, quando negationi iungitur, tunc negatio interdum quidem praecedit, vt in praecedenti Homeri exemplo, οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα. Et apud Aristoph in Pluto: [11]) οὔτοι, μὰ τὴν Δήμητρα, χαιρήσεις ἔτι, et multis aliis in locis. Plerumque tamen subsequitur, vt in exemplo Xenophontis, quod affert Budaeus [12]), vbi agit de μή τοι particula: διπλῆν ἡμῖν δίκαιον καὶ τὴν εὐωχίαν παρέχειν, μὰ Δί', ἔφη, μή τοιγε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Vbi, tametsi μή τοι pro οὔτοι interpretatur Budaeus, non tamen animaduertit, negationem hanc esse causam, cur μὰ Δία negatiuum sensum habeat. Et idcirco docet, μὰ Δία per se negare, μή τοιγε vero ornatus causa negationem duplicare. Negatio autem refertur ad id, quod supra dixit, δίκαιον διπλῆν τὴν εὐωχίαν παρέχειν, quod intendit negare. Subsequentis autem negationis exempla non pauca inuenies apud auctores. Aristoph. [13]) μὰ τὸν Ἀπόλλω οὔκ, ἤνγε μὴ ὀμόσῃς ἐμοί. Idem in Nebulis: [14]) μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν Ἀέρα, οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα. Et in Auibus: [15]) μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, μὴ 'γὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω, et pluri-



11) v. 64.
12) Comment. gr. l. p. 478.
13) in Thermoph. v. 276.
14) v. 627. seq.
15) v. 194.

plurimis aliis in locis. Praecedit etiam negatio apud Demosthenem: [16]) ἀλλ' ὀυκ ἐστιν ὅπως ἡμάρτετε, ὀυ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι παρακινδυνεύσαντας. Vbi negationem ὀυ abundare ait Budaeus, et μὰ per se negare, applicans huic exemplo regulam; quod negationes interdum redundent apud Atticos. Quae regula nihil ad rem facit: quippe cum hoc loco negatio minime superflua sit, sed ex praecedentibus repetatur, et orationi integritatem tribuat. Quae si deesset, ex praecedentibus vtique supplenda et subintelligenda esset.

Nonnunquam negatio et *praecedit* et *subsequitur*, vt in Pluto Aristoph. [17]) vbi, cum dicat Sycophanta, ὀυκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν ὀυδενί, respondet alter: μὰ τὸν Δία ὄυκουν τῷ γε σῷ, σάφ' ἴσθ' ὅτι. Interdum negatio *neque subsequitur*, *neque de proximo particulae* μὰ *apponitur*, sed remotius petenda est, et huic applicanda, vt apud Aristophan. in Pluto: [18]) vbi inducitur seruus cum hero colloquens, ὀυ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε; ad quae herus: μὰ Δί', ἀλλ' ἀφελὼν τὸν στέφανον, ἢν λυπῇς τί με, ἵνα μᾶλλον ἀλγῇς. Repetenda enim est tota negatiua locutio, μὰ Δί' ὀυ τυπτήσω σε ἔχοντα τὸν στέφανον, ἀλλ' ἀφελὼν τὸν στέφανον τυπτήσω σε. *minime te coronatum caedam, sed corona priuatum caedam.* Quia igitur negatio non apponitur expresse, idcirco μὰ videtur per se negatiua esse. Aliud exemplum, supradicto simile, habemus in eadem fabula: [19]) vbi, cum ad Pluti coeci petitio-

16) de Corona, Edit. Reisk. Vol. I. p. 297.
17) v. 889. seq.
18) v. 21. seq.
19) v. 100. seq.

tionem, in illis verbis contentam, ἄφετόν με νῦν, respondeat Chremylus: μὰ Δί', ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεσθά σου, ex ἀλλὰ, coniunctione, monemur, verbum supra adhibitum, cum negatione repetendum esse: μὰ Δί' οὐκ ἀφήσομεν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεσθα, *nequaquam te dimittemus, immo magis quam antehac detinebimus.* Eiusmodi autem suppressio negationis, negatiuum nomen μὰ particulae tribuit. Sic infra in eadem fabula, [20]) interrogatus Chremylus, *cur Plutum cum amicis non communicaret?* respondet, οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. Post quae interponit, qui cum illo loquitur, τί φής; οὐ τῷ μεταδοῦναι; at ille pergit, μὰ Δία· δεῖ γὰρ πρῶτα. Connectens scilicet μὰ Δία, tam cum praecedente illa negatione οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ, quam cum posteriore hac, οὐ τῷ μεταδοῦναι, vt sit totus sensus: *nondum eo loci res est, vt cum amicis Plutum communicare possim.* Cuius causam subiungit, δεῖ γὰρ πρῶτα etc. Paulo infra in eadem fabula, [21]) eadem particula praecedentem negationem respicit, vbi, cum inducantur interlocutores, *medicum quaerentes ad curandam Pluti coecitatem*, negat Chremylus, *inueniri posse medicum idoneum, qui hoc praestare possit:* ἀλλ' οὐκ ἔστι, supple ἰατρός. Idem negat, qui cum eo loquitur, οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ, post quae subdit Chremylus: μὰ Δί' ἀλλ' ὅπερ πάλαι παρεσκευαζόμην ἐγὼ, κράτιστόν ἐστι. Negans enim, *quemquam esse medicum, qui hoc praestare possit, quod pridem ipsi in mentem venerat, agendum esse affirmat.* Sic in Ranis [22]), cum quidam dicat: οὐδὲν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει, respondet alter, μὰ τὸν Δί', ἀλλ'

20) v. 399. seq. 21) v. 409. seq. 22) v. 675. seq.

ἀλλ' ἤδη πάρεχε τὴν γαστέρα. In quibus repetenda est tota superior locutio, μὰ τὸν Δία ἐδὲν, ποιῶ. *Nihil mehercule efficio, quare ventrem praebe.* Quandoque etiam *negatiue accipitur* vox μὰ Δία, propter causam negatiuam, quae subsequitur, vt apud Plutarch. [23]) περὶ ἀδολεσχ. de Aristotele Philosopho: ἑτέρῳ δέ τινι τοιέτῳ μετὰ πολλὲς λόγες εἰπόντι, κατηδολέσχησά σε Φιλόσοφε. μὰ Δί' εἶπεν. ἐ γὰρ προσεῖχον.

Aduertendum praeterea, in illo Aristophanis μὰ Δί', ἀλλ' ἀφελὼν τὸν ςέφανον, μὰ Δί', ἀλλά, non esse formam aggregatam, sed μὰ Δία praecedens, aliquid *negare*, ἀλλὰ vero aduersari his, quae per μὰ Δία negantur, quod fit etiam in νὴ Δί' ἀλλὰ, vt suo loco docetur.

## CAPVT XIII.

## DE PARTICVLA μὲν et compositis.

μέν. Μὲν, per se, sine δὲ subsequente, περιγραφικὸν [24]) est, vt γε. Demosth. de Chersoneso: [25]) καὶ ἔγωγε αὐτὸς μὲν τεθνᾶναι μᾶλλον ἂν, ἢ ταῦτ' εἰρηκέναι βελοίμην. vbi ἔγωγε, et αὐτὸς

23) Opp. Tom. II. p. 503. B.

24) h. e. *limitatiuum*, vt *quidem* apud lat. additum pronominibus personarum *ego, tu, ille, nos, vos.*

25) p. 40. C. Edit. Wolff. et Reisk. Vol. I. p. 102. in vtraque μὲν post αὐτὸς non legitur. Sed eadem verba in Philippica IV. iterum occurrunt, et ibi p. 55. C. legitur ἔγωγε αὐτὸς μὲν, sed edit. Reisk. p. 138. μὲν non habet.

αὐτὸς μὲν, ἐκ παραλλήλε posita, augent τὸν περιορισμὸν, εἴγεν, τὴν περιγραφήν. In eo autem, quod sequitur ἐ μὴν ἀλλ' εἴτις ἄλλος λέγει καὶ ὑμᾶς πείθει, quamuis τὸ, ἐ μὲν ἀλλὰ, pro δὲ accipitur, non tamen huic μὲν respondet, sed alii μὲν, supra posito, in illis verbis, αἰσχρὸν μὲν νὴ τὸν Δία καὶ ἀνάξιον ὑμῶν. Cui μὲν post multa interposita, respondet praedictum ἐ μὴν ἀλλὰ, quod pro δὲ accipitur. Itaque περιγραφικὴν et περιοριστικὴν δύναμιν habet μὲν particula, per se posita. Cuius vsus exempla non desunt apud auctores. Aristoph. in Pluto: [26]) ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι. Quod μὲν ad nullum δὲ refertur. Idem in Pace: [27]) ὅτω μὲν ἐκκαλύψομαι· dixit ὅτω μὲν, pro ὅτω δή. Cum autem respondet τῷ δὲ, vel τῷ ἀλλὰ, vel τῷ ἐ μὴν ἀλλὰ, vel alii huiusmodi voci, quae pro δὲ accipiatur, tunc *concedendi*, seu *aliquid ponendi* vim habet, quod tamen oppositi vel diuersi cuiusdam affirmatione sub δὲ particulae ductu destruitur, vt apud Demosth. in exordio τῷ περὶ τῶν ἐν χερῥονήσῳ. [28]) ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὲς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν· ἐπειδὴ δὲ ἔνιοι, et quae sequuntur. Et in exordio τῷ περὶ τῆς εἰρήνης. [29]) ὁρῶ μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δυσκολίαν ἔχοντα, et post multa: ἐ μὴν, ἀλλὰ καίπερ etc.

Habet etiam vim *concedendi*, etiamsi *non* remoueatur id, quod sub δὲ particula subditur. Inter-

26) v. 58.

27) est in Auibus v. 1503.

28) Edit. Reisk. Vol. I. p. 90.

29) Edit. Reisk. V. I. p. 57.

Interdum enim *vniuerſale* aliquod proponentes ſub μὲν particula, poſtea ſub δὲ, *ſtrictius* aliquod ſubiicimus, vt in illo Iſocratis: [30]) ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεςῶσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπȣδαίων γνώμας πολὺ δὲ μεγίςην διαφορὰν εἰλήφασιν etc. Sic Demoſth. [31]) ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν, φανερὰν γενομένην τῇ πόλει. ȣ̓χ ἥκιςα δὲ, ἐν τοῖς παρȣ̃σι πράγμασι.

Plerumque autem praedictae particulae ſibi reſpondentes διαφορικῶς intelliguntur, vt quae differentia ſeu diuerſa vel oppoſita ſeiungunt. Demoſth. κατὰ φιλία. [32]) ἀλλὰ διαμένω λέγων ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πολλὸν ἔλαττον εἰμὶ· ὑμεῖς δὲ εἰ ποίθοιθέ μοι μείζȣς ἂν εἴητε. Et paulo infra: [33]) ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πρῶτος ὑμῶν ἔσομαι, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων ὕςατοι. Et rurſus: [34]) ἐπ' ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ βαδιεῖται, ἐπὶ τȣ̃το δὲ τῷ λόγῳ δεῖ προάγειν. Et alibi: [35]) ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύσκολος καὶ δύςροπός εἰμι. Φίλιππος δὲ etc. Cuius vſus exempla fere innumerabilia ſunt apud auctores.

μὲν omiſſum. Fiunt autem huiusmodi oppoſitiones interdum per ſolam δὲ, ſine praecedente μὲν. Demoſth. [36]) ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δὲ ἐτελόμην. Sic Hippocr. ὁ βίος βρα-

30) ad Demonicum ſtatim ab initio.

31) initio ſecundae Olynthiacae. p. 18. Edit. Reisk.

32) eſt in Orat. περὶ τῶν ἐν χεῤῥον. Edit. Reisk. Vol. I. p. 107.

33) p. 107.

34) p. 107. ſeq.

35) Philipp. II. Edit. Reisk. Vol. I. p. 73.

36) de Corona Vol. I. p. 315.

βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. vt dictum est, vbi de δὲ agitur.

Non minus frequens est vsus harum particularum ἐν τοῖς μερισμοῖς, praecedentibus articulis, vt in illis Iliad. χ. 37) ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ. Et millies alibi apud auctores. Cuius sensus sunt quoque illa vocum paria, τὸ μὲν, τὸ δὲ, et τὰ μὲν, τὰ δὲ, et τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, quae aduerbialiter pro *partim*, *partim*, vel *cum*, *tum* accipiuntur, vel *primum*, *deinde*; quorum exempla vide apud Budaeum 38).

Eo autem modo sibi inter se respondent supra dictae particulae, vt μὲν semper *praecedat*, δὲ *subsequatur*: tametsi per se quoque stare possit δὲ, non solum μεταβατικῶς, sed etiam διαφορικῶς, vt paulo ante dictum est.

Nonnumquam autem post *duo* μὲν, *duo* δὲ inueniuntur in duplici diuisione seu oppositione; vt in Exordio τοῦ κατὰ Φιλίππου, α' 39). Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον. εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γινώσκω, λέγειν· ἐπειδὴ δὲ etc. vbi prius μὲν posteriori δὲ, posterius priori respondet.

In partitionibus etiam, duobus quibusdam praepositis, τὸ μὲν, ad prius positum, τὸ δὲ autem ad posterius refertur. Aristot. in IV. Ethic. 40)

ἴδοι

37) v. 149-151.

38) Comment. gr. l. p. 567. adde Vigerum Idiot. c. 1, §. 16.

39) p. 14. Edit. Reisk. Vol. I. p. 40.

40) Opp. Tom. V. p. 278.

ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν, τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον, ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον, ἡ ὑπόνοια. Vbi τοῖς μὲν refert τῶν παλαιῶν, quod prius pofitum eft, ταῖς δὲ, ad καινῶν refertur, quod pofterius eft. Quod Ciceronem quoque feciffe Budaeus affirmat [41]).

## Μέν τοι.

μέν τοι. Μέν τοι vox, ex μὲν et τοι, vtroque affirmantis figno, *affeuerandi* vim habet. Xenoph. [42]) ἐδενὸς γὰρ ὁρκίζοντος, ἀεὶ ὀμνύοντες καλόν με φατὲ εἶναι. κἀγὼ μέν τοι πιςεύω, pro κἀγὼ δήπε. Dicitur faepe *cum quodam vehementi affectu*, qui ex eo, quod repetentes id, quod aliquis propofuit, hac voce vtimur, deprehenditur. Xenoph. [43]) ἦ καὶ ἐμὲ ἐν, ἔφη ἡ γυνὴ, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; δεήσει μέν τοι σε, ἔφην ἐγὼ, ἔνδον μένειν. Ariftoph. hanc vocem cum νὴ Δία fociauit ἐν Εἰρήνῃ, [44]) ad augendam affeuerationem: Τρ. κάκις' ἀπόλοιο παιδάριον αὐταῖς μάχαις. τῦ καί ποτ' εἶ; Πα. ἐγώ; Τρ. σὺ μέν τοι νὴ Δί'. Quam vocem Budaeus per *vero* Ciceronem expreffiffe docet, illudque Xenophontis δεήσει μέντοι, *te vero, inquam*, interpretatur. Dicitur etiam cum affectu, licet nihil, quod dictum fuerit, repetatur. Xenoph.

41) Interdum etiam μὲν et δὲ bis ponuntur in vna periodo. Ifocrat. Panegyr. p 102. οἱ πρόγονοι μὲν τῶν νῦν ἐν Λακεδαίμονι βασιλευόντων, ἔκγονοι δ' Ἡρακλέυς, κατῆλθον μὲν εἰς πελοπόννησον, κατέσχον δ' Ἄργος καὶ Λακεδαίμονα, καὶ Μεσσήνην, etc. Sic ap. Chariton. III.4. 49. I. ἐπὶ μὲν τὸ βῆμα· κάτω δὲ σὰς τὸ μὲν πρῶτον. ad quem locum vid. Doruillius.

42) Sympof. c. IV. §.10. Edit. Bachi.

43) Oeconom. c. VII. §.35. Adde Vigerum Idiotism. c. 8. fect. 8. §. 12.

44) v. 1287. feq.

noph. [45]) καὶ ἀνάσχȣ μέντοι, ὦ σοφιςὰ, ἐλεγχόμενος. vbi nescio, an recte Budaeus senserit ornatus vel explendae orationis gratia, esse hanc vocem vsurpatam, praesertim, cum illam eodem modo, quo supra interpretetur. Quod enim mox sequitur apud Xenoph. νὴ δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἀνεχέσθω μέντοι. *et patere tu quidem o Sophista, te conuinci. Patiatur vero, inquit Socrates*, latine reddidit. In quo exemplo repetitio verbi ἀνέχεσθαι superioribus exemplis suffragatur.

Μέν τοι etiam pro ἀλλὰ et δὲ, *aduersatiua* accipitur, quando plerumque μὲν particulae respondet. Aristot. [46]) λέγȣσι δὲ τȣ̀ς κηφῆνας, κηρία μὲν πλάττειν καθ' αὑτȣ̀ς μελιτȣργεῖν μέντοι ȣ̓δὲν. Quod et *verum* et *caeterum* latine dici Budaeus docet, pro ἀλλ' ȣ̓δὲν μελιτȣργεῖν, *vel* μελιτȣργεῖν δὲ ȣ̓δὲν. Dicitur et sine praecedente μὲν. Aristoph. [47]) περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέν τοι μηδ' ἐπιλείπειν. Vbi pro αὖθις, i. e. *rursus*, et *vice versa* positum esse, docet Budaeus, nec non pro *etiam* accipi, quemadmodum vocem *vero* apud Ciceronem. Quanquam mihi quidem pro ἀλλὰ hic quoque accipi videtur, vt sit, μὴ μέν τοι μήδ' ἐπιλείπειν, pro ἀλλ' ȣ̓δ' ἐπιλείπειν.

μέν τοι, pro ἀλλὰ, et δὲ.

Subsequitur quandoque vocem hanc particula ἂν, quae, tametsi ad verbum aliquod refertur, tamen eo, quod immediate apponitur τῷ μέντοι, componi cum illo videtur, quod et Budaeus tradidit; quanquam vel ἐκ τῶν προσῳδιῶν,

μέντ' ἄν.

45) Sympos. c. IV. §. 4.

46) Hist. Anim. lib. IX. Opp. Tom. III. p. 275.

47) in Pluto, v. 554. *ei nihil superesse, at nihil etiam deesse.*

διῶν, [48]) quibus hoc aggregatum μέντ' ἂν scribi recepimus, non compositam vocem μέντ' ἂν, sed voces appositas esse constat, quarum μέντοι asseuerandi, ἂν vero (vt de ipso dictum est,) actum tollendi facultatem habet. Vsus harum vocum frequens est. Demosth. [49]) δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον. Idem, [50]) μαίνοιτο μέντ' ἂν, vbi τὸ ἂν verbo ἀπέθανον tribuendum, ἀπέθανον ἂν, i. e. *morte affectus fuissem.* Sic μαίνοιτο ἂν, i. e. *furore agitaretur.* Quare non vt formalis nota describendum est τὸ μέντ' ἂν, cum partes eius ad diuersa referantur [51]).

## Μὲν οὖν.

μὲν οὖν. Μὲν οὖν, duae voces, plerumque *transitioni* seruiunt, quae a M. Tullio, vt Perionius recte monet, verti solent illis latinis particulis *et quidem*, interposita fere aliqua voce. Alias *atque ita*, alias *itaque:* quasi illud μὲν redundet. [52]) Interdum vero idem auctor has voces vnica illa interpretatur *igitur*, nulla habita ratione particulae prioris μὲν, vt

48) h. e. pro distinguendi ratione in scribendo.

49) de Corona, p. 343. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 297.

50) de falsa Legat. p. 218. A. Edit. Reisk. Vol. p. 384.

51) additur etiam nonnunquam γε, et coniunctim scribitur μέντοιγε, sed id significat quod μέν τοι. Aristoph. Thesmoph. v. 716. οὔπω μέντοιγε πέπαυμαι, nec-*dum sane desii.* Adde Viger. Idiotism. c. 8. sect. 8. §. 14.

52) Vigerus bene monet, μὲν οὖν non significare *quidem igitur*, raro *igitur.* Sed in periodorum initiis, voce tamen aliqua semper praemissa, commode reddi posse *et quidem*, *et vero*, *enimuero.* Praecedente particula εἰ, etiam verti posse *quodsi*, vel *et quidem si.* cf. eius Idiotism. c. 8. sect. 8. §. 15.

vt illud in Lib. de Vniu. quem ex Platonis Timaeo conuertit: νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω. *Nox igitur et dies ad hunc modum et ob has generata causas etc.*

Transitiones autem aut continuatiue fiunt, aut inchoatiue, ἀποστατικῶς seu ἐπιλογικῶς, qualis est apud Aristoph. in Pluto; [53]) vbi seruus, cum multa *de domini sui dementia, qui Plutum coecum sequeretur, conquestus esset*, subiicit ἀποστατικῶς: Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι etc. *atque equidem tacere nullo modo possum.* Demosth. [54]) post prooemium, quo attentionem captauerat, subiungit itidem ἀποστατικῶς. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μονονουχὶ λέγει; Φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι etc. cui respondet δὲ, eodem in loco: ἡμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Xenoph. [55]) continuatiue vsus est: Χαλεπὸν μὲν οὖν ἐστι τοὺς οἰκείους περιορᾷν ἀπολλυμένους, ἀδύνατον δὲ τοσούτους τρέφειν. *Ac difficile quidem est* etc. Signum autem inchoationis vel continuationis, est subiecti identitas vel diuersitas. Nam si de eodem subiecto fiat sermonis transitio, continuata esse dicetur: sin de alio, aut diuerso, inchoata κατ' ἀπόστασιν.

Significat etiam *immo*, et *immo vero*, quam saepissime, et postponitur fere semper aliis partibus orationis, [56]) sicut etiam τῷ πάνυ, aduerbio, πάνυ μὲν οὖν.



53) v. 18.

54) Olynth. I. p. 1. A.

55) Memorab. II. c. 7. §. 2.

56) Aristoph. Eccles. v. 760. ὡς ἀνόητος, ἦθ' ὤγαθ'. Ἀν. ἀνόητος; Φειδ. οὐ γάρ; ἠλιθιώτατος μὲν οὖν ἁπάντων. quam insanus es! VIR. insanus? PHID. Nonne? immo vero omnium stultissimus. Vid. Viger. Idiotism. l. c. §. 18.

bio, vt cum dicimus, πάνυ μὲν ὖν, adſentientes aliquid, i. e. *prorſus quidem*, *immo vero*. Rariſſime autem ipſum praeponitur τῷ γὲ, et fit μενῦνγε, i. e. *quin etiam*, *quin immo*.

μενῦνγε. μὴ μὲν οὖν.

Additur etiam μὴ particulae, et habet ſenſum limitatiuum, vt γέ. Ariſtoph. in Pluto, [57]) ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. Γυν. μὴ δῆτ' ἐμόι γ' ἐς τὴν κεφαλήν. Καρ. μὴ τἀγαθὰ, ἃ νῦν γεγένηται; Γυν. μὴ μὲν ὖν τὰ πράγματα. Vbi τὸ μὲν ὖν, pro γὲ, περιγραφικῶς accipitur, ſicut viciſſim τὸ γὲ pro μενῦν interdum, vt de γε dictum eſt.

ὐ μενοῦν.

Apponitur etiam τῷ ὐ, ἀποφατικῶς in proxime dicta ſignificatione, i. e. περιγραφικῶς, et fit ὐ μενῦν, quod Budaeus [58]) προπαροξυτόνως proferendum cenſet, qui Demoſthenis verba illa: ὐ μενῦν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ, *tum nulli alii dicendi locus erat*, vel *nulli certe*, latine reddidit. Apud Lucianum [59]) etiam, ὐ Θρασυκλῆς ὗτός ἐςιν; ὐ μενῦν ἄλλος, i. e. vt placet Budaeo, *profecto ipſe eſt*, *non alius*. In quibus tamen exemplis *immo*, et *immo vero* ſignificat τὸ μενῦν. Negatio autem verbo tribuitur in conſtructionis diſtributione, vt in ſupra dicto Demoſthenis loco, ὐκ ἦν μενῦν εἰπεῖν ἑτέρῳ, *immo nemini dabatur dicendi locus*. Et apud Lucianum, ὐ μενῦν ἄλλος ἐςὶν, ὐκ ἄλλος μὲν ὖν ἐςὶν, i. e. *immo nullus alius eſt*. Vnde patet, ὐμενῦν non vt vnicam vocem προπαροξυτόνως eſſe pronuntiandum, cum

57) v. 649. ſeqq.
58) Comment. gr. l. p. 485.
59) Timone c. 54. Opp. Tom. I. p. 169.

cum diuisim construatur: atque adeo neque vt formale signum describendum est in ordine ȣ̓ particulae: sicut nec μὴ μὲν ȣ̃ν. Pro ȣ̓ μὴν etiam et ȣ̓ μέν τοι vsurpatur interdum.

---

## CAPVT XIV.

## DE PARTICVLIS μέχρι, μέχρις, μὴ et compositis.

Μέχρι, quod et μέχρις dicitur, si vocalis litera subsequatur; [60]) quatenus *articuli relatiui genitiuis iunctum*, *compendium* affert *orationi*, in hac disputatione describitur, vt dictum est, vbi de ἄχρι agitur. Quibus autem praeterea partibus iungatur, vide Budaeum, [61]) et vocabulorum scriptorem: quorum vterque, vt cetera omnia, de his vocibus recte scripserit, sic non apte ἂν particulam his adiungi putauit, ita vt μέχρις ἂν, et ἄχρις ἄν, vt formales notas constituerit. Nam vt ἂν vocibus his apponatur, non tamen ipsis in constructionis distributione, sed verbo in vnaquaque comprehensione posito, tribuitur, idque multo magis, si genitiuus ȣ̃ interueniat, vt in exemplo, quod ex Athenaeo affert Budaeus, μέχρις ȣ̃ ἂν ὑπολαβὸν τὸ ὕδωρ κατενέγκῃ. Nec minus, si περ, particula, intercipiat locum medium inter μέχρις et ȣ̃, vt apud Aristotelem: μέχρι περ ȣ̃ ἂν εἷς ᾖ, i. e. *quousque vnus supersit*. Nam, etsi supra cap. 3. vbi

μέχρι. μέχρις ἄν. μέχρις ȣ̃. μέχρι περ ȣ̃.



60) Aelius Herodianus Philetaerus: ἄχρι καὶ μέχρι, ἄνευ τοῦ σ. τὸ δὲ σὺν τῷ σ. Ἰωνικόν. Vide supra in ἄχρι.

61) Comment. gr. l. p. 514. adde Vigeri Idiotism. c. VII. Sect. 9. §. 3-8.

vbi de ἂν agitur, dictum sit, hanc particulam nonnunquam a verbo recedere, et adiunctarum alicui partium adhaerere, id tamen fieri intelligendum est, quando verbum ipsum ἀοριςολογίαν recipere non potest. Sed in supra dictis exemplis et similibus, cum de futuro est sermo, optime quadrat ἀοριςολογικὴ ἔννοια; quare verbo ἂν particula, non vocibus μέχρις et ἄχρις tribuenda est. Cuius rei argumentum est, quod, si de praeterito per Indicatiui modi verbum loquamur, minime vti poterimus ἂν particula: puta si dixeris, ἀνέμεινα μέχρις ἦλθε. Vnde patet, ex eo, quod verbum exigit, non ex dictarum vocum natura, particulam ἂν locutioni accedere [62]).

## Μή.

μὴ pro ȣ̓. Μὴ particula, *Indicatiuo* iuncta, sine respectu alicuius verbi praecedentis, pro ȣ̓ *negandi* ponitur in recta et pura enunciatione, apud Aristoph. in Auibus: [63]) μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, μὴ 'γὼ νόημα κομψότερον ἤκȣσά πω. Quod tamen raro fit. Nam et ipse Aristophanes alibi, in hac eadem forma iurandi, ȣ̓ particula consueta vsus est in Nebulis: [64]) μὰ τὴν 'Αναπνοὴν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν 'Αέρα, ȣ̓κ εἶδον ȣ̓τως ἄνδρ' ἄγροικον ȣ̓δένα. In *obliquis* tamen et *mistis* enunciationibus, μὴ pro ȣ̓, fere semper accipitur, et Indicatiuo nonnunquam iungitur, vt apud Demosth. [65]) ȣ̓ γάρ ἐςιν ȣ̓δεὶς

62) iungitur etiam aduerbiis, vt μέχρις ἔξω, vsque ad exteriora. Charit. V. 5. p. 87.

63) v. 194. seq.

64) v. 627. seq.

65) adu. Leptin. p. 378. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 497.

ὀδεὶς πρόξενος ἀτελὴς, ὅτῳ μὴ δέδωκεν ὁ δῆμος, vbi μὴ δέδωκε non eſt primaria enunciatio, ſed pars enunciationis. Sic alibi apud eundem: †) τίνος ἕνεκα εἰ τὰ μάλιστα μὴ τινὲς ἀλλὰ πάντες ἦσαν ἀνάξιοι, τῶν αὐτῶν ἠξίωσεν ἡμᾶς τε κἀκείνους; μὴ τινὲς, dixit in obliqua enunciatione, in qua μή τινες non eſt integra enunciatio, ſed antecedentis membrum.

Iungitur itidem *Indicatiuo modo*, in interrogationibus. Plato: μή σε κατακωλύω, ὦ Ἰσχόμαχε; *nunquid te moror?* Et Lucian. μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; *nunquid alius quiſpiam?* Et alibi Plato: μή πω, ὦ Κέβης, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν; Itidem, quando interrogationes per verbum ἐρωτῶ remiſſius fiunt, μὴ Indicatiuo iungitur. Plutarchus: καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε μὴ βαρεῖς εἰσὶ. In cuiusmodi interrogationibus, ſi μὴ nulli encliticae particulae praeponitur, duplici graui accentu ſignatur a librariis antiquis. Quod fit ad indicandam vim pronunciationis, qua differt ab ea ſignificatione, qua μὴ pro ἵνα μὴ accipitur. cum Indicat. in interrogationibus.

Iungitur etiam *Praeterito Indicatiui modi* pro ἵνα μή. Lucianus: ἀριθμήσω αὖθις τὰ χρυσίον, μή τι με πρώην διέλαθε, *ne forte me aliquid latuerit.* Vbi, ſi de futuro eſſet ſermo, μὴ διαλάθῃ, per *Subiunctiuum* dixiſſet. 66) Sic etiam, ſi ver- cum Praeterito Indicat. pro ἵνα μή.



†) adu. Lept. Edit. Reisk. Vol. I. p. 457.

66) nonnunquam μὴ etiam habet ſecum *Futurum Indicatiui.* Lucian. Mort. Dial. X. Edit. nouiſſ. Tom. I. p. 363. δέδια μὴ ὕστερον μεταγνώσετε. *metuo, ne poſthac poeniteat.* Sic ap. Ariſtoph. Pluto v. 622. pro μὴ διακωλύσῃ, in Codice. Doruill. διακωλύσει legitur, quam lectio-

verbum δέδοικα, vel φοβοῦμαι praecedat, vel aliud horum συνώνυμον, μὴ particulam *Indicatiuus* subsequitur, vt apud Demosth. [67]) καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν, δέδοικα μὴ λήθην ὑμῖν ἐμπεποιήκει. Quod etiam per *Praeteritum Optatiui* dici potest μὴ ἐμπεποιήκοι. Sic Thucydid. [68]) νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν. In quibus exemplis, cum στοχαστικῶς sermo fiat de re praeterita, cuius effectus incertus erat, *praeteritorum* vocibus iungitur, et ἀπορηματικὸν sensum habet. Philostr. in hoc sensu οὐ negatiuam, μὴ particulae subiunxit, quia verbum negare intendit: δέδοικα μὴ οὐδ' ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἀλλ' ἠνώχλει καθεύδοντι. Plato de re praesenti, *praesentis* voci μὴ particulam iunxit: ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ, quae locutio tam enunciatiue, quam interrogatiue proferri potest.

cum Imperatiuo. *Imperatiuo modo* iuncta particula μὴ, ἀπαγορευτικόν est. [69]) Aristoph. [70]) μὴ φρόντιζε μηδὲν, ὦ 'γαθὲ, et alibi: [71]) καὶ μὴ δέδιθ', οὐ γάρ ἐστιν ἐξεικασμένος. cum Subiunctiuo. In quo sensu *Subiunctiuo* etiam iungitur, vt μὴ ποιήσῃς, et subiungitur τῷ

ctionem probat Tib. Hemsterh. quem vide.

67) de falsa Legat. Edit. Reisk. Vol. I. p. 342.

68) Lib. III. c. 53.

69) Vide Thom. Mag. qui praecipit, μὴ secum habere Imperatiuum Praesentis, sed Subiunctiuum Aoristi, v. c. μὴ τύπτε, non μὴ τύπτῃς. Sic in Aoristo, μὴ τύψῃς, non μὴ τύψον. Sed ap. Aristoph. Thesm. v. 877. est μὴ ψεῦσον, pro μὴ ψεύσῃς, quod ab Herodiano Philetaero καινὸν vocatur. Vide doctiss. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 6.

70) in Pluto v. 215.

71) in Equit. v. 230.

τῶ ȣ̓, vt apud Ariſtoph. in Nebulis: 72) ȣ̓ μὴ σκώψῃς, μηδὲ ποιήσῃς, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες ȣ̃τοι.

*Optatiui modi* vocibus iungitur, ἐν τοῖς ἀπευκτικοῖς λόγοις, vt, μὴ γένοιτο, et cum *deuouemus*, ſeu *malum aliquod ſub conditione nobis imprecamur*; more obſtinate iurantium, vt μὴ ἱκοίμην εἰς ὥρας, εἰ τόδε τι εἶπον, ἢ ἐποίησα, vel εἰ μὴ ἐποίησα. cum Optatiuo.

Seruit praeterea Optatiuo, cum *rem praeteritam vt praeſentem* narramus. Demoſth. ἐπειδή με μὴ πείθοιεν. Quod ſi *res praeterita vt praeterita* narraretur, ἐπειδὴ με ȣ̓κ ἔπειθον, dictum eſſet.

Subiunctiuo modo multifariam iungitur haec particula, modo *per ſe*, modo *verbo aliquo praecedente* introducta. *Per ſe*, ſiue *abſolute* quidem Subiunctiuis non iungitur, niſi in ſenſu ἀπαγορευτικῷ, vt μὴ εἴπῃς. In quo ſenſu ſaepe verbum ſubticetur, vt apud Dinarchum: 73) μὴ, ὦ Ἀθηναῖοι, μὴ, αἰσχρὸν γὰρ καὶ δεινὸν, vbi Subiunctiui, vel certe Imperatiui, aut etiam Optatiui modi verbum ſubauditur. Huiusmodi locutio eſt apud Chryſoſt. μὴ, παρακαλῶ. In qua μὴ non ad verbum παρακαλῶ, ſed ad aliquam ſupra dictorum modorum vocem refertur. Sic in illa locutione, μὴ, ὦ σῶτερ, μὴ, ὦ ἐλευθέριε, μὴ, ἀπευκτικῶς accipitur, ad vocem γένοιτο relata.



72) Obſeruent tirones, in huiusmodi formulis *ne facias* etc. dicendum eſt vel ſimpliciter μὴ ποιήσῃς, vel ȣ̓ μὴ ποιήσῃς, non ȣ̓ ποιήσεις.

73) in Demoſth. in Oratt. vet. ap. H. Steph. alt. part. p 101.

Deprecandi etiam sensum habere dici potest locutio illa μή. ὦ σῶτερ, sicut et Dinarchi illa, μὴ, ὦ Ἀθηναῖοι. Accipitur etiam per se μὴ particula pro ἵνα μὴ, *Subiunctiuo* iuncta, vt apud Pausaniam: τὰς δὲ ἀσπίδας ἐπαληλιμμένας εἶναι πίσσῃ μὴ ὁ χρόνος αὐτὰς λυμήνηται. Sic Isaeus: [74]) ἔδοξεν αὐτῷ διαθέσθαι τὰ αὐτοῦ, μὴ ἔρημον καταλείπῃ τὸν οἶκον. Quod si narratiue diceretur de re praeterita, καταλείποι *optatiui* voce diceretur.

μὴ pro μήποτε. Μὴ etiam ἀντὶ τοῦ μήποτε, ἀποφθεγματικῶς, aliquando ponitur. Aristot. [75]) μὴ γὰρ ἐν τῶν ἀδυνάτων ᾖ, πόλιν ἄξιον εἶναι καλεῖν τὴν φύσει δούλην. *nescio, an impossibile sit.* In quo sensu ἐλλειπτικῶς accipitur. Nam plene et integre verbis σκοπῶ, vel ὁρῶ, vel huiusmodi aliis, tam in *Indicatiuo* modo, quam in *Imperatiuo* formatis subiicitur. Xenoph. [76]) ἐγὼ γάρ τοι πολλάκις ἀκούω τοῦ μὲν, ὅτι προὔδωκεν αὐτὸν φίλος ἀνὴρ, τοῦ δ', ὅτι μνᾶν ἀνθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον εἵλετο ἀνὴρ, ὃν ᾤετο φίλον εἶναι, τὰ τοιαῦτα πάντα σκοπῶ, μὴ ἐπαγωγὸν ᾖ ἀποδίδοσθαι. Galenus in *Imperatiuo* modo praecedens verbum formauit: ἐπισκέπτου μὴ τὸ σκιῤῥῶδες τοῦτο πάθος ἐν ταῖς μήτραις ᾖ.

*Infinitiuis* etiam iungitur, repetitis ex supra affirmatis, in qua repetitione modo μὴ, modo οὐ optimi auctores vsurpant. Aristot. II. Politic. [77]) πότερον πάντων βέλτιον κοινωνεῖν τὴν μέλλουσαν οἰκή-

74) Orat. V. ap. H. Steph. Oratt. vet. p. 56.

75) Politic. Lib. IV. Opp. Tom. V. p. 512.

76) Memorab. II. c. 5. §. 4. 5.

77) Opp. Tom. V. p. 438.

οἰκήσεσθαι πόλιν καλῶς, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ ἐ βέλτιον. Hic ἐ negatiua vſus eſt, negando nomen βέλτιον, cui adhaeret verbum ἐςὶ. Et ſic negatur tota propoſitio ἢ ἐκ ἔςι βέλτιον κοινωνεῖν. Paulo ſupra μὴ κοινωνεῖν, dixit in illis verbis: ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τὲς πολίτας, ἢ μηδενός, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ μή. Hic ſolum verbum infinitum negatur. Nomen ἀνάγκη, cui adhaeret verbum ἐςὶν, affirmatiue reperitur, vt ſit, τινῶν μὲν ἀνάγκη ἐςὶ κοινωνεῖν, τινῶν δὲ ἀνάγκη ἐςὶ μὴ κοινωνεῖν. Et ſic propoſitio remanet affirmata. Solum κοινωνεῖν (quod eſt pars praedicati,) negatur. In vniuerſum autem ſciendum, *Infinitiuis non, niſi verbo, vel aduerbio, vel alia orationis parte praecedente, apponi:* ſine quorum aliquo praecedente, Infinitiuus modus conſiſtere non poteſt. Totidemque modis negatur Infinitiuus, adiumento particulae μὴ, quot modis etiam affirmatur, v. c. εἶπεν ἔσεσθαι. εἶπε μὴ ἔσεσθαι, ὤμοσεν εἰπεῖν, ὤμοσε μὴ εἰπεῖν, apponiturque ἐξ ἀνάγκης, vbi verbum infinitum negare oportet.

Verum, ſi verbum negatiuae vel prohibitiuae facultatis, infinitum praeceſſerit, tunc μὴ additum infinito, ἐκ περιεσίας apponitur, vt, ἠρνήσατο μὴ λαβεῖν. Sic ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν, apud Ariſtoph. [78]) κωλύω μὴ διαφθεῖραι. Item ſi verbum negatum praeceſſerit, vt ἐ δύναμαι μὴ γελᾶν. Itidem ſi negatio, vel priuatio, vel prohibitio, implicite in verbo continetur, vt τί μέλλομεν μὴ ποιεῖν; *quid ceſſamus agere?* Eſt enim μέλλειν idem, quod ἀργεῖν. Sic ἀπιςῶ μὴ δυνήσεσθαι, propter vim priuatiuam expreſſam. μὴ abundat.

Μὴ

78) in Acharn. v. 168.

μὴ, pro εἰ μή. Μὴ etiam praepositum πλαγιασμῷ, idem valet, quod εἰ μὴ, vt μὴ παρακρουσθέντων ὑμῶν, pro εἰ μὴ παρεκρούσθητε. [79]) Sic apud Gregor. πῶς γὰρ ἂν καὶ ὑπέστη τόδε ἢ συνέστη, μὴ Θεοῦ τὰ πάντα καὶ οὐσιώσαντος καὶ συνέχοντος; vbi μὴ οὐσιώσαντος τοῦ Θεοῦ, pro εἰ μὴ ὁ Θεὸς οὐσίωσε τὰ πάντα.

Participio praepositum. Porro *Participio* quoque praeponitur haec particula, cui vim sui contrarii tribuit, vt τοῦτό ἐστιν ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος, vel, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος, vt apud Platonem: καὶ τοῦτο πράττειν οὐκ ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος. Praeponitur item pro χωρὶς, ante μετά. praepositioni μετὰ, cui contrarii significationem tribuit. Est enim μὴ μετὰ idem quod χωρὶς, vt apud Demosth. περὶ τῆς παραπρεσβείας. [80]) ἐξομόσασθαι μὲν δὴ μὴ μετ' αἰτίας τινὸς, δεινὸν ἦν. Sic apud Aristotelem: ἀδύνατον μὴ ἐπιμελείᾳ δεσποτῶν ἐπιμελεῖς εἶναι τοὺς ἐφεστῶτας. Nam μὴ ἐπιμελείᾳ idem valet, quod μὴ μετὰ ἐπιμελείας, quod χωρὶς ἐπιμελείας significat.

Habet etiam vim *negatiue repetendi nomen, quod supra affirmatum fuerit*, vt apud Platonem: κρίνειν φύσιν φιλόσοφον καὶ μὴ, supple φιλόσοφον, vt sit, καὶ μὴ φιλόσοφον. Idem alibi: καὶ ὥσπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν οἱ μὴ, ἀποκλείονται. Vbi repetendum est nomen δεινοὶ, vt sit, οἱ μὴ δεινοί. In quibus locutionibus non οὐ, sed μὴ particula vtuntur auctores, propter participium subaudiendum, vt in supra dictis exemplis, φύσιν φιλόσοφον οὖσαν, καὶ μὴ φιλόσοφον οὖσαν.

79) ap. Demosth. de falsa leg. Edit. Reisk. Vol. I. p. 379.

80) p. 216. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 379.

ἦσαν. Et ὑπὸ τῶν ὄντων δεινῶν οἱ μὴ ὄντες δεινοὶ. Sic in εἰ δὲ μὴ, et in ἀλλὰ μὴ, et aliis huiusmodi omnibus, ſemper μὴ particula ex ſuperioribus aliquid repetit, vt de ſingulis loco ſuo dictum inuenies, his duntaxat, ex quibus et ex μὴ formales notae euadunt. In quarum numero non eſt ponendum καὶ μὴ, quod fecit Budaeus, qui proxime dicta Platonis, καὶ μὴ vocibus, quaſi formalem notam conſtituentibus, applicauit [81]).

## M ὴ ν.

Μὴν particula, vt plurimum *aduerſatiua* eſt, niſi alicui alii particulae ſubiiciatur: [82]) quamuis Budaeus parum ſibi conſtans, modo pro γὰρ et γοῦν, modo pro ἂν accipi doceat. Et quamuis animaduertat in exemplis, quae affert, μὴν particulam ſignificare ὅμως, id tamen affirmare non audet. [83]) Exempla ſunt, Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις. [84]) εἰς Συρακούσας διεπορεύθην, ἴσως μὲν κατὰ τύχην, ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ τι τῶν κρειττόνων, ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων, *tametſi videtur Deorum aliquis* etc. Sic alibi apud eundem: ἡμερώτερον μὴν τρίτον συγ- μὴν pro ὅμως.

81) Formula μή μοι vtuntur graeci elliptice, ſubaudito verbo εἴπῃς. ap. Ariſtoph. Nub. v. 84. iurat filius patri per Neptunum equeſtrem. Tum pater: μή μοι γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον. *noli mihi hunc equeſtrem.* Schol. μὴ εἴπῃς μοι.

82) Thom. Mag. τὸ μὴν παρὰ μὲν τοῖς ποιηταῖς κεῖται παρὰ δὲ ῥήτορσιν ἀντὶ τοῦ δὲ, καὶ ἰδίᾳ τιθέμενον, καὶ μετὰ τοῦ γε, ἢ προηγουμένου, ἢ ἑπομένου, οἷον, οὐ μὴν γε τόδε ἐγένετο, καὶ τό γε μὴν εἰς πατέρας ἧκον.

83) Vide Budaei Comment. gr. l. p. 484. ſ.

84) hic locus extat p. 676.

συγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην. *humanius tamen est, hoc quoque tertium concedere.*

ὅμως μήν. Dicitur et ὅμως μὴν, ἐκ παραλλήλου, quo Gaza vsus est, qui locum illum Ciceronis de Senectute: *quae tamen omnia dulciora fiunt*, ὅμως μὴν ταῦτα πάντα ἡδίω γίνεται, vertit. Cum autem μὴν alteri particulae subiicitur, παρέλκει, vel certe aduersatiuam vim deponit, vt in τί μὴν, interrogatiuo.

Aduertendum autem, multum interesse, vtrum particulae alicui subiiciatur, an simpliciter apponatur. Cum enim vim suam supprimit, vel immutat, tunc subiici alicui dicitur, vt in τί μὴν. Cum vero suam vim retinet, tum apponi dicitur, vt in ἀλλὰ μὴν, οὐδὲ μὴν, καὶ μὴν, et nonnullis aliis, de quibus singulis suo loco dicitur.

ἦ et καὶ μήν. Subiicitur etiam τῷ ἦ, et τῷ καὶ, particulis affirmandi, et fit καὶ μὴν, et ἦ μὴν, in quibus μὴν minime aduersandi est, sed ipsum quoque affirmandi vim prae se fert [85]).

## Μὴ γάρ.

μὴ γάρ. Μὴ γὰρ, ex μὴ signo *prohibendi et abominandi*, et γὰρ *causali* compositis constat. Nec formalis nota est, quippe cum vtraque particula suum officium praestet; in quo aggregato particulae γὰρ vis causalis perspicietur, si μὴ in οὐ reducatur. Synesius: ἀλλὰ τόγε προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα ὁ δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται, μὴ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσειε, i. e. *absit enim*, vt

85) Vide supra ἦ μήν. p. 134. f.

*vt proposito quoque nostro fortuna praeualeat.* [86]) Vbi, si sensus ἀπευκτικὸς in enunciationem traducatur, hoc modo, ὀυ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσει, particulae γὰρ vsus manifestus erit. Sic alibi apud eundem: εἴσομαι γὰρ τὸ μηκέτι περαιτέρω προελθεῖν τὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν, μὴ γὰρ εἴποιμι τῆς ἐκκλησίας, i. e. *absit enim, vt ecclesiae turpitudinem dicam.* Vbi etiam, si ȣ̓ γὰρ εἴποιμι dixisset, γὰρ particulam non otiosam esse, manifestum esset. Sic in illo Demosth. [87]) τίς ȣ̓χὶ κατέπ̔τυσεν ἂν σȣ; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε, μηδ᾽ ἐμȣ̃, i. e. vt recte Budaeus interpretatur, *quis in caput tuum non despuisset? absit enim, vt ciuitatis vel meum caput dicam,* μὴ γὰρ in sensu ἀπευκτικῷ dixit: ac si ȣ̓ γὰρ, ἀποφαντικῶς dixisset, quod ad vsum particulae γὰρ attinet. Non igitur τὸ, μὴ γὰρ, formalis nota est, sed duae voces sunt, sibi appositae, quibus additur δὴ, vt in priori Synesii exemplo. μὴ γὰρ δή.

Additur et γε, licet non immediate, vt in exemplo Demosthenis, μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε. Etiam μὴ γὰρ, praeter vim dubitatiuam particulae μὴ, *sensum dubitatiue decernendi* habet, *Indicatiuo modo* iunctum. Aristot. [88]) μὴ γὰρ ȣ̓ μάτην τὴν πρὸς ἀυτὸν ἀυτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. Patet autem ex Indicatiui verbi natura, in affirmandi sensu, huiusmodi locutiones fieri. Notandum autem, non formalem notam esse τὸ, μὴ γὰρ, in praedicto Aristotelis loco, sed γὰρ, ad causae redditionem spectare. Vide μήποτε. μὴ γὰρ γε.

Μὴ

86) Vide Viger. Idiotism. A. Edit. Reisk. V. I. p. 295. cap. 8. Sect. 12. §. 11.
87) pro Ctesiphon. p. 342.
88) Politic. Lib. II. Opp. Tom. V. p. 444.

## Μὴ δῆτα.

μὴ δῆτα. Μὴ δῆτα, duae voces ſunt ſibi appoſitae, quarum *μὴ prohibentis* eſt, *δῆτα aſſeuerantis.* Quare non vt formalis nota habendum μὴ δῆτα, ſicut nec ȣ̓ δῆτα. Ariſtoph. [89]) φέρε νῦν, ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά. Χρε. μὴ δῆτα, ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα, vbi vox μὴ δῆτα, *prohibitio eſt, cum affectu aſſeuerandi:* quemadmodum ȣ̓ δῆτα, *negatio cum aſſeueratione.* Interdum μὴ eſt ἀπευκτικὸν, h. e. *abominandi* cum ſupra dicto affectu. Demoſth. [90]) μὴ δῆτ᾽, ὦ πάντες θεοὶ, μηδεὶς τȣ̃θ᾽ ὑμῶν ἐπινεύσειε, vbi μὴ δῆτα, pro, *Dii auertant*, vel, *Dii prohibete*, dictum eſt. Nec ideo vt formalis nota habendum eſt hoc aggregatum μὴ δῆτα, cum vtraque particula ſuam propriam ſignificationem retineat. Nam illas formales notas eſſe dicimus, in quibus conſtituentes voces ſingulas, aut omnes, aut certe vna quaepiam, ſuam ſignificationem quadamtenus immutat, vel omnino deponit.

## Μὴ ὅτι.

μὴ ὅτι, pro ȣ̓ μόνον. Μὴ ὅτι, pro ȣ̓ μόνον, i. e. *non ſolum*, accipitur, cui reſpondet ἀλλὰ aduerſatiua, *aut ſola*, ſi affirmare verbum oportet, aut ȣ̓δὲ *negationi iuncta*, ſi negare

89) in Pluto, v. 965. ſ.

90) de Corona, p. 358. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 332. In periodi fine μὴ δῆτα etiam poni abſolute, Vigerus docet hoc exemplo: ȣ̓ ἄν ποτε πατροδοθεῖσαν καταισχύναιμι τὴν εὐδοξίαν, μὴ δῆτα, *Nunquam fama a maioribus accepta per me obſoleſcet, abſit enim*, vel, *Dii meliora!* Vide eius Idiotism. c. VII. Sect. 12. §. 10. et ibi Hoogeuen.

negare opus sit. Plato in Apologia: [91]) ὄιμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινὰ, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν. Hic affirmatur verbum οἶμαι, vt sit, οἶμαι μὴ μόνον ἰδιώτην τινὰ, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὑρεῖν ἂν etc. Alibi negatur verbum, et sic τὸ ἀλλὰ negationi οὐδὲ iungitur, vt apud Aristidem: μὴ ὅτι τῶν ἰδίᾳ μεταστάντων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν κοινῇ. Et hinc fit, vt modo *non solum*, modo *non solum non* vocem hanc significare dicat Budaeus [92]).

Interdum etiam in posteriore parte ambitus collocatur vox μὴ ὅτι, et tunc ἀλλὰ particula, quae ipsi debetur, non habet locum in priore parte, nisi conuertatur locutio. Plato Dionysio [93]): ἐγὼ οὐδὲ ἀνθρώπῳ, μὴ ὅτι δὴ θεῷ, παρακελευσαίμην ἂν δρᾶν τοῦτο. Sic Gregor. τὸ δὲ πῶς γεγένηται, οὐδὲ ἀγγέλοις ἐννοεῖν μὴ ὅτι γε σοὶ συγχωρήσομεν. Quae locutiones si conuertantur, habebit locum τὸ ἀλλά.

Patet etiam ex his exemplis, voci huic adiungi solere particulas γὲ et δή. Interrupta etiam γὰρ particulae interpositione, inuenitur vox μὴ ὅτι apud Galenum, qui μὴ γὰρ ὅτι dixit, pro μὴ ὅτι γάρ.

μὴ ὅτι γε, vel δή, vel γάρ.

μὴ γὰρ ὅτι.

Μὴ

91) cap. 32.

92) Vide eius Comment. gr. l. p. 479.

93) epistola tertia, p. 671. Vide Viger. Idiotism. c. VII. Sect. 12. §. 11. vbi Hoogeuenus addit, μὴ ὅτι, sequente ἀλλά, respondere latino *non dicam — sed*. Et Aeschinis locum in Ctesiph. p. 298. σὺ γὰρ ἂν προσῆλθες μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πρόσεστιν; sic latine interpretatur: *tu enim, non dicam ad vrbem, sed ad domum, vbi periculum est, accederes?* Etiam οὐδὲ post se habet μὴ ὅτι, eodem sensu. Xenoph. Symp. II. §. 26. οὐδὲ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν etc.

## Μὴ ὃ et μὴ ὃκ.

μὴ ὃ. Μὴ ὃ et μὴ ὃκ, si vocalis subsequatur, quod et μὴ ὃχὶ dicitur, vox est, in qua ὃ negatio apponitur particulae μὴ, *ad verbum aliquod negandum, quod alioqui per solam particulam μὴ non negaretur.* Cum igitur verbum δέδοικα, vel φοβῶμαι, vel aliud his συνώνυμον, praecesserit μὴ dubitandi particulam, verbumque aliud subsequatur, quod negare opus sit, necesse est ὃ negatiuam sociare particulae μὴ. Philostr. δέδοικα μὴ ὃδ' ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἀλλ' ἠνώχλει καθεύδοντι. Quae dubitatio in negatiuum στοχασμὸν resoluitur, ac si dixisset: *suspicor ipsum non quieuisse, sed dormienti molestum fuisse.* Id latine ita redderetur: *vereor, ne non quieuerit, atque adeo ne dormienti molestus fuerit.* Secus si desit ὃ negatio, dubitatiua locutio in affirmatiuum στοχασμὸν resoluitur, vt in illo Demosth. καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, δέδοικα μὴ λήθην ὑμῖν ἐμπεποιήκει, *quodque multum temporis intercesserit, vereor ne obliuionem vobis induxerit.* Quod perinde valet, ac si dixisset: *suspicor vobis obliuionem induxisse.* Praeterea, si negatum verbum vel nomen, vel certe negationem, priuationem, aut prohibitionem implicite in se continens, praecesserit, sequaturque Infinitiuus, tunc ὃ negatio pene otiosa, μὴ particulam comitatur. Xenoph. [94]) ἀλλ' ὐδείς σοι ἀντιλέγει τὸ μὴ ὃ λέξειν, ὅ, τι ἕκαστος ἡγεῖται πλεῖστα ἄξιον ἐπίστασθαι, vbi μὴ ὃ, *quominus* significat. *Nullus tibi contradicit, quominus quisque dicturus sit, etc.* Lucianus Icaromenip. [95]) τὸν γὰρ ἕτερον ὀφθαλμὸν, ὐδεμία μηχα-

94) Sympos. c. III. §. 3.

95) c. 14. Opp. Tom. II. p. 769.

μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, *nullo pacto fieri potest, quin alter oculus obtusius cernat.* Plato: τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα, *difficile est, quin is, qui multis malis affecerit alios, ipse quoque mala multa patiatur.* Item alibi: οὐ γάρ ἐστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν, *fieri non potest, quin scripta aliquando excidant,* h. e. *in manus hominum veniant.* Sic apud Synesium: ὁ γὰρ προστυχὼν καὶ κερδάνας, νόμους ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον, *diuinam verebitur vltionem, nisi paruam quandam portionem impertierit ei, qui multa donauerit.* Quod αἰδέσεται μὴ ἀποδάσασθαι dici poterat, i.e. *verebitur non impertire* 96). Nam verbum αἰδεῖσθαι negationem implicite continet, quamobrem et constructionem hanc suscipit: quippe cum αἰδεῖσθαι, i. e. *vereri*, idem valeat, quod μὴ θαῤῥεῖν, i. e. *non audere.* Sic Lucianus verbum διαφέρειν pro δεῖν et ἐλλείπειν vsurpauit, similemque constructionem ei tribuit, cum dicit: μόνῃ τῇ μορφῇ διαφέρουσι μὴ οὐχὶ πρόβατα εἶναι, ac si dixisset: μόνῃ τῇ μορφῇ ἐλλείπουσι μὴ οὐχὶ πρό-



96) Vigerus Idiotism. c. VII. Sect. 12. §. 6. hanc constructionem, ait, nonnunquam sensum verborum reddere obscurum. Triplicem igitur ostendit rationem, qua te expedias: primum, vel praemittendo ἐφ' ὅτῳ particulis illis negantibus; vel resoluendo phrasin particulis ἢν μὴ, *nisi*, et mutato verbo finito in Coniunctiuum aut Optatiuum: vel transferendo Infinitiuo in Participium. Itaque Synesii locum resoluit siue per ἐφ' ὅτῳ, μὴ οὐχὶ ἀποδάσαιτο, siue, μὴ οὐχὶ ἀποδασάμενος. At Hoogeuenus ad Viger. l. c. ostendit, hoc triplici soluendi modo non potius illustrari, quam obscurari sententiam.

πρόβατα εἶναι, quod planius diceretur, ἐλλείπȣσι τȣ̃ πρόβατα εἶναι, i. e. *sola forma et imagine differunt, seu distant, quo minus pecora sint.* Quae quidem vocis huius vis et significatio patet, cum verbis adiungitur, negationem expressam continentibus; vt in illo Aristidis: ȣ̓κ ἀναίνεται μὴ ȣ̓ κοσμεῖν, *non abnuit, quin ornet.* Sic Aeschines: [97]) ȣ̓τ' αὐτὸς ἐξαρνȣ̃μαι μὴ ȣ̓ γεγονέναι ἐρωτικός.

μὴ ȣ̓ c. Particip. pro εἰ μή.

Cohaeret etiam Participiis proposita vox, et idem valet, quod εἰ μή, i. e. *nisi.* Lucianus, ȣ̓κ ἂν ȣ̓ν ἀξιόπιςος εἴην λέγων, μὴ ȣ̓χὶ πρότερον αὐτὸς Φανεὶς οἷός εἰμι, vbi μὴ Φανείς, pro εἰ μὴ Φανείην, dictum est.

Iungitur etiam *Datiuo nominum* vox haec apud Demosth. [98]) αἵτε πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν αἱ τῶν Φωκέων μὴ ȣ̓ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ, vbi ȣ̓ plane otiosum est. Idem enim praestaret per se μὴ particula: est enim μὴ χρόνῳ idem, quod μὴ μετὰ χρόνȣ, vt in illo Aristot. ἀδύνατον μὴ ἐπιμελείᾳ δεσποτῶν ἐπιμελεῖς εἶναι τȣ̀ς ἐφεςῶτας, vbi μὴ ἐπιμελείᾳ itidem pro μὴ μετὰ ἐπιμελείας dictum est, vt Demosthenes alibi dixit: [99]) ἐξομόσασθαι μὲν δὴ μὴ μετ' αἰτίας τινός, δεινὸν ἦν. Quod idem valet, ac χωρὶς αἰτίας, vt supra dictum est, cum de particula μὴ ageretur.

Restat animaduertendum, Budaeum, homonymia deceptum, hanc eandem significationem tri-

97) adv. Timarch. in A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 379. Steph. Oratt. p. 19. 99) de falsa legat. p. 216.
98) de falsa legat. p. 216. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 379

tribuisse μὴ ὀ vocibus, apud Aristot. II. Politic.[1]) μὴ γὰρ ὀ μάτην τὴν πρὸς αὑτὸν αὐτος ἔχει φιλίαν ἕκαστος, ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικὸν, vbi τὸ μὴ ὀ, cum dubitandi nota sit, et pro μήποτε ὀ accipiatur, ipse significare docet *nequaquam*, verbaque illa Aristotelis sic vertit: *minime vero temerarium est, quod accidit, vt sibi sit vnusquisque commendatus:* cum tamen μὴ ὀ μάτην, *ne non frustra* vertendum esset, supplendo verbum *vide*, aut aliud eiusmodi, vt mox dicetur de *μήποτε*.

## Μήποτε.

Μήποτε, formalis nota, *dubitatiue decernendi vim* habet, in qua ποτὲ pene otiosum est:[2]) cum per se quoque μὴ particula idem valeat, quod μήποτε, *dubitandi* nota, vt apud Aristotelem: μὴ γὰρ ὀ μάτην τὴν πρὸς αὑτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. Praesupponit autem haec nota verbum aliquod subintelligendum, puta ὅρα, vel σκόπει, vel aliud huiusmodi: referturque modo ad verbum *Indicatiuum*, modo ad *Subiunctiuum*: Quod verbo siue Indicatiui, siue Subiunctiui modi, si *negare* opus sit, additur ὀ particula. Theophrast. ἀλλὰ μήποτε ὀ τοῦτο ᾖ τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον. *At videndum est, ne non haec causa sit.* Idem sine negatione Subiunctiuo vsus est: ἀλλ' ὃ λέγουσιν οἱ πολλοὶ διατὶ τὸ κερασβόλον ἀτέραμνον γίνεται, μήποτε ἄγαν εὔηθες ᾖ, i. e. *nam quod vul-*

μήποτε.



1) Opp. Tom. V. p. 444.

2) proprie μήποτε esset *ne quando*, sed vsurpatur pro *fortasse*, siue, *haud scio an non.* Addimus duo aduerbia μηδέποτε, et μηδεπώποτε, illud significat *nondum*, hoc *nunquam*; Diogen. Laert. 150. E. ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη, τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε.

*vulgus hominum putat, legumen, quod cornu tetigerit, coctu difficile esse, videndum, ne valde fatuum sit.* Indicatiuo etiam iunctum reperitur, Athenaeus: μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ Ἀνθείας Ἄντειαν. *Videndum, ne pro Anthea, Anteam scribendum sit.* Sic Aristot. μήποτε δὲ ὐ καλῶς τῦτο λέγεται. Et Synesius: μήποτε δὲ τῦτο καὶ πρὸς ἐκείνας αὐτῷ τὰς ἀρετὰς συντελεῖ.

μήποτε, absit. Est etiam μήποτε aequiuoce ἀπευτικὸν, in quo ποτὲ suam exercet significationem. Gregor. μήποτε τοσῦτον ἀμελήσαιμεν ἢ ἀρετῆς ἢ τῦ Φιλικῦ καθήκοντος, vbi μήποτε ἀμελήσαιμεν, pro μή ἀμελήσαιμεν ποτὲ, i. e. *absit, vt vnquam negligamus aut virtutem aut amici officium.*

pro ὐδέποτε. Μήποτε etiam pro ὐδέποτε, praecedente ὐδεὶς nomine, et simpliciter ὐ, negatione, *Futurum* respicit, veluti ὐ μήποτε ποιήσω, pro ὐδέποτε. Sic Demosth. καὶ ὐδεὶς μήποτε εὕροι[3] τὸ κατ' ἐμὲ ὐδὲν ἐλλειφθὲν, pro ὐδείς ποτε εὕροι. Et Plato in Critone: [4]) ἀλλὰ χωρὶς μὲν σῦ ἐστερῆσθαι, τοιῦτυ ἐπιτηδείυ, οἷον ἐγὼ ὐδένα μήποτε εὑρήσω. Quod nescio an *Praeterito* iungeretur, puta, ὐδένα μήποτε εὕρηκα. Certe si sine praecedente negatione diceretur, tunc μήποτε, ἀπευτικὸν esset.

## Μήτι.

μήτι. Μήτι, *nedum, non modo*, ex μὴ et τι, formalis nota est, in qua nomen τι prorsus otiosum est: significatque alias *multo magis*, alias *multo minus*, pro ratione argumenti. Dicitur plerumque cum parti-

3) de Corona, p. 348. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 309.
4) cap. 3.

particulis γε et δὴ seorsum, μήτι γε, et μήτι δή. Plato Dionysio: [5]) ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων, *neque ab amicis solum.* Hic significat *multo magis*, est enim argumentatio a minori ad maius: *si a pueris excitantur, multo magis ab amicis debent excitari.* Hunc sensum tribuit Damascenus huic particulae in verbis Dionysii Areopag. ab ipso citatis: αἱ τῶν ἁγίων προσευχαὶ, καὶ κατὰ τὸν τῆδε βίον, μήτι γε μετὰ θάνατον ἐνεργοῦσι. Subiungit enim τὸ δὴ μήτι γε πάντως ἐνταῦθα τὸ πόσῳ μᾶλλον ὑποληπτέον. Demosthenes: ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὐτὸν στρατιώτης οὗτος οὐδενὸς ἔστ' ἄξιος, μήτιγε τῶν ἄλλων ἡγεμών, *nedum aliorum ductor.* Hic valet *multo minus.* Argumentum est: *si per se ne miles quidem habendus est, multo minus dignus, qui aliis imperet.* Inuenitur etiam cum ambabus supra dictis particulis iunctim μήτι γε δή. Demosth. οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν, μήτιγε δὴ τοῖς θεοῖς, vbi etiam *multo minus* significat: *si amicis non licet imperare, multo minus ipsis Diis.*

μήτι γε, vel δή.

μήτι γε δή.

Μήτι autem et μήτις, tum *interrogatiue*, tum et *prohibitiue*, vel *dubitatiue* acceptum, aliud, quam supra dictum μήτι significat; cum in hoc nomen τι suam significationem retineat. Gregor. μήτι τοιοῦτο μυσταγωγοῦσιν Ἕλληνες; *num tale quid gentiles in suis ceremoniis habent?* vbi μὴ per se *interrogandi* officium praestat, τι autem nomen *infinitum* est, et habet suam significationem. Quod

 patet

5) Epistola IV. ad Dionem, on ad Dionysium, p. 673. Vide Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 12. §. 11. et ibi notam Hoogeueni.

patet ex eo, quod in obliquis etiam suis casibus μὴ particulae iungitur, vt μήτινος, μήτινι, etc. Sic apud Lucianum: ἀριθμήσω αὖθις τὸ χρυσίον, μήτι με πρώην διέλαθε. Sic μήτις, numquis? Lucianus, μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μήτινος ἄλλου τοῦτο ἦν; Quam homonymiam et diuersam μήτι vocis naturam et constitutionem, nescio, an Budaeus animaduerterit.

## Μήτοιγε.

μήτοιγε. Μήτοιγε vox, ἐκ τοῦ μὴ, ἀπαγορευτικοῦ, καὶ τοῦ γε, μειωτικοῦ constat, interposita particula τοι, vt in μή τοι ποτὲ, pro μήποτε, quod *deprecantis* est et *abominantis* apud Synes. ἀλλὰ μή τοι ποτὲ διάπειραν λάβοιμι. In quibus τοι particula, quamuis *affirmandi* vim habeat, et pro δὴ accipiatur, tamen non magis ad hoc praestandum, quam ad *ornatum* et *orationis explementum* recipitur. Xenoph. διπλῆν ἡμῖν δίκαιον καὶ τὴν εὐωχίαν παρέχειν, μὰ Δί', ἔφη, μήτοιγε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, vbi μήτοιγε perinde valet, vt μή γε δὴ, i. e. *non quidem vno die*: vt sit sensus: *minime aequum est, duplas epulas praebere vno duntaxat die.* Sic dictum est illud: εἰ δὲ μὴ, μήτοιγε νομίζειν πολεμίοις, *sin minus, certe non hostium loco habere.* Interrumpitur autem interdum hoc aggregatum, quarundam vocum interpositione. Plato: Ὁμήρου δεησόμεθα μή τοι θεοὺς γε ποιεῖν ὀδυρομένους, εἰ δ' οὖν θεοὺς, μήτοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν, i. e. vt recte Budaeus interpretatur: *quod si Deos hoc modo lamentantes facturus est, ne saltem Deorum maximum.* Sic prorsus Aristot. [6]) ἐὰν δ' ἄρα τινὰ δέῃ

6) Politic. Lib. V. Opp. Tom. V. p. 569. 570.

δέῃ ποιῆσαι μέγαν, μήτοι τό γε ἦθος θρασύν. Synesius: σὺ δὲ μηδέποτε πλεύσειας, εἰ δέ ποτε δεήσοι, ἀλλὰ μήτοι φθίνοντός γε μηνὸς: i. e. *quod si quando oportebit, at certe vide, ne sub finem mensis.*

## CAPVT XV.

## DE PARTICVLIS μόνον ὂ, et μόνον ὂκ, ναὶ, νὴ δία.

Μόνον ὂ, et μόνον ὂκ, si vocalis subsequatur, quod et μονονȣχὶ, sub vno accentu dicitur, *prope, propemodum, pene dicam*, et *ferme* significat, totidemque modis construitur, quot negatiua ὂ, ex qua constat, vt, μόνον ὂκ ἠπείλησε, μόνον ὂκ ἀπειλήσας. Quae vox latine etiam *tantum non*, et *solum non* dicitur a quibusdam, vt annotauit Budaeus, vt apud Liuium: [7]) *et cum hostes tantum non arcessierint*, μόνον ὂ μετεπέμψαντο. Sic Terentius: [8])) *tantum non montes auri pollicens*, μόνον ὂκ ὄρη χρυσȣ ὑπισχνȣ́μενος. Quorum verborum sensus est: *alia omnia pollicitum esse, tantum hoc defuisse, quod montes auri non est pollicitus.* Sic in vniuersum per hanc vocem significamus, *omnia adesse, vnum tantum aliquid abesse vel deesse*, vt cum dicimus: μόνον ὂκ ἐπάταξεν. Alia omnia *fecisse* significamus, *hoc vno excepto, quod non percussit.* Et hac ratione, vt *pene* et *ferme*, μόνον ὂ.

 exce-

7) Lib. IV. 2. Vide Tursellin. de Partic. Cap. CCLX. n. 47. Adde Vechner. Hellenol. Lib. II. c. 10. p. 544. et quos in notula laudat Heusinger.

8) in Phorm. Act. I. Sc. II. v. 18.

exceptiuum seu exclusiuum est, et *demimuendi* sensum habet.

## Μῶν.

μῶν. Μῶν, 9) *an, num, numquid*, signum *Interrogationis dubitationi mistae*, *Indicatiuo* iungitur, vt μὴ, in eadem significatione acceptum, vt supra dictum est. Vnde verisimile fit, quod dicunt Grammatici, μῶν, a μὴ et οὖν fieri κατὰ κρᾶσιν.
μῶν μή. Dicitur etiam μῶν μὴ, ἐκ παραλλήλε pro eodem, vt μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λέγεσθαι; *nunquid diminute dictum videtur?* vbi μὴ nihil negat.
μῶν ὀ. Nam vbi negare opus est, ὀ particula τῷ μῶν additur. Aristoph. †) μῶν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἥρπακας; *nunquid non furatus es, sed rapuisti?* Euripid. μῶν οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον; *nunquid non detegam oculos?*

## Ναί.

ναι. Ναὶ, quam particulam Latini quoque a Graecis mutuati videntur, per se, pro *ita, etiam*, affirmatiuum aduerbium est, quo vtimur, cum dubitantem certiorem reddimus, adseuerantes aliquid: vel cum interroganti concedimus, et assentimur, quod etiam per verbi in interrogatione recepti repetitionem facimus, veluti ἦ καὶ δίδως μοι, ὦ πάππε, ταῦτα; ἐγὼ σοι, ὦ παῖ δίδωμι 10).

At

9) Moeris, μῶν, ἀττικῶς, μὴ ἆρα, ἑλληνικῶς. Hesychius ex emendatione Gronouii, μῶν, μὴ οὖν, ἢ ἆρα, vel potius μὴ ἆρα.

†) in Pluto: v. 372.

10) ap. Xenoph. Cyrop. Lib. I. c. 6. Opp. quae Lipsiae prodierunt Vol. I. p. 20.

At cum *iureiurando affirmationem confirmamus* ναὶ praeponimus particulae μὰ, vt ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, [11]) quemadmodum οὐ μὰ est *negatio cum iureiurando*, vt οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα [12]). ναὶ μά.

Est etiam per se adfirmatiuum; vt ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα γέρον κατὰ μοῖραν ἔειπες [13]). *Adiurantis* etiam, seu *cum adiuratione obsecrantis* est, vt apud Aristoph. [14]) οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι. Στρ. ὅτιὴ τί; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν, vbi verbum δίδαξον supplendum est.

Seruit etiam *obiectionibus*, subsequente ἀλλὰ particula. Demosth. [15]) ναί φησιν, ἀλλὰ τὸ τοῦ κεφάλου καλόν. Sic Aeschin. [16]) ναὶ, ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο. Praeponitur etiam particulae μὴν, itidem affirmatiuae, et fit ναὶ μὴν, [17]) vt ἦ μὴν, vt de μὴν particula dictum est. ναὶ μήν.

Apud Latinos particula *nae* paulo aliter videtur, quam apud Graecos vsurpari. Nam vt cetera taceam, solet cum *pronomine* aliquo iungi. [18]) Cic. Philipp. II. in Anton. *nae tu si id fecisses,*

11) ap. Hom. Il. α. v. 234. inprimis ap. Aristoph. saepe. Hesych. ναὶ μὰ, ἀντὶ τοῦ, ναί.

12) Hom. Il. α. v. 86.

13) Hom. Il. α. v. 286.

14) in Nub. v. 781. per Deos obsecro, sc. vt facias.

15) de Corona, p. 348. C. Edit. Reisk. p. 310.

16) in Ctesiphont. in Opp. Demosth. p. 278. Edit. Reisk. p. 422. Vol. III. et paulo ante p. 277. B. et Edit. Reisk. p. 414. ναί, ἀλλ' ἔστι τις ἄνθρωπος, ὃς οὔτε εἴληφεν οὐδὲν τῶν δημοσίων, οὔτ' ἀνήλωκε. Esto, sed reperitur aliquis, qui neque quidquam publicae cepit pecuniae, neque quidquam impendit.

17) Hesych. ναὶ μὴν, οὕτως δή.

18) non semper, sed ap. Plaut. et Terent. saepe etiam sine pronomine. Vid. Tursellin. de Partic. c. 140.

*cisses, melius famae, melius pudicitiae tuae consuluisses.*

## Νὴ Δία.

νὴ Δία. Νὴ Δία, idem valet, quod ναὶ μὰ Δία, et est vox *adfirmantis* et *annuentis*, seu *consentientis* et *adstipulantis*, vt ναὶ. Xenoph. primo παιδείας [19]): ἦ καὶ δίδως, Φάναι, μοι, ὦ πάππε, ταῦτα πάντα τὰ κρέα; νὴ Δία, Φάναι, ἐγώ σοι, ὦ παῖ. In cuiusmodi stipulationibus vox νὴ Δία repraesentat vocem superioris verbi analogam; ac si dixisset Astyages ille apud Xenophontem, ἐγώ σοι, ὦ παῖ, δίδωμι.

Vsurpatur etiam interdum pro *simplici iurandi nota*, sine affirmationis qualitate, ita, vt negationi iungatur in responsione negatiua, vt apud Aristoph. in Auibus; [20]) vbi quidam interrogatus ab Hercule: ἐμοὶ δ' ἄρα οὐδὲν τῶν τῶν πατρῴων χρημάτων μέτεστιν; respondet, οὐ μέν τοι νὴ Δία, vbi νὴ Δία pro pura iurandi nota accipitur, ac si dixisset: οὐ μέντοι μὰ Δία.

Non solum autem ad certas et definitas, sed etiam ad *vagas interrogationes* ὑποφορικῶς adhibetur, vt apud Demosth. [21]) τί ἔμελλον κελεύσειν,

19) cap. 6.

20) v. 1666. in Editionibus, quae mihi erant prae manibus, pro νὴ Δία legitur μὰ Δία. Quod haud dubie rescriptum fuit ab aliquo, memore eius, quod vulgo existimant, νὴ Δία, *affirmatiue*, μὰ Δία, *negatiue* poni. Sed νὴ Δία etiam ponitur negatiue, omisso scil. οὐ Vid. Aristoph. Nub. v. 327. cf. Bergler. ad Alciphr II. ep. 4.

21) de Corona, p. 327. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 259.

σειν, ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; ad quae ipsemet auctor ὑποφορικῶς, quasi ex persona alterius respondet: μνησικακήσειν νὴ Δία; quam tamen responsionem cum indignatione prolatam ipse reprobans subiicit: καὶ τίς οὐκ ἀπέκτεινέ με δικαίως; Hac eadem loquendi forma vsus est ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην: [22]) ἢν δὲ τοῦτο τίς ἐρωτᾷ, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν; ὅτι νὴ Δία ἦσαν τινες τῶν εὑρημένων τὴν ἀτέλειαν ἀνάξιοι; Superiora illa verba Demosthenis, τί ἔμελλον κελεύειν, ἢ τί συμβουλεύσειν etc. sic transtulit Budaeus: *quid tum ipsam hortari, quid auctor ipsi esse debui? scilicet censere debui, vt, iis ad animum reuocatis, quae secus in se admissa esse meminisset, offenso animo cum illis ageret, qui tum saluti suae subsidium ab ea postulabant?* Illa vero πρὸς Λεπτίνην, idem sic transtulit: *quod si quis nos roget, quid tandem per Deos immortales respondebimus? quod nonnulli* (credo) *qui immunitatem ciuitatis beneficio consecuti erant, indigni eo munere inuenti sunt?* Huiusmodi autem locutiones pronunciatione adiuuandae sunt, ad obiectionis infirmitatem indicandam. Et hoc est, quod Budaeus dicit, vocem νὴ Δία, *ironiae* vim habere; cum potius dicendum esset νὴ Δία inseruire *obiectionibus*, quae tamen interdum ironice proferuntur. Nam et sine ironia, ὑποφορικῶς accipitur vox νὴ Δία, vt alibi apud Demosth. de Phocensibus: [23]) οὐκοῦν οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει. Quam positionem ὑποφορικῶς, quasi ex alterius persona confirmat: νὴ Δία, κακοδαιμονῶσι γὰρ ἄνθρωποι, καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. Cum tamen hypophoram hanc ipse mox reprobet,

22) p. 366. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 468.

23) de Cherson p. 37. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 93.

bet, cum pergit, *πάνυγε, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς δεῖ σῶς εἶναι, συμφέρει γὰρ τῇ πόλει.* Nisi forte hoc quoque loco contendat aliquis, hypophoram ironice adhiberi; quod non ex animo ipsam adferat auctor, sed ad vim eius infirmandam. Sic idem alibi: [24]) *νὴ Δί', οἱ νέοι γὰρ ἡμῶν δι' ἐκεῖνον ἔσονται τὸν ἀγῶνα βελτίους;* Fiunt autem supra dictae obiectiones omnes quasi ex persona aduersarii, quas oratores adducunt, vt ipsas refellant, et idcirco ironice dici videntur. Introducunt autem obiectiones siue ex propria dicentis persona, siue ex persona aduersarii, concessionis signo praecedente: qualia sunt *καὶ* et *νὴ Δία*. Quae idcirco ad obiectiones formandas concurrere dicuntur, tametsi sine ipsis etiam formari possint. *Καὶ*, pro *νὴ Δία*, vtitur Demosthenes in obiectione: [25]) *καὶ φησιν. ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλὸν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φεύγειν*, h. e. *at enim, inquit, pulchrum illud Cephali* etc. Concessione itaque vtuntur, vt postea inferant instantiam vel retorsionem, et idcirco plerumque post huiusmodi concessionis signa sequitur aduersatiuum *ἀλλά*. Demosthen. [26]) *νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἔστηκε.* Cui hypophorae respondet his verbis: *ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησὶ, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἔστηκε.* Sic alibi idem: [27]) *νὴ Δί', ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα*, ad quae respondet, *εἶτα παρὼν ὅτε μὲ εἰσῆγον οἱ λογισταὶ, διὰ τί οὐ κατηγόρεις;* Cum igi-

24) de falsa legat. p. 238. C. Edit. Reisk. Vol. I. p 432. vbi sic legitur: *νὴ Δί', οἱ νέοι γὰρ ὑμῶν δι' ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα ἔσονται βελτίους.*

25) de Corona p. 348. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 310.

26) de falsa legat. p. 236. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 428.

27) de Corona p. 329. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 266.

igitur obiectiones huiusmodi afferant oratores, vt ipsas euertant, causas etiam nonnunquam afferunt, vt causas quoque ipsas postea eleuent, vt in superioribus exemplis, νὴ Δία, κακοδαιμονῶσι γὰρ ἄνθρωποι etc. et in illo: νὴ Δί', οἱ νέοι γὰρ ἡμῶν δι' ἐκεῖνον ἔσονται τὸν ἀγῶνα βελτίυς. Praeponitur etiam ἀλλὰ voci νὴ Δία, in obiectionibus, et fit ἀλλὰ νὴ Δία, quod non parum differt ab hoc νὴ Δί' ἀλλὰ, vt dictum est, vbi de ἀλλ' ὀ νὴ Δία agitur. ἀλλὰ νὴ Δία.

## Νῦν δὲ. 28)

Νῦν δὲ, *nunc autem*, ad aliquid de praeterito tempore dictum refertur, vt πρότερον μὲν ὕτως, νῦν δὲ etc. Saepe tamen, sine illo respectu praeteriti, *aduersatiue* accipitur, pro ἀλλὰ, vel ἀλλὰ γὰρ, vel ἀλλ' ὅμως. Isocrates in Paneg. 29) ἐχρῆν γὰρ αὐτὺς ἁπάντων ἀφεμένυς τῶν ἄλλων, περὶ τῦ πολέμυ τῦ πρὸς τὺς βαρβάρυς εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβυλεύειν, νῦν δὲ, οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσαις δόξαις

νῦν δὲ.

νῦν δὲ pro ἀλλὰ, vel ἀλλὰ γὰρ, vel ὅμως.

28) Graeci duplex νυν habent, alterum accentu circumflexo scribitur, alterum caret accentu. Hoc, καθ' ὁμαλιτμὸν, vt dicunt grammatici, ponitur, h. e. encliticum est, et significat idem, quod δὴ, *igitur*. Sic docet Scholiasta Aristoph. ad verba σπεῦδέ νυν, in Pluto v. 414. τῦτο τὸ νυν, καθ' ὁμαλιτμὸν ἀναγνωσέον, ἵν' εἴη ἀντὶ τῦ δὴ, ἐγκλίνεται γὰρ ἀεὶ, καὶ βραχύ ἐσι. Sed alterum νυν, quod circumflexo notatur, est aduerbium temporis, et apud Atticos sumitur pro ἀρτίως. Vide Thom. Mag. in V. νῦν cf Schol. Aristoph. ad Plut. l. c. et ad Pac. v. 5. Assumit porro aduerbium νῦν, sicuti fere omnia temporis aduerbia, item neutra adiectiua aduerbialiter posita, articulum neutrius generis, τὸ νῦν, vt τὸ παλαιὸν, *olim*, τὸ τελευταῖον, *tandem*. Sic μέχρι τῦ νῦν, πρὸς τὸ νῦν, τὰ νῦν, pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα.

29) p. 148.

δόξαις ὄντες, ἐπὶ μικροῖς σπȣδάζȣσιν, et paulo infra: [30]) ἐχρῆν γὰρ ἀυτȣ̀ς, εἴτ' ἐδόκει τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἑκάςȣς, εἴτε καὶ τῶν δοριαλώτων ἐπάρχειν, ἕν τι τȣ́των ὁρισαμένȣς, καὶ κοινὸν τὸ δίκαιον ποιησαμένȣς, ȣ̔́τω συγγράφεσθαι περὶ ἀυτῶν, νῦν δὲ τῇ μὲν ἡμετέρα πόλει, καὶ τῇ Λακεδαιμονίων ȣ̓δὲ μίαν τιμὴν ἀπένειμαν. Ex quibus patet, diuersum quiddam poni, quam quod superius proponebatur. Et in Plataico: [31]) ἐχρῆν γὰρ ἀυτȣ̀ς, ἐπειδὴ πείθειν ἡμῶν τὴν πόλιν ȣ̓χ οἷοί τε ἦσαν, συντελεῖν μόνον εἰς τὰς Θήβας ἀναγκάζειν, νῦν δὲ φανεροὶ γεγόνασιν, ȣ̓ τȣ̃το διαπράξασθαι βȣληθέντες. In quibus locis per νῦν δὲ negari, quod supra ponebatur, manifestum est.

# CAPVT XVI.

## De ὁ, articulo, pro οὗτος, pronomine, accepto, de eius compositis, et aliis quibusdam.

ὁ. Ὁ, articulum, pro οὗτος *pronomine* acceptum, non *relatiui* ὃς vicem gerere, sed *per se*, *pronominis significationem induere*, ex eo apparet, quod τȣ̃ et τῷ et τὸν, obliqui, qui eandem enallagen recipiunt, non ex relatiuo ὃς, sed ex protactico ὁ, manet. Namque *Genitiuum* τȣ̃, pro τȣ́τȣ, et *Datiuum* τῷ, pro τȣ́τῳ, et *Accusatiuum* τὸν, pro τȣ̃τον accipi videmus, vt, τȣ̃ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιςα, [32]) τῷ δ' ἔπι Τυδείδης ὦρτο [33]), τὸν δ' ἄρ

30) p. 152.
31) p. 582.
32) Hom. Il. ξ. v. 470.
33) Hom. Il. η. v 123.

δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδών [34]). Et quamuis relatiui etiam articuli voces in pronominis significationem transeant, vt ὃς saepe apud Platonem [35]) pro οὗτος vel ἐκεῖνος, et obliqui οὗ, ᾧ, ὃν, pro analogis οὗτος vel ἐκεῖνος pronominis casibus, vel potius pro τινὸς, τινὶ, τινὰ, indefiniti nominis, vel ἄλλου, ἄλλῳ, ἄλλον, indefiniti itidem casibus accipiuntur, vt ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν, in Euangelio Matthaei cap. XXI. [36]) id est, vt latinus interpres transtulit: *alium ceciderunt*, *alium occiderunt*, *alium vero lapidauerunt*. Attamen protactici articuli casus, non quasi relatiui casuum vicem gerentes, a quibus in significatione etiam discrepant, (quippe cum illi indefinitas res, vel personas, vt in proximo Matthaei exemplo: hi determinatas, referant) sed per se οὗτος pronominis significationem habent, vt Homerus per τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα, *Aiacem Telamonis* refert, de quo antea dixerat, Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε τῷ τελαμωνιάδῃ. Non itaque quasi relatiui casuum vicem gerentes protactici casus, sed per se in pronominum οὗτος vel ἐκεῖνος significationem transeunt.

## Ὅδε, ἥδε, τόδε. [37])

Ὅδε, ἥδε, τόδε, voces ex ὁ, ἡ, τὸ, *praepositiuis* articulis, et *adiectitia* syllaba δὲ constant, et ὅδε, ἥδε, τόδε.

34) Hom. Il. β. v. 254.

35) veluti trita illa formula, ἦ δ' ὅς, pro ἔφη δ' οὗτος. cf. H. Steph. Append. de Dial. p. 185. et Gisb. Koen, ad Gregor. de Dial. p. 61. it. Graeu. lect. Hesiod. p. 5.

36) v. 35.

37) et pro eo ὁδὶ, τοδὶ, non autem ἡδί. Vide supra in δὲ, no. 18. et Viger. Idiotism. cap. I. §. 7.

et pro ὗτος, αὕτη, τῦτο, *demonstratiuis* pronominibus accipiuntur, differuntque ab ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ, non solum accentu, sed etiam sensu, vt dictum est, vbi de δὲ coniunctione agitur. Ex ὁ δὲ, oxytono, fit ὁ δὲ τις, quod respondet τῷ, ὁ μέν τις, quorum alterum *vnus quidam*, alterum *alius quidam* significat. In quibus nomen τις non tam vt παρέλκον, et ornatus tantum gratia, vt sensit Budaeus, [38]) quam ad ἀοριστολογίαν exprimendam apponitur. Xenoph. [39]) καὶ ὁ μέν τις αὐτῶν εἶπε, πῦ ὂν ἐυρήσει τύτυ διδάσκαλον; ὁ δέ τις, ὡς ὐδὲ διδακτὸν τύτυ εἴη.

Adponitur etiam nomen τὶς, ἀόριστον, supradictis vocibus ὅδε, ἥδε, τόδε, sub vno accentu, supra primam posito, prolatis. Dicimus enim

ὅδετις. ὅδετις, i. e. *hic aliquis*, vt apud Galenum: ὐδεὶς τῶν ἐμπειρικῶν ἐμφαίνεσθαί φησι τῷ δέτινι τόδετι. Quid? quod τόδετι, i. e. *hoc aliquid*, saepe apud Aristotelem dicitur ἡ κατὰ μέρος ὐσία, *quae per se aliquid est* [40]).

## Ὅ δήποτε.

ὅ δήποτε. Ὅ δήποτε, pro ὅ, τι δήποτε, et ὁτιῦν, [41]) ex ὁ, articulo relatiuo, et δήποτε aggregato constat. Vide δὴ particulam cap. VIII.

Οἷος.

38) Comment. gr. l. p. 511.

39) Sympos. c. 2. §. 6. Aristoph. Auib. v. 1444.: δέ τις τὸν αὐτῦ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ ἀνεπτερῶσθαι, alius vero quispiam dicit filium suum ad scribendas tragoedias alas sumsisse.

40) alias dicitur etiam τὸ τί ἦν εἶναι, i. e. ὐσία, *essentia*, *substantia rei*. Vide Budaeum Comment. gr. l. p. 96.

41) etiam ἅ δήποτε, pro ἅτιν' ἄν. Vide Budaeum l. c. et Viger. Idiotism. c. 2. §. 2.

# Οἷος.

Οἷος nomen *relatiuum*, quatenus in collationibus respondet τῷ τοῖος, vel τοιοῦτος, quibus modo praeponitur, modo postponitur, in hoc commentario locum non haberet, sed quia extra propriam significationem interim vsurpari videtur, idque dupliciter, de ipso etiam nonnulla dicenda sunt. Nonnunquam enim praecedente nomine τοιοῦτος, [42]) pro ὥστε accipi videtur, vt apud Xenoph. [43]) σὺ μὲν ἄρα τοιοῦτός μοι φίλος εἶ, οἷος συλλαμβάνειν μοι, vbi οἷος συλλαμβάνειν, pro ὥστε συλλαμβάνειν, sumi videtur. Sic Demosth. [44]) περὶ συντάξεως: εἰ δέ τις καὶ τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἐγχειρεῖν ἔργῳ τῳ. — οἷος. — οἷος pro ὥστε.

Plerumque autem sine praecedente nomine τοιοῦτος, modo verbum infinitum subsequatur, suam immutare significationem videtur. Quare Budaeus in illo Synesii: ὁ δὲ αὐτόχρημα Μακκαβαῖος οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι, docet, τὸ οἷος, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος, vel δυνατὸς accipi. Et alibi apud eundem: ἐδόκει γὰρ νέος εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνήρ, οἷος τοὺς ἐχθροὺς κακῶσαι, interpretatur τὸ οἷος per *paratus*, *promtus*, *strenuus*. Idem



42) aut per ellipsin subintellecto, vt, τὸ στερρὸν ἔχει τῆς ψυχῆς, οἷον μὴ μεταβάλλειν, ad verbum: *robur habet animi, quale non mutare.* Vid. Viger. Idiotism. c. 3. sect. 8. §. 6. Vtuntur autem τῷ οἷος sic, vt omissi τοῦ τοιοῦτος casum referat, v. g. οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ οἵῳ Σωκράτει ψεύδεσθαι. pro, οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ τοιούτῳ ψεύδεσθαι, οἷος ὁ Σωκράτης ἐστί.

43) Memorab. lib. II. c. 6. §. 37.

44) p. 70. A. Edit. Reiske Vol. I. p. 171.

illud Demosthenis: [45]) οἷος ἦν ἐπεξιέναι, per verbum *cupiebat*, et ἐσπούδαζεν explicat.

pro ὅμοιος. Praeterea pro ὅμοιος vsurpari, docet nomen οἷος apud Xenoph. [46]) ἥδιόν ἐστι, χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνδρὶ ἢ ἀπεχθανόμενον ὠφελεῖσθαι; Sciendum autem, τὸ οἷος in huiusmodi locutionibus omnibus, *qualitatem* significare, si id, quod deest, suppleatur, locutionesque illas, οἷος εἰμὶ, οἷος εἶς, οἷος ἐστὶ, in quibus τε particula inter nomen et verbum interponitur, [47]) occasionem dedisse, varie hanc vocem interpretandi, cum in illis nomen οἷος pro δυνατὸς accipi videatur. In quibus tamen, si id, quod in potentia est, in actum reducatur, apparebit, nomen οἷος a propria significatione non recedere. Nam οἷος εἰμὶ ποιῆσαι est, pro τοιοῦτος εἰμὶ, οἷός ἐστιν ὁ δυνάμενος ἢ βουλόμενος ποιῆσαι. Quae participia semper adhibentur in huiusmodi locutionum resolutione, quia in actionibus omnibus, quarum aliqua per Infinitiui modi verbum in his loquutionibus designatur, requiritur, vt *velimus* vel *possimus*, vel vtrumque. Quare in Synesii locutione illa: οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι, in qua τὸ οἷος Budaeus interpretatur *paratus erat*: si quis propriam vocis οἷος

45) adu. Leocharem p. 673. A. Edit. Reisk. Vol.II. p. 1086. Vide Viger. Idiotism. c. 3. Sect. 8. §. 9. adde Bergler. ad Alciphron. p. 89.

46) Memorab. Lib. II. c. 9. §. 3. cf. Graeu. Lect. Hesiod. ad ἔργ. v. 314.

47) Harpocration significatione differre notat οἷος εἶ, et οἷός τε εἶ. Illud significare βούλει, et προῄρησαι: hoc δύνασαι. Affert Lysianam orationem contra Lysitheum, vbi ita occurrat, sed haec oratio interiit. Vigerus autem hoc discrimen non agnoscit, sed vtrumque δύνασαι significare docet Idiotism. c. 3. Sect. 8. §. 9. vbi videndus etiam Hoogeueen.

οἶος significationem tueri volet, sic illam resoluet, τοιῦτος ἦν, οἷος ἐςὶν ὁ βυλόμενος vel δυνάμενος ἐγκαρτερῆσαι. Altera item eiusdem: οἷος τὺς ἐχθρὺς κακῶσαι, in qua Budaeus τὸ οἷος, *promtus* et *paratus* interpretatur; sic resoluenda est: τοιῦτος ἐςὶν, οἷος ἐςὶν ὁ βυλόμενος vel δυνάμενος κακῶσαι τὺς ἐχθρὺς. Demosthenis item illud: οἷος ἦν ἐπεξιέναι, quod Budaeus per verbum *cupiebat* interpretatur, eodem modo resoluetur: τοιῦτος ἦν, οἷος ἐςὶν ὁ βυλόμενος ἐπεξιέναι. Quod etiam pro ὅμοιος accipi apud Xenophontem asserit in illis verbis: χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνδρὶ, sic resoluetur, χαριζόμενον ἀνδρὶ τοιύτῳ, οἷος σὺ εἶ. Natura namque relatiua inferunt correlatiua. Quod etiam fit in articulis, a quibus inferuntur pronomina.

Aduertendum autem, obliquis huius adiectiui casibus, infinitum adhiberi in locutionis resolutione. Aristoph. [48]) τὴν δ᾽ ἑτέραν αὐτῦ γνάθον ςόμωσον, οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Quae locutio sic conuertenda est: τὴν δ᾽ ἑτέραν αὐτῦ γνάθον ςόμωσον, οἵαν δεῖ ςομῦν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Si autem pro δυνατὴν accipere malis accusatiuum οἵαν, itidem supplendus erit Infinitiuus cum ὥςε aduerbio, ὥςε δυνατὴν εἶναι ἐς τὰ μείζω πράγματα [49]).

Q 3 Οἷον.

48) Nub. v. 1107. Schol. οἵαν δικιδίοις interpretatur, δυνατὴν καὶ ἔμπειρον δικῶν.

49) Vsurpatur etiam pro ὅσος, cum nomine χρόνος vel praecedente, vel insequente. Etiam per se positum, idem est, quod ὡς, sequente καὶ. Et praepositum adiectiuis, veluti οἷος μέγας, pro ὡς, *quam*, accipiendum. V. Viger. Idiotism. c. 3. sect. 8. § 7. 8. et ibi Hoogeueen. Affert. porro Viger. l. c. exemplum e Thucyd. L. II. c. 41. ex quo hanc duxit obserua-

# Οἷον.

οἷον. Οἷον etiam neutrum, ἀντὶ τῦ κωλύον accipi, docet Budaeus in illis Demosthenis [50]): ἀνάγνωθι δ' αὐτόν μοι λαβὼν τὸν τῆς ὕβρεως νόμον, ὀδὲν γὰρ οἷον ἀκόειν αὐτῦ τῦ νόμο, i. e. *nihil enim vetat*, vt Budaeus interpretatur. Sic illud Gregorii: ὀδὲν δὲ οἷον καὶ ἥδυσμά τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ, *nihil vetat, quo minus addamus*, latine reddidit. Item in illo Aristoph. [51]) ἀλλ' ὀδὲν οἷον ἔστ' ἀκῦσαι τῶν ἐπῶν. Et in illo Platonis: ὀδὲν οἷον τὸ, αὐτὸν ἐρωτᾶν, similiter accipi sentit nomen οἷον. In Demosthenis etiam proxime citato loco, pro βέλτιον accipi posse nomen οἷος asserit, verbaque illa sic transtulit: *nihil melius, quam ipsa verba legis audire.* In quibus omnibus, et similibus exemplis, nomen ὅιον *quale* significat, et praesupponit suum correlatiuum τοῖον, vt sit: ὀδὲν ἐςὶ τοῖον οἷον. Qua loquendi forma, nescio an Latini vsi sint. Certe nostri temporis Itali sic loquuntur: *non est talis res: sicut hoc facere vel dicere. Non ci è tal cosa, come far questo, ò dir* etc. Nec vero, quod in eiusmodi locutionibus alicubi quadrare videtur nomen βέλτιον, vel verbum κωλύει,

seruationem: *Per se quoque sumitur apud Atticos* οἷος, *subintellecto articulo praepositiuo eiusdem casus.* Verba sunt: καὶ μόνη (πόλις Ἀθηναίων) ὅτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει, ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, resoluendum est sic: ὅτι κακοπαθεῖ ὑπὸ τοιούτοις, οἷοι ἡμεῖς Ἀθηναῖοι ἐσμὲν, hoc contrahunt in ὑφ' οἵων, per breuiloquentiam.

50) adv. Midiam, p. 391. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 529. vbi post ὀδὲν γὰρ, comma ponitur, recte. Budaeus enim, et qui cum eo haec verba exponunt, *nihil vetat, quo minus legem audiamus*, rem non tetigerunt. Rectius Wolffius: *nihil enim praestabilius est, quam legem ipsam cognoscere.*

51) in Auib. v. 967.

λύει, in eo loco, quo nomen οἶον positum est: idcirco hoc pro illis vsurpari dicendum est, neque etiam, quia id, quod per οἷος dicitur, per ὥστε aduerbium, vel per nomen ὅμοιος, vel ἕτοιμος, aut alia quaedam vocabula dici posset, ideo pro illis nomen οἷος accipi dicendum est: sed sua cuique propria significatio, quoad fieri potest, conseruanda est, alioqui nulla erit vocabulorum proprietas, multisque alienam significationem tribuemus [52]).

Nec nego, nomen οἶον pro δυνατὸν necessario accipiendum esse videri nonnunquam, vt in illo Gorgiae: ἀλλά σοι οὐκ ἦν οἶον μόνον μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας εὑρεῖν, i. e. ἀλλὰ σοι οὐ μόνον μάρτυρας εὑρεῖν οἷόν τ' ἦν, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας. Quae tamen locutio, si sic reducatur: τὸ εὑρεῖν οὐ μόνον μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας ἦν τοιοῦτο, οἷα εἰσὶν, ἃ σὺ εἴωθας ποιεῖν, apparebit, nomen οἶον in sua remanere significatione.

Caeterum οἶον, *aduerbialiter*, μετὰ ἐμφάσεως καὶ βαρύτητος ἢ θαυμασμοῦ profertur, ac si οἵως οἶον, pro οἵως.



52) non alienam, sed quam vsus et consuetudo recepit. Indaganti enim locutionis cuiusdam rationem et originem licet quidem recurrere ad notionem verborum primam, vt intelligat, quomodo se ad verbum expressa habeat; sed cum haec plerumque commodum sensum non ducant, relicta notione prima, altera vsu communi probata pro propria est accipienda. Proprie igitur οἷος dicitur, *qui aliquid* vel *potest facere*, vel *solet*; hinc οἷόν ἐστι, *fieri potest*, aut *licet facere.* Sic ap. Isocrat. Euagora p.370. οἷόν τ' αὐτοῖς ἐστὶ, *facere ipsis licet*, et iterum p. 376. οἷόν τ' ἦν, *licebat.* Sic οὐχ οἷον, et μὴ οἷον, sequente ἀλλά, est *non solum non.* Vtuntur etiam οἷον, pro *verbi causa*, *tanquam*, sed frequentius addita syllaba ει, οἱονεί. Vide Viger. Idiotism. cap. 3. Sect. 8. §. 11. 12.

οἷς diceretur, vt in illo Homeri: οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται, et apud Aristoph. in Equitib. [53]) οἷον ὄψομαί σ᾽ ἐγὼ ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον, et in Thesmophor. [54]) οἷον ὑμῶν ἐξερέξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.

## Οἴμοι.

ἔιμοι. Οἴμοι, *dolentis* aduerbium, ex μοι, datiui casus pronomine subiunctiuo, et οἶ, particula, qua et οἴ, diuisim dicitur apud Aristoph. ἐν εἰρήνῃ [55]), ἵνα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγει τις, οἱ καθήμενοι ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ᾽ Ἰωνικῶς, ὄϊ. Qua etiam voce diuisim nostro tempore dolentes vtimur *Italice*, in priore ponentes accentum. Cui pronunciationi suffragari videtur verbum ὀϊζύειν et nomen ὀϊζὺς, ab hac voce deriuata, in quibus ὄϊ, duas syllabas facit, vt patet ex metro saepe apud Homerum, [56]) vt ἀλλ᾽ αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε, et alibi. Vt autem ab οἶ, vel ὄϊ, deriuatur ὀϊζύειν et ὀϊζὺς, sic ab ὄιμοι, verbum οἰμώζειν. Quae quidem deriuatio requirit, vt μω syllabae litera ι subscribatur. Porro οἴμοι ex partibus constare appositis, non compositam esse vocem, indicat accentus acutus, supra priorem positus, qui circumflexus esset, si composita, et vna dictio esset, cuius οι finalis, pro breui putaretur, quantum ad accentum attinet, vt in οἶκοι, nominatiuo plurali, ad cuius differentiam οἴκοι aduerbium, penacuitur.

Caete-

53) v. 700. Schol. οἷον, ἀντὶ τοῦ οἵως. Sensus: *vt ego te videbo ex prima sessione vltimum in theatro sedentem.*

54) v. 711. Sensus: *quo modo*, i. e. *quibus verbis vestram incipiam* (sc. accusare) *insolentiam nimiam.*

55) v. 930. s.

56) Il. γ. v. 408.

Caeterum quod ad vocis huius constructionem spectat, sciendum est, vocem οἴμοι per se, sine casus adiunctione stare posse, vt in illo senario: [57]) οἴμοι, τί δ' ὄιμοι θνητάτοι πεπόνθαμεν; et tunc, iuxta sui ἐτυμολογίαν, *hei mihi*, significat. Additur etiam ipsi casus rectus, vt οἴμοι τάλας, et ὄιμοι κακοδαίμων, apud Aristophanem passim, et tunc pro *heu*, duntaxat accipitur, vt si ὦ τάλας, vel ὦ κακοδαίμων diceres. Cum autem genitiuus additur, ἐλλειπτικῶς dicitur, vt ὄιμοι πλακοῦντος [58]), ac si diceret, ὄιμοι πλακοῦντος ἕνεκα, i. e. *dolendum est mihi propter placentam amissam.*

## Ὅμως.

Ὅμως *aduersatiua*, iuxta aduersatiuarum naturam aliquid a toto detrahit et deminuit, vel alicui dato et concesso se opponit, sicut dictum est de ἀλλά; respondet plerumque τῷ καίπερ vel καίτοι, i. e. *quanquam* et *tametsi*, quibus datum et concessum effertur, vt, καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅμως etc. [59]). Implicant autem huiusmodi locutiones argumentum a fortiori, quo probamus, *tametsi aliquid obstet, nihilominus hoc effici*: vel, *tametsi aliquid rem adiuuet, nihilominus non effici.* Ex quibus infertur, si nihil obstaret, multo magis ὅμως.



futu-

57) ap. Synes. in principio Epistolae.

58) in Pluto. v. 1127. pro οἴμοι etiam dicebant ὤμοι, et quidem in vtramque partem. Schol. Aristoph. ad Nub. v. 771. τὸ ὄιμοι καὶ ὤμοι ποτὲ μὲν ἐκ᾽ εὐφροσύνῃ κείμενον εὑρηται, ποτὲ δ' ἐπὶ λύπης.

59) interdum inuerso etiam ordine ὅμως praecedit, καίπερ sequitur, *nihilominus, etiamsi*, quod Latinis vsitatum non est. Isocrat. Euag. p. 370. ὅμως δὲ, καίπερ τοσοῦτον πλεονεκτούσης τῆς ποιήσεως, οὐκ ὀκνητέον etc. *nihilominus, etiamsi tantum praecipui habeat poesis, non dubitandum est.*

futurum, vt efficeretur, vel, si nihil iuuaret, multo minus futurum, vt efficeretur. Nonnunquam ὅμως suppositum τῷ ἀλλὰ vel καὶ, idem efficit sine καίπερ vel καίτοι expresso, sed tamen subintellecto. Xenoph. II. 60) ἀπομνημον: πολλάκις ἃ πρὸ αὐτοῦ τις οὐκ ἐξειργάσατο, ταῦτα ὁ φίλος πρὸς τοὺς φίλους ἐξήρκεσεν, ἀλλ' ὅμως ἔνιοι μὲν δένδρα πειρῶνται θεραπεύειν, τῶν δὲ φίλων καὶ ἀνειμένως ἐπιμέλονται. In qua locutione subauditur καίπερ vel καίτοι, praeponendum ὅμως particulae. Quae cum praeponuntur, tunc ὅμως per se, sine ἀλλὰ vel καὶ subiicitur, vt καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅμως etc. Animaduertendum autem, in supra dicto exemplo non opus esse argumento a fortiori, sed tantum inferri absurdum, ex quo sequitur, non debere ita fieri.

CAPVT

60) c. 4. §. 7. idem facit ἀλλὰ per se, aut ἀλλὰ γάρ. Aristoph. Thesmoph. v. 759. φιλότεκνός τις εἶ φύσει, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἥδ' ἀποσφαγήσεται. *Tu liberorum amans esse soles, nihilominus tamen iugulabitur haec.* Et in Lysistr. v. 70. ἀλλ' ἕτερα γάρ ἦν τῶνδε προυργιαίτερα αὐταῖς, *nihilominus tamen alia his praeferenda erant.*

Ὁμοῦ, ὁμόσε, ὁμόθεν, ad uerbia loci sunt. Ὁμοῦ significat ἅμα, *vna, eodem in loco*, ὁμόσε, *eundem in locum*, ὁμόθεν, *ex eodem loco.* Haec Moeris. Sed Atticis etiam ὁμοῦ vsurpatur *in numeris*, significatione *circiter, praeterpropter*, quod alias ἐγγύς dicitur, notante Harpocratione, qui affert Demosth. in Aristogit. Edit. Reisk. Vol. I. p. 785. εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι, quod a Wolffio per *omnino* expositum est, sed debebat vertere *circiter*. Vide Valesium ad Harpocr l. c. Additur etiam τι interdum τῷ ὁμοῦ, eadem significatione. Dionys. Halic. ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων. V. Lamb. Bos. Obs. Crit. c. IV. p. 14. et eiusd. Animadu. c. VII. p. 34. it. Is. Casaub. ad Strabon. VI. p. 425.

# CAPVT XVII.

## DE PARTICVLIS ὅπῃ, ὅπȣ, ὁπόταν, et ὅπως.

Ὅπῃ, *locale* aduerbium, respondet τῷ ταύτῃ [61]), et *motum per locum* plerumque significat. Plato: ἀλλ' ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον, i. e. *quacunque.* Sic apud Gregor. de aquis calidis erumpentibus: εἶτ' ἐκπυρȣ́μενα τῷ σφοδρῷ τῆς πάλης, ὅπῃ παρείκοι ἀναῤῥήγνυνται, i. e. *qua natura cedit, et locum vel transitum praebet.* ὅπῃ.

Dicitur et sine respondente ταύτῃ apud Platonem: δοκεῖ ἄν τις σοι ὦ Ἀδείμαντε ἑκὼν αὐτὸν χείρω ποιεῖν ὁπηοῦν; vbi, quemadmodum ὁπηοῦν *quacunque ex parte* significat, sic ὅπῃ per se, *quadam ex parte* significare nos admonet. ὁπηοῦν.

Ponitur et pro ὅπως apud eundem, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ὅπῃ τἀληθὲς ἔχει. Quemadmodum autem ὁπηοῦν, ἀορίστως dicitur in proxime dicto Platonis loco, sic etiam ὁπηὰν et ὁπηδήποτε pro eodem, ὁπητιοῦν etiam legitur apud Platonem in Apologia: [62]) ταῦτα γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅυτε ὅπῃ, pro ὅπως. ὁπηὰν, ὁπηδήποτε. ὁπητιȣ̃ν.

61) ergo etiam τῷ ᾗ, in ὅπῃ iota est subscribendum, est enim Datiuus subintellecto ὁδῷ. De confusis inter se tribus his particulis ὅποι, ὅπῃ et ὅπȣ in libris scriptis vid. Valkenar. ad Ammon. p. 113. et 121. De particulis ὅπῃ ἄν, ὅπῃ ȣ̃ν, ὁπηδηȣ̃ν, ὁπηδήποτε, ὁπηδηποτȣ̃ν, quae omnes significant *quomodocunque, quoquo modo:* item de formula ὅπῃ ἂν παρείκοι, quae de tempore, loco et modo adhibita significat *quocunque licet tempore, loco, modo,* it. ὅπῃ δοκεῖ, *vbi commodum visum est.* Vid. Viger. Idiotism. cap. 7. sect. 10. §. 1. 2. 3.

62) cap. 23.

ὅυτε ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν τȣ̀ς δοκȣ̃ντας καὶ ὁπητιȣ̃ν εἶναι, vbi pro ὁπηοῦν, i. e. *vndequaque* et *omni ex parte* accipitur, vt ſit ordo: τȣ̀ς δοκȣ̃ντας ὁπηοῦν εἶναί τι, i. e. *qui videmini et exiſtimamini vndequaque eſſe aliquid*, i. e. *alicuius auctoritatis, vel ingenii et iudicii.*

## Ὅπȣ.

ὅπȣ. Ὅπȣ, aduerbium *loci*, ſignificat *vbi*, et ποτὲ, ἀόριστον, poſt ſe recipit. Synes. ὅπȣ ποτὲ γῆς, *vbicunque terrarum.* Recipit etiam τὸ δὴ, μόριον. Ariſtot. εἰ ὅπȣ δὴ τȣ̃ παντὸς ὄντα τυγχάνει, i. e. *ſicubi ſunt in orbe terrarum.* Quae localis ſignificatio, quia interdum ratiocinationis conſequentia adhibetur, vt ſi dicas: *vbi tu es, ego quoque eſſe poſſum.* Quod perinde valet, ac ſi diceres: *ſi tu hic ſtare potes, ego quoque ſtare poſſum.* Idcirco factum eſt, vt ὅπȣ ratiocinationum, quas *conſequentias* vocant, priori parti ſeruiat, non aliter, quam εἰ *conditionalis.* Quibus reſpondet τὸ ἤπȣ, poſteriori parti conſequentiarum deſtinatum, vt de ipſo ſupra dictum eſt, vbi etiam de ὅπȣ fuſius diſputauimus [63]).

## Ὁπόταν.

ὁπόταν. Ὁπόταν etiam, et ὁπηνίκα, *temporis* aduerbia, eundem vſum praeſtant, in priore conſequentiarum

63) indicat praeter locum, etiam tempus et rationem. Iſocr. ad Philipp. p. 208. ὅπȣ δ' Ἰάσων λόγῳ μόνον χρησάμενος, ὅυτως αὐτὸν ηὔξησεν, ποίαν etc. *Quando igitur Iaſon verbis modo tantam nominis gloriam eſt adeptus, qualem* etc. Ita etiam Latini vſurpant *vbi.* Vide Turſellin. in V. *vbi.*

rum parte posita, quem ὅπȣ, loci aduerbium: et pro *quando*, *quum* et *quandoquidem* causali accipiuntur. Demosth. [64]) ἀλλὰ μὴν ὁπηνίκα καὶ πεποιηκὼς, ἃ κατηγορῶ, καὶ ὕβρει πεποιηκὼς φαίνεται, τȣ̀ς νόμȣς ἤδη δεῖ σκοπεῖν.

## Ὅπως.

Ὅπως, a πῶς, atque adeo ab ὡς, etiam aduerbio, deriuatur eo modo, quo ὁποῖος et ὁπόσος et ὁπηνίκα, a ποῖος et πόσος et πηνίκα: haecque ab οἷος et ὅσος et ἡνίκα: vtque ὁποῖος et ὁπόσος et ὁπηνίκα, non solum pro ποῖος et πόσος et πηνίκα, sed etiam pro οἷος et ὅσος et ἡνίκα vsurpantur; sic etiam ὅπως non solum pro πῶς saepe, vt infra, sed etiam pro ὡς accipitur, non quidem simpliciter, sed quatenus τὸ ὡς, pro ὅταν vel ὅτε et ἐπειδὴ vel ἐπειδὰν accipitur, vt Iliad. μ' [65]) Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν, et Odyss. χ. [66]) τοὶ δ' ὁμάδησαν μνηστῆρες κατὰ δῶμα, ὅπως ἴδον ἄνδρα πεσόντα, i. e. ὅτε εἶδον, vel ἐπειδὴ εἶδον. Sic apud Herodotum in Euterpe: [67]) ὡς ἐπὶ Μύριος βασιλῆος ὅπως ἔλθῃ ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πηχέας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεεσκεν Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος, vbi ὅπως ἔλθῃ dictum est pro ἐπειδὰν ἔλθῃ. Sic apud Aristoph. in Vespis: [68]) καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων τὰ 'πὶ Θράκης, ὃν ὅπως αἰσχυνεῖς· ἐγχυτριεῖς, i. e. ἐπειδὰν αἰσχυνεῖς, nisi forte κἀγχυτρι-

ὅπως. ὅπως, pro πῶς et ὡς.

64) adu. Mid. p. 391. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 527.

65) v. 208.

66) v. 21. seq.

67) p. 47. fere extrema, Edit. Basil. fol. 1557.

68) v. 287. Sensus: *Nam opulentus quidam e proditoribus Thraciae venit, quem (fac) vt foede perdas.*

χυτρειεῖς, i. e. καὶ ἐγχυτρειεῖς legeretur. Tunc enim *praeceptiue* acciperetur τὸ ὅπως, vt saepe alibi accipitur ἐλλειπτικῶς, subaudiendo non solum ὅρα, σκόπει, Φυλάττε, εὐλαβοῦ, sed etiam ποίει, μέμνησο, et aliis Imperatiuis, si ad secundam personam sit sermo: nec non cum iisdem in Indicatiuo formatis, si de se prima persona sermonem habeat, cuius exempla non desunt. Porro *praeceptiue* ad secundam personam per Imperatiuum modum fieri sermonem necesse est, qui Imperatiuus per Infinitiuum et verbum δεῖ resoluitur, v. c. δεῖ σκοπεῖν ὅπως. Praecipimus autem dupliciter: aut enim *faciendum* et *prosequendum* esse, et fit παράγγελμα *affirmatiuum*: vt apud Aristoph. [69]) ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ Φρόντιζε τὰ 'πίλοιπ' ἄριστα: aut *fugiendum* seu *vitandum* aliquid praecipimus, et fit παράγγελμα *negatiuum*, adiuncta μὴ particula, quae tum ad Indicatiuum refertur, vt in proxime dicto Aristophanis exemplo, et apud Platonem I. de Republ. καὶ ὅπως μοὶ μὴ ἐρεῖς, *ac vide*, vel *caue*, *ne mihi dixeris*. Sic Demosth. ὅπως τοίνυν περὶ τοῦ πολέμου μηδὲν ἐρεῖς, per Indicatiuum. Et Aristoph. in Nebulis: [70]) οἴμοι Σώκρατες, ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε, et millies alibi apud auctores. Tum ad Subiunctiui modi verbum refertur τὸ ὅπως μή. Plato: καὶ ὅπως μὴ ἁλώσῃ ἐνταῦθα αἰσχυνόμενος.

69) Equit. v.685. *Sed meditare, vt quam optime reliquam certaminis partem perficias.* Sic integra est loquendi forma. Sed alias saepe verbum imperatiuum omittitur aut praecedente ἀλλὰ vel καὶ, aut sequente γε, δή, δέ, ἄρα, τοίνυν, ἄν, etc. Vide Viger. de Idiotism. c. VII. Sect. 10. §.6.

70) v. 256. omissum ante ὅπως μή, τὸ φοβοῦμαι, aut simpliciter est, *ne me mactate*, vt nostrates: *dass ihr mich nur nicht schlachtet* etc.

νος, i. e. *et vide, ne tenearis hic prae verecundia.* Aristoph. plene locutus est in Nebulis: [71]) καὶ μέμνησ', ὅπως ἐυ μοι ςομώσης ἀυτὸν. Et Plato in Gorgia: ἀλλ' ἐυλαβεῖσθαι ἀλλήλους παρακελέυεσθε, ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι λήσετε διαφθαρέντες. Ex quibus plene dictis locutionibus coniicere possumus, particulam ὅπως cum verbo subsequente in *Infinitiuum* reduci posse. Puta illud Aristoph. ὅπως ἐυ μοι ςομώσης, sic reducitur: καὶ μέμνησο ἐυ μοι ςομῶσαι ἀυτὸν. Et illud Platonis: ὅπως μὴ λήσετε διαφθαρέντες, sic: ἐυλαβεῖσθε μὴ λαθεῖν διαφθαρέντες. Idem eueniet in *defectiuis* locutionibus, si verbum, quod deest, suppleatur. Sic et reduci poterit locutio illa: ὀυκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι, i. e. ὀυκ ἔςι με σιγᾶν, vel ὀυκ ἔςι τρόπος καθ' ὃν ἐγὼ σιγήσομαι, i. e. σιγᾶν δυνήσομαι. Hac eadem loquendi forma, qua Graeci per ὅπως particulam vtuntur, Latinos quoque vsos esse per *ne* particulam, testatur Budaeus, [72]) tum *defectiue*, qualis est illa Terentii in Adelphis: [73]) *ne nimium modo bonae tuae istae nos rationes subuortunt*, tum etiam *plena:* qualis est in Heautont. [74]) *at vide, vt satis modo contemplata sis.* Quam

71) 1105. vsitatius ὅπως cum *futuro Indicatiui* ponitur, sed nonnunquam etiam cum *Aoristo I. Subiunctiui.* Sic in hac ipsa fabula v. 822. ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα. Prior locus apud Suidam dupliciter legitur. Sub V. ςομώσῃς, Aorist. I. Subi. ponitur, sub V. οἷα autem legitur ςομώσεις. Ergo vtrumque recte dicitur, tamen non ita promiscue, vt liberum sit, vtrumuis dicas. Sed hoc certum est, vbi ratio linguae latinae praesens postulat, graece ponitur Fut. Indicat. vbi vero in latino est Perfect. Coniunct. graece est Aorist. I. coniunct.

72) Comment. gr. l. p. 503.

73) Act. V. Sc. III.

74) Act. IV. Sc. I.

Quam locutionem cum est sermo de praeterito, graece dici posse negat. Per Praeteritum autem Indicatiui dici posse concedit hoc modo: (transferens proximum illud Terentii in Heaut.) ὅρα δὴ μὴ λέληθας σεαυτὴν ὐχ ἱκανῶς θεωρήσασα, cum tamen per praeteritum Subiunctiui, si non vnica voce, certe per Subiunctiuum et participium graece dici possit: ὅρα μὴ ὐχ ἱκανῶς τεθεωρηκεῖα ᾖς. Sed vt ad vsum particulae ὅπως reuertamur, dicendum, locutiones omnes per ὅπως μὴ factas, non solum *affirmatiue*, remoto μὴ dici posse, verum etiam *negatiue* itidem per solum μὴ, sine ὅπως, in forma dubitandi: vt apud Platonem, ἀλλ' ὅρα, ὦ Σώκρατες, μὴ παίζων ἔλεγε. Quod etiam ὅρα ὅπως μὴ dici potuit. De qua loquendi forma fusius dictum est paulo ante, cap. XIV. cum de μὴ particula ageretur.

Caeterum ὅπως, pro πῶς et τινὰ τρόπον etiam saepe accipitur [75]). Greg. ὐκ ἔχω ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τῦ διηγήματος. Idem, ὐκ ἔχοντες ὅπως διαθώμεθά τι τῶν ὄντων. Demosth. de Rhod. libert. [76]) ὅπως καὶ πρᾶξαι ταῦτ' ἐφ' ὑμῖν ἔςαι, δεῖ σκοπεῖν.

Quod autem ὅπως pro πῶς, [77]) διαπορητικῶς et ἀνθυποτάκτως accipi sentit Budaeus, i. e. πευςι-

75) Thom. Mag. τὸ ὅπως καὶ ἀντὶ τῦ ἵνα, καὶ ἀντὶ τῦ πῶς, οἷον, ὅπως ἔχει σοι τὸ σῶμα.

76) p. 81. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 199.

77) In interrogatione facta per πῶς; alterius respondentis repetitio fit per ὅπως; Aristoph. in Thesmoph. v. 210. κάκιον ἀπολοίμην ἂν, ἢ σύ: Ευ. πῶς; Αγ. ὅπως; *peius perirem, quam tu.* Eu. *quomodo?* Ag. *quomodo?* Quanquam etiam pro ὅτι

πευςικῶς et σὺν ὑποτακτικῷ ῥήματι in illis verbis: ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιςα ὁποῖός ἐςι τὴν ὄψιν, i. e. vt ipse vertit: *quomodo autem scire potero potissimum, qualinam sit ille facie?* nescio, an recte senserit. Nec ego quemquam, vt imitetur huiusmodi locutionem, hortarer, nisi alia inuenerit exempla, in quibus talis loquendi forma clarius perspiciatur; aut certe praedicta Luciani verba, quomodo dicta sint in loco proprio, accurate considerauerit. Praeterea quod annotat Budaeus, ἂν δυνητικὸν et παραπληρωματικὸν aduerbio ὅπως adiungi, *Optatiuoque* et *Subiunctiuo* conuenire, arguit, ipsum constituere ὅπως ἂν notam formalem: cum tamen in exemplis, quae affert, constructionis diuersitas soli ἂν particulae tribuenda sit, et idcirco non formale aggregatum voces ὅπως ἂν, sed solutae inter se, et ad diuersa relatae existimandae sunt. Nam in exemplo Gregorii, quod affert pro constructione cum *Optatiuo:* πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ἰδὼν, ὅπως ἂν μόνον χαρίσαιτο τοῖς κατενεγκοῦσιν αὐτὸν ἀξίως δαίμοσι, aduerbium ὅπως pro ὃν τρόπον accipitur. In illo vero, quod pro constructione cum *Subiunctiuo* affert: πηγνύειν δεῖ τὰς σχαλίδας ὑπτίας ὅπως ἂν ἐπαιρόμεναι ἔχωσι τὸ σύντονον, aduerbium ὅπως pro ἵνα accipitur, in vtroque autem exemplo τὸ ἂν verbo tribuitur.

Porro

ὅτι accipi posse docet Schol. ad Aristoph. Plut. v. 139. Dixerat Chremylus Pluto: *nemo sine te quicquam offerre posthac poterit Diis*, ad haec Plutus: πῶς; Χρ. ὅπως; οὐκ ἴσθ' ὅπως etc. Schol. τὸ πρῶτον ὅπως εἰ μὲν καθ' ὑποστιγμὴν νοεῖς, ἀντὶ τοῦ πῶς ποιεῖς, εἰ δὲ κατὰ ἀπόφασιν, ἀντὶ τοῦ ὅτι.

ὅπως ἄν, pro ὁπωσοῦν. ὅπως ποτε. Porro ὅπως ἄν, pro ὁπωσοῦν, [78]) i. e. *vtcunque* accipi ἀοριστολογικῶς vel στοχαστικῶς, dictum est, vbi de ἄν particula agitur. Idem et ὁπώσποτε dicitur. Demosthen. ἀλλ' ὁπωσποθ' ὑπείλημμαι ἀρκεῖ μοι. *qualiscunque existimationis sim.*

ὅπως δήποτε. ὁπωσδηποτοῦν. ὁπωσιοῦν pro ὁπωσοῦν. ὅπως pro ἵνα. Dicitur et ὅπως δήποτε, interposita δή particula, item ὁπωσδηποτοῦν, adiecta οὖν ἀοριστολογίας nota. Porro et ὁπωσιοῦν dicitur pro ὁπωσοῦν, interposita τι particula. Demosth. οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους. Caeterum ὅπως pro ἵνα *caufali* accipi, sexcentis auctorum exemplis probari potest.

ὅπως μή. Ὅπως μή etiam vt ὡς μή, *Optatiuo* iungi, vt notam formalem, exemplis probat Budaeus, in quibus tamen exemplis particulae ὅπως et μή, referuntur ad diuersa, nec formalem constituunt notam ὅπως μή. Animaduertendum autem, quemadmodum ὅπως, *Subiunctiuo* iunctum, medium ad finem designat: sic si in *Infinitum* resoluatur, finem ipsum designari, vt illud Aristoph. μέμνησο ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτόν, si μέμνησο εὖ μοι στομῶσαι αὐτόν dicatur: tamen finis euidentius per ὥστε aduerbium designatur, vt, si illud Demosthenis, συμπράττειν ὅπως ἕκαστοι κομίσωνται τὰ ἑαυτῶν, diceretur συμπράττειν ὥστε κομίσασθαι [79]).

CAPVT

78) Thom. Mag. reprobat ὁπωσοῦν, tanquam atticum non sit, contra auctoritatem optimorum Scriptorum. Isocrat. ad Nicoclem, p. 28. πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, *rursus quomodocunque viuere, melius esse putant.* Occurrit item apud Thucyd. Xenoph. et Lucian.

79) Ὅπως praemisso οὐχ, et sequente ἀλλὰ καὶ saepe est *non solum* aut si accedat negatio μή, *non solum non*, v. c. οὐχ ὅπως τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκάκωσεν, *non solum*

## CAPVT XVIII.

## DE ὅς, ARTICVLO RELATIVO et ὅσον, ὅσος, τόσος.

Ὅς *articulus*, et eius obliqui omnes, in omnibus omnium generum casibus, saepe *in priore parte argumentorum, primum locum habet.* Hoc autem accidit in ea tantum orationis structura, in qua praepostere disponuntur argumentorum par- ὅς.



*lum hostes fugauit, sed etiam regionem eorum vastauit.* Post οὐχ omissum est μόνον et verbum ἐγένετο, et ὅπως pro ἵνα accipiendum, *non modo factum est, vt fugaret hostes &c.* Exemplum, vbi οὐ μὴ concurrit, est ap. Demosth. adu. Midiam p. 518. Edit. Reisk. οὐ γὰρ, ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ etc *non modo corpus cuiusquam non violandum esse putabatis, sed.* Hoc sic se habet: οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ, ὅπως ᾤεσθε μὴ χρῆναι ὑβρίζεσθαι, etc. Abest interdum etiam altera negatio, sequente ἀλλὰ, pro *non modo non, sed*, vt solent etiam Latini (V. Cortium ad Plin. Ep. VIII. 7.). Demosth. de Corona, p. 271. Edit. Reisk. οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ καὶ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύῃ, pro οὐ μόνον οὐ, *non solum non gratus es erga eos, sed insuper etiam* etc. Porro praecedente negatione, sequitur οὐχ ὅπως significatione *ne quidem.* Lucian. Prometh. c. 8. ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνημονεύειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν. *quare ne recordaturum quidem Iouem eorum esse amplius putaram, nedum tam grauiter indignaturum.* V. Viger. Idiotism. cap. VII. sect. 10. §. 5.

Sicuti ὃς saepe ponitur pro οὗτος, ita etiam ὅπως pro οὕτως. Herodian. III. 5. 9. ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ δηλητήρια φάρμακα ὅπως τινὰς πεῖσαι δυνηθεῖεν, *si hoc modo* nonnullis persuadere posset.

Οὐκ ἔσθ' ὅπως, *nequaquam*, Aristoph. Plut. v. 18. οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι. Schol. τὸ ὅπως μεταληπτικῶς ἀντὶ τοῦ ὅτι, ἔστι μὲν γὰρ τὸ ὅπως ἀντὶ τοῦ ὡς, τὸ δὲ ὡς ἀντὶ τοῦ ὅτι, ἀντὶ τοῦ, οὐδαμῶς σιωπήσω, κατὰ περίφρασιν Ἀττικήν.

tes; vt in illa Xenoph. IV. ἀπομνημον. [80]) νόμους δ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, πῶς ἄν τις ἡγήσαιτο σπουδαῖον πρᾶγμα εἶναι, ἢ τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, οὕς γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάσαντες μετατίθενται; Quibus negare intendit, *leges rem probam dici posse.* Quae conclusio continetur in illis verbis: νόμους πῶς ἄν τις ἡγήσαιτο σπουδαῖον πρᾶγμα εἶναι, conuersa affirmatiua interrogatione in negatiuam enunciationem. Probatur autem per illa verba: οὕς γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάζουσι; vbi οὕς articulus *conditionalis* locum habet, et erit argumentum huiusmodi: *si legislatores ipsi saepe proprias leges reprobant, et euertunt, sequitur, vt lex non semper bona res sit.*

## Ὅσον.

ὅσον. Ὅσον, quatenus pro ὡς accipitur, hoc vero pro ἕως, *loci* vel *temporis spatium* designat. Ipsum quoque ὅσον, κατὰ μετάληψιν, pro ἕως accipitur.

ὅσον pro ἕως. Xenoph. ὅσον παρασάγγην ἀπεῖχον, i. e. *aberant parasangae spatium* [81]). Sic de spatio temporis Lucian. ὅσον ὥρα, pro ὅσον ἐστὶν ὥρα μία, i. e. *quantum est spatium horae vnius.* Sic ἐν ὅσῳ dicitur ἐλλιπῶς τοῦ, χρόνῳ, vt ἐν ὅσῳ ἦρξε, *quamdiu imperauit* [82]).

*Discretum* etiam *quantitatem* designat in numeralibus, vt ὅσον δισχίλιοι, i. e. *ad duo*, vel, *circiter duo millia.* Pausan. ὅσον τετρακοσίους ἀποβῆναι λέγουσι, *circiter quadringentos* [83]).

Ὅσον

80) cap. IV. §. 14.

81) Sic resolui potest: τοσοῦτον ἀπεῖχον, ὅσον ἐστὶ εἰς παρασάγγην.

82) Vid. Lamb. Bos Ellips. p. m. 243.

83) additur etiam praepositio εἰς. Exemplum e Pausania

Ὅσον etiam pro μόνον accipitur. Apollonius Rhod. δῦναι δ' ὅσον θ' εἴλημα περὶ χροΐ, pro εἴλημα μόνον, quidquid sentiat Lexicographus, qui, recitans, vt opinor, interpretis Apollonii verba: ὅσον εἴλημα, ἀντὶ τοῦ εὐτελὲς καὶ βραχύτατον περίβλημα, interpretatur. Suffragatur autem huic significationi τοῦ ὅσον, pro μόνον, quod ὅσον οὐ pro μόνον οὐ accipitur. Thucyd.[84]) ἀγγέλλεται αὐτοῖς ἐκ Πελοποννήσου ναῦς ὅσον οὐ παρεῖναι. Ex quo ὅσον οὔπω, et ὅσον οὐδέπω manarunt[85]). Thucyd.[86]) ὅσον δὲ οὐδέπω παρεῖναι, i. e. *mox* et *iamiam*, affore. Lucian.[87]) καὶ ὅσον οὐδέπω τεθνηξομένῳ ἔοικας. Dicitur et ὅσον οὐκ ἤδη, pro eodem. Xenoph.[88]) καὶ γὰρ ἐλέγετο ὅτι Ἰφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη. Idem:[89]) ὁ δὲ

ὅσον pro μόνον.

ὅσον οὐ pro μόνον οὐ.

ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω.

ὅσον οὐκ ἤδη.



sania in Achaic. addit Hoogeueen: Vigeri Idiotism. p. m. 102. ὅσον μὲν ἐς χιλίους οἱ ἡλικίᾳ μάλιστα αὐτῶν καὶ τόλμαις ἀκμάζοντες πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ, *mille circiter ceciderunt ex his, qui prae caeteris aetate et fortitudine maxime florebant.*

84) Hist. lib. VIII. c. 26. ibi Schol. exp. per μετ' ὀλίγον. it. ad cap. 51. ei. lib. Idem Schol. ad verba Lib. I. c. 36. ὅσον οὐ παρόντα πόλεμον, scribit, ὅσον οὐ, ἀντὶ τοῦ οὐχ ὅσον. καὶ δηλοῖ τὸ οὐχ ὅσον, τὸ οὐ βραδέως, ἀλλὰ ταχύ.

85) Nonnulli inter ὅσον οὐ, vel οὐκ, quod etiam coniunctim scribitur; et ὅσον οὔπω, vel ὅσον οὐδέπω hoc interesse volunt, vt illud ὅσον οὐκ dicatur de *re* vel *praesente*, vel *futura*, significetque *tantum non*, i. e. *fere*, *pene*: hoc ὅσον οὔπω vel οὐδέπω, de *re praeterita*, et significet *tantum nondum*, i. e. *iamiam*. Sed Thom. Mag. eodem sensu dici ait, ὅσον οὔπω πάρεστι et ὅσον οὐ πάρεστιν. Vid. Viger. Idiotism. cap. III. Sect. 9. §. 13. et ibi Hoogeueen.

86) Lib. IV. c. 125.

87) de Mercede Conduct. c. 31. *similis fere es morituro.*

88) Ἑλληνικῶν lib. VI. p. 587.

89) ibid. p. 585. ὅσον αὐτίκα etiam significat *iamiam*. V. Viger. l. c.

ὁ δὲ Μνάσιππος ὁρῶν ταῦτα, ἐνόμιζε ὅσον οὐκ ἤδη ἔχειν τὴν πόλιν. Etiam ὅσον μὴ idem, quod μόνον οὐ significat, i.e. *nisi quod non.* Sic dictum est: οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύναντο, pro οὐ μόνον οὐκ ἠμύναντο [90]). Et apud Thucyd. οὐχ ὅσον τὸ λοιπὸν τοῦ πολέμου ἐνεθυμήθησαν, ἀλλὰ etc.

ὅσον, pro ἐφ' ὅσον. Infinitiuo praepositum, ἐλλειπῶς τῆς, ἐπὶ dicitur, pro ἐφ' ὅσον [91]). Plutarch. ὅσον ἐμβεβαιώσασθαι τὸ νίκημα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων ἐδίωκον. pro ἐφ' ὅσον. Sic dicitur ὅσον δυνατὸν, pro ἐφ' ὅσον. Dicitur etiam ὅσον ἐμὲ εἰδέναι, apud Aristoph. in Nebulis: [92]) pro ὅσον ἐγὼ οἶδα.

## Ὅσος, ὅση, ὅσον.

ὅσος, ὅση, ὅσον. Ὅσος, ὅση, ὅσον, nomina relatiua, quae interrogatiuis πόσος, πόση, πόσον, respondent, saepe pro ipsis accipiuntur, more Atticorum, qui vtuntur τοῖς ἀναφορικοῖς, ἀντὶ τῶν πευστικῶν. Quia vero nomina πόσος, πόση, πόσον, quandoque *admiratiue* vel cum *indignatione* proferuntur, ad denotandam intensionem magnitudinis, vel qualitatis, vt in Epigrammate: ὦ πόσον εὐήθης ὁ ζω-

90) haec est interpretatio Schol. Thucyd. ad illa verba, quae extant Lib. IV. c. 62.

91) siue suppleri potest ἐστὶ πρὸς τὸ. Sic in exemplo Plutarchi in Lycurgo Opp. Tom. I. p. 54. A. ὅσον ἐστὶ πρὸς τὸ ἐμβεβαιώσασθαι etc. Dicitur etiam sic cum Participio. Vide Hoogeueen. ad Viger. p. 105.

92) v. 1254. et quidem additur γε, ὅσον γε μ' εἰδέναι, *quantum ego quidem scio.* Etiam κἀμοὶ ita additur, et interdum vtrumque simul. Lucian. Ioue Frag. οὐχ ὅσα γε κἀμὲ ὁρᾶν, *non, quantum ego quidem video.*

ὁ ζωγράφος: idcirco fit, vt relatiua ὅσος, ὅση, ὅσον etiam, cum iisdem affectibus pronunciata, *loco suorum interrogatiuorum* accipiantur, tam in genere masculino, quam feminino et neutro, vt apud Aristoph. in Pluto [93]): ὅσην ἔχεις τὴν δύναμιν, ὦ 'ναξ δέσποτα! et in Acharnens. [94]) ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται. Verba etiam illa in Nebul. initio: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέρατον, cum admiratione censent quidam pronuncianda esse, dicique ὅσον ἀπέρατον, ad similitudinem τοῦ, ὅσον μέγα, et ὅσον μικρὸν, in quibus insunt nomina, quae intensionem et remissionem recipiunt. Nam μέγα et μικρὸν, itemque πολὺ et ὀλίγον, nomina interminata sunt, recipiuntque *magis et minus*: ἀπέρατον vero, terminatum quoddam et absolutum designat, quod *magis et minus* non recipit: et idcirco non dicimus, quam infinita haec res est, [95]) sed simpliciter, infinitam esse. Si itaque admiratiue vel cum indignatione proferamus illud Aristophanis ὅσον ἀπέρατον, valebit idem, ac si enunciatiue diceremus, σφόδρα ἀπέρατον. Quapropter, vt vocis ἀπέρατον, id est, *valde infinitum*, supra dictam conditionem retineamus, cogemur fateri, in supra dicto Aristophanis loco, vocem ἀπέρατον, a praecedentibus τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον, separandam esse: illa vero cum admirationis et indignationis affectu pronuncianda, vt dicat, ὅσον ἐστὶ τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, et sit sensus: *quam longum et diuturnum est noctis spatium:*



93) v. 748.

94) v. 150.

95) dicunt tamen *quam intimum, quam nihil.* Terent. Eun. I. Sc. 2. 47. et *immensum quantum*, quod est ipsum graecum ὅσον ἀπέρατον. Plin. H. N. IV. 20. Marcellin. lib. 29. sub fin.

*tium*: deinde ſubiungat καταςατικῶς et ἐπικριτικῶς, i e. *conſtituendi* et *decernendi modó*, videlicet, ἀπεϱατον, *et immenſum eſſe noctis ſpatium*. In hanc etiam ſententiam adducimur eo, quod nomen ὅσον nulli praeponitur eorum adiectiuorum, cum quibus copuletur, ſed ſemper iſtis poſtponitur, [96]) vt θαυμαςὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον, ὑπερφυὲς ὅσον, et reliqua, in quibus nomen ὅσον pro λίαν aduerbio accipi ſentit Budaeus, vt apud Platonem; ὡς θαυμαςὸν ὅσον διονύσιος ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν, et apud Ariſtotelem: θαυμαςὸν ὅσον διαφέρει. Sic ἀμήχανον ὅσον *perquam difficile* ſignificare docet. In quibus omnibus, ſi nomen ὅσον pro λίαν aduerbio, accipi ponamus, locutionem illam θαυμαςὸν ὅσον ἐπιδέδωκεν, in θαυμαςὸν λίαν ἐπιδέδωκεν reſoluere cogemur. Quapropter planius interpretabimur, ſi nomen ὅσον, ab adiectiuis, interpoſitione vocis ἐςὶ ſubintelligendae, ſeparemus, vt ſit: ὑπερφυὲς ἐςιν ὅσον ἐπιδέδωκεν, et θαυμαςόν ἐςιν ὅσον διαφέρει. Plenior autem locutio eſſet ſi Infinitiuus adderetur, puta, εἰπεῖν, vel νοῆσαι, v. c. ἀμήχανόν ἐςιν εἰπεῖν, et ὑπερφυές ἐςιν εἰπεῖν ὅσον ἐπιδέδωκεν, vel ὅσον διαφέρει. Apud Ariſtoph. in Ranis [97]) legitur: εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν ὀυρανόν γ' ὅσον;

Τόσος.

96) at dicunt ὅσον τάχος, vel ὅσον τάχιςα, pro ὡς τάχιςα, *quam primum*, *quam celerrime*, et ὅσον ἀπέρατον, pro ὡς ἀπέρατον, eſt periphraſis ſuperlatiui. Alia ratio eſt in θαυμαςὸν ὅσον, vbi ab ὅσον pendet ſequens verbum, vt docent exempla ſupra poſita.

97) v. 1166. eſt iterum periphraſis ſuperlatiui. De Pleonaſmo ὅσος et ἡλίκος vide H. Steph. Append. de D. A. p. 82. Plura de hoc nomine

## Τόσος.

Τόσος etiam ἀνταποδοτικὸν ἐςὶ τῦ ὅσος, ἀναφορικῦ, cum dicimus: ὅσος ἐςὶ πύργος μέγιςος, τόσος ἦν ὁ ῥοδίων κολοσσός. Dicitur etiam τόσος nomen *absolute*, sine collatione, quod dicitur καταςατικὸν, vt quod *constituat* siue *stabiliat* aliquid, vt apud Homerum [98]): τόσσον ἐγώ φημι πλέας ἔμμεναι ὖιας ἀχαιῶν τρώων, ὅι ναίῦσι κατὰ πτόλιν. Et apud Virgilium: [99]) *tantae molis erat Romanam condere gentem.* In quibus infertur aliquid ex praecedentibus. Nam et apud Homerum ex *supputatione quadam praehabita*, infertur, *graecorum exercitus numerus*, *multum Troianorum numerum superare.* Et apud Virgilium ex praemissis Aeneae laboribus et aerumnis infertur, quod subdit, *maximae molis fuisse*, *Romanam gentem condere.* Quem tropum rhetores appellant *Epiphonema.* τόσος.

## Ὅτε.

Ὅτε, quod plerumque aduerbium *temporis* est, pro ὅτι, *causali*, et ἐπειδὴ vsurpatur interdum, vt etiam apud Latinos *quando*. Demosth. in I. Olynth. [1]) ὅτε τοίνυν τῦθ᾽ ὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκύειν, et περὶ τῶν συμμορ. [2]) ὅτε δ᾽ ὅυτω ταῦτ᾽ ἔχει, σκεπτέον ἐςί. Sic apud ὅτε, pro ὅτι.

 Ari-

mine vide ap. Viger. Idiotism. cap. III. Sect. 9. et ibi Hoogeueen. V. cl.

98) Il. β. v. 129.

99) Aen. I. v. 33.

1) statim ab initio.

2) p. 73. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 179.

Aristoph. in Nebul. [3]) ὅτ' ὐδὲ κολάσ' ἔξεςί μοι τὺς οἰκέτας, illud ὅτ' ὐδὲ, pro ὅτι ὐδὲ, αἰτιολογικῶς accipi testatur Interpres.

pro ὥστε. Accipitur et pro ὥςε apud eundem ἐν Ἀχαρνεῦσιν: [4]) ὕτω δ' αὐτῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πόῤῥω κλέος ἥκει, ὅτε καὶ βασιλεὺς ἠρώτησε πρῶτα μὲν αὐτὺς etc. vbi ὅτε pro ὥςε, respondet τῷ ὕτω, et *tacitam ratiocinationem* innuit, quae magis perspicitur apud eundem in Ranis, [5]) in illis verbis: εἶτ' ὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐςὶ καὶ πολλὴ τρυφή; ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, υἱὸς Σταμνίυ, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τῦτον δ' ὀχῶ. Si partes ratiocinationis praepostere ordinentur hoc modo: ὅτ' ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος υἱὸς Σταμνίυ, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τῦτον δ' ὀχῶ, εἶτ' ὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐςί; tunc ὅτε in antecedente in εἰ, vel ἐπεὶ, εἶτα vero in consequente in πῶς conuertetur, vt sit: εἰ ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, αὐτὸς βαδίζω, τῦτον δ' ὀχῶ, πῶς ὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐςί;

# CAPVT XIX.

## DE PARTICVLIS ὅτι et compositis.

ὅτι. Ὅτι, pro διότι, causalis coniunctio, respondet τῷ διατὶ, et simpliciter quibusdam causam pollicentibus, vt si dicas αἴτιον δὲ ὅτι etc. Accipitur etiam pro καθ' ὅτι, vel καθ' ὅσον, vt cum dicimus διαφέρει δὲ, ὅτι [6]).

Est

3) v. 7. Schol. ad h. l. τὸ ὅτι, ποτὲ μὲν μόνον χρόνον δηλοῖ, ποτὲ δὲ καὶ χρόνον καὶ αἰτίαν.

4) v. 627.

5) v. 21. seq.

6) ὅτι, idem significat, quod *causale* διότι, nempe cum

Est etiam ὅτι, διηγηματικὸν, i. e. narrationibus et simpliciter enunciationibus accommodatum; cum alicuius verba recitamus. Quod *dupliciter* fieri solet: vno quidem modo, quando personam dicentis induentes, eius verba recitamus, vt apud Aristophanem, [7]) Λᾶσός ποτ' ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης, ἔπειθ' ὁ Λᾶσος εἶπεν, ὀλίγον μοι μέλει. Illud enim ὀλίγον μοι μέλει, personam Lasi induens recitat Aristophanes, et dicitur haec recitandi forma vel *recta*, vel *directa*; in qua nihil opus est particula ὅτι, tametsi nonnunquam in hac etiam directe recitandi forma, particula ὅτι, ἐκ περιουσίας interponitur, vt apud Demosthenem: [8]) ἀκούειν δὲ καὶ τῶν Ευβοέων ἔφη τεταραγμένων καὶ λεγόντων, ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες πρέσβεις, ἐφ' οἷς πεποίησθε τὴν εἰρήνην. Idem alibi [9]): ἔλεγε τοίνυν τότε πρὸς τοὺς δικαστάς, ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατηγορήσει τῶν ἐμοὶ πεπρεσβευμένων. Idem: [10]) τῷ Φιλίππῳ δ', ἐπειδὴ ταῦτ' εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἠξίουν αὐτὸν ἀναλίσκειν ἐγὼ, οὔτε κατειπεῖν τούτων εἶχε καλῶς, οὐδ' εἰπεῖν, ὅτι ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. In cuiusmodi for-

ὅτι, διηγηματικόν.

cum opponitur τῷ, διατί, vt lat. *quid ita? quia.* Dicitur ergo elliptice. Aristoph. Plut. v. 967. ἀλλ' ὅτι μάλιστ' ἐλήλυθας, λέγειν ἰχρῆν. Plenius sic habet: ἀλλ' ἐχρῆν τοῦτο λέγειν, δι' ὅ, τι μάλιστα ἐλήλυθας. *Sed erat dicendum, qua de causa maxime veneris.* Schol. Aristoph. ad Vesp. v. 22. de ὅ, τι, *quare*, dicit ὅ, attice abundare, et τι dici elliptice pro διὰ τί, *propter quid.* Gaeterum ὅτι τί; ὅτιὴ τί; ὅτι δὴ τί μάλιστα; significant, *quae est causa? quid ita? quamobrem?*

7) Vesp. v. 1401. seq.

8) de falsa legat. p. 203. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 347.

9) de falsa legat. p. 231. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 416. vbi est ἔλεγες.

10) de falsa leg. p. 222. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 393.

formis τὸ ὅτι, tum pronuntiatione, tum etiam punctali nota separandum est a sequentibus. Altero modo, recitamus alicuius verba ex nostra persona, interueniente ὅτι particula, vt si Aristophanes Lasi formalia verba illa, ὀλίγον μοι μέλει, ex propria persona diceret hoc modo: ἐπειδ' ὁ Λάσος εἶπεν, ὅτι ὀλίγον αὐτῷ μέλει, et dicitur haec forma *obliqua* seu *supina*. In qua forma, particula ὅτι necessario adhibetur, et plerumque *Optatiui* modi vocibus adhaerescit, vt apud Aeschinem: [11]) ἐν δὲ ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Κριτόβουλος ὁ λαμψακηνὸς εἶπε παρελθὼν, ὅτι πέμψειε μὲν αὐτὸν Κερσοβλέπτης, ἀξιοῖ δὲ ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους. Cuius vsus innumerabilia exempla inuenies apud auctores. Notandum autem in proxime superiori exemplo, quod verbum πέμψειεν et similia, quae in huiusmodi locutionibus recipiuntur, Optatiui modi voce tenus dici possent; significatione autem διηγηματικὰ potius dicerentur. Reducuntur autem ad *Indicatiuum* hae quoque loquendi formae, moxque ad *Infinitiuum*. Illud enim Aeschinis: εἶπεν, ὅτι πέμψειε, dici potest εἶπεν ὅτι ἔπεμψε. Ex Indicatiuo ad Infinitum: εἶπε τὸν Κερσοβλέπτην πέμψαι αὐτὸν. Melius tamen *Optandi* vocibus vsurpatur obliqua rei praeteritae, vt praeteritae, narratio. Nam et praeteritam rem, sub Praesentis temporis verbalibus vocibus improprie narrare licet, par est tamen, ob praedictam caussam, per Optatiui potius voces hoc fieri. Quemadmodum autem locutiones, quae per ὅτι et Indicatiuum efferuntur, ad Infinitum reducuntur: sic

11) de falsa Legat. in Wolfii Operibus Demosth. p. 257. C. in Oratoribus gr. a Reisk. editis Vol. III. p. 259.

ſic contra, quae per Infinitum efferuntur, per ὅτι et Indicatiuum reſolui poſſunt, vt illa Iliad. β.[12]) Φημὶ γὰρ ἂν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα, ſic reducuntur ad Indicatiuum, Φημὶ γὰρ ὅτι κατένευσε Κρονίων. In quibus interdum τὸ ὅτι *vacare* videtur, vel repetere certe praecedentem ὡς particulam, pro ὅτι itidem διηγηματικῶς acceptam, vt apud Xenoph.[13]) ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς, ὡς εἰ μὴ ἀποχωρήσονται αὐτοὺς, ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται ἀποςρέψαντες ὁμόσε ἐχώρησαν. Vbi τὸ ὅτι repetit praecedens ὡς, non tam quod multa quaedam interceſſerint, quam ad abundantiorem perſpicuitatem, ſermonisque figuratam elegantiam.

Valet etiam τὸ ὅτι idem, quod τὸ articulus, ἐπεξηγητικῶς. Iſocrat. in Panegyr.[14]) ὅ δὲ πάντων καταγελαςότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριςα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. Quae locutio ſic conuerti poteſt: τὸ τὲ τὰ χείριςα τυγχάνειν διαφυλάττοντες ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἐςὶ καταγελαςότατον. In qua locutione τὸ ὅτι etiam *cauſale* eſſet, ſi verba in hunc ſenſum diſtribuerentur: τοῦτ' ἔςι καταγελαςότατον, i. e. ἡμεῖς ἐσμὲν μάλιςα καταγέλαςοι, ὅτι, pro διότι, τυγχάνομεν διαφυλάττοντες τὰ χείριςα τῶν ἐν ταῖς ὁμολογίαις. ὅτι, ἐπεξηγητικόν.

Ὅτι autem ſuperlatiuo iunctum, vt ὅτι πλεῖςα δρᾶσαι κακὰ, apud Gregorium: et ὅτι μεγαλοπρεπέςατον φανῆναι apud Xenoph. non *narratiuum*, ſeu *enuntiatiuum*, ſed pro ὡς, *intenſiue*

12) v. 350. 13) Hiſt. gr. VI. p. m. 472.
14) p. 152.

*tensiue* accipitur [15]). Apud Aristoph. legitur: ὅτι μάλιστα ἐλήλυθας, λέγειν ἐχρῆν, i. e. *quorsum*, vel, *quam ob rem potissimum veneris*, dicendum est [16]). Vbi ὅτι, pro δι' ὅ, τι, tribus partibus constante, vsurpatur.

## DE VSV ὅτι PARTICVLAE.

ὅτι. Libet hoc loco nonnulla praeterea, et fortasse quibusdam minus nota, de vsu huius particulae disputare. Inter ea, quae absolute quaeruntur, illa est prima quaestio: *an sit aliquid, nec ne?* v. e. *an sit virtus?* adiunctione autem partis quaeritur *an possit doceri virtus?* Cum vero quaeritur aliquid, *an sit?* planum est, quaeri similiter, *an non sit?* In vtramque enim partem valent quaestiones. Cum igitur contradicentium vterque rationem, qua muniat suam enunciationem, excogitarit et adduxerit, tunc alter quidem ipsorum colligit, ὅτι ἐστὶ, quod quaeritur: alter vero, ὅτι οὐκ ἔστι. Deinde, qui contra disputat, siue affirmet, siue neget, vterque vtitur collecto et concluso, tanquam concesso. Vnde et illa, quae velut pronunciata sumuntur, cuiusmodi Admirabilia illa Stoicorum, per ὅτι proferuntur: vt ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος, et ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. Cum autem inter eos, qui contra disputant, de re aliqua conuenit, res quidem ipsa, dicitur *constitutio.* Inde etiam appellari posset ὅτι *constituentis*, per quod scilicet id, quod inter

15) Vide Viger. Idiotism. Cap. VIII. Sect. 9. §. 2. et sect. 10. §. 9. Coniunguntur et iam ὡς et ὅτι, v. c. ὡς ὅτι μάλιστα, *quam maxime.*

16) Vide supra no. 6.

inter aliquos certum et constitutum est, proferatur. In haec itaque conuenit ὅτι. Conuenit praeterea in ea, quae de problemate quopiam in vtramque partem disputantur, vt facit Plutarchus in libello, ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ, et alii in aliis. Item, si quis ab aliis conscripta, per capita colligat, in pauca conferens, quae fusius dicta sunt; hic in singulis capitibus ὅτι apponit, idque iure, non enim διότι considerat, sed solum ὅτι [17]). Quod quidem Eustathius in Homerum fecit, et in descriptorem orbis Dionysium, vt et ipse indicat. *Quaedam, inquit disperse in prooemio Iliadis. Voluntas est amicorum, vt per Iliada pergam, et, quaecunque sunt accommoda, progredienti subministrem: id quod quidem iam fit; colliguntur que ea ipsa ordinatim et composite, non vt tamen hic sint, quae alii omnes in hunc poetam elaborarunt, sed solum vtilia. Nec diductum est propositum opus in vnam telam, vnumque corpus, continuatione quadam perpetua, sed vtile quodque separatim collocatur; quo perfecto transitur ad alterum. Cuiusmodi est, quod in Dionysium fecimus. Illic enim similiter decursum nobis est opus, optimis exemptis, velut in delectu aliquo.* Ex his aliisque multis aperte satis ostenditur, *Eustathii in Homerum Commentarios ex iis esse collectos, quae a veteribus dicta sunt, esseque per capita digestos.* Quare ait, *nec diductum est propositum opus*

17) Hae sunt propriae Dialecticorum particulae in suis disputationibus, per ὅτι indicant *existentiam*, per διότι *causam rei.* Aristoteles Ethic. Lib. I. Opp. Tom. V. p. 210. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι, κἂν εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι. *Principium enim est, rem existere, quod si satis sit perspicuum, non magnopere desiderabis causam rei,* siue *cur sit.*

*opus in vnam telam et corpus*, et quae deinceps, vt ſupra. Dictum vero eſt, eos, qui eorum, quae diffuſe ab aliis dicta ſunt, faciunt delectum, per ὅτι efferre capita, quoniam non conſiderant διότι, ſed ſolum ὅτι. Quod quidem, quoniam ab iis, qui per notas ſcribunt, ſic pingitur ὅσ, vt nota *numeri ſex*, qua noſtri ſupputatores, i. e. qui rationes ſubducunt, vtuntur. In ipſo vero orationis ambitu, nulla ad ὅτι adſignabatur redditio membri, idcirco paragraphum quandam, vel exordii ſignum eſſe nonnulli exiſtimarunt, et quaſi nihil ad ſententiam conferret, eiectum eſt in editione Romana Commentariorum Euſtathii in Homerum [18]). Haec igitur erroris anſam praebuere. Fidem autem fecit, quod ὅτι, ſic in principiis capitum collocatum, nulla ſua ſignificatione quadrare videbatur, neque enim eſt reddentis cauſam. Quam enim reddat cauſam, quod ſententiam et orationem orditur? Neque affirmantis aut indicantis dici poteſt, quo modo proprie cum Indicatiuis iungitur. Per ὅτι enim fiunt enunciationes ſiue affirmantes, ſiue indicantes, vt γράφω, λέγω ὅτι γράφω. In huius-

18) Illud ὅτι ſane interpretes nonnunquam male habuit. Exemplum habes ap. Schol. Ariſtoph. ad Pluti v. 652. ὅτι ἐπὶ κακῷ ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὰ πράγματα, *quod in partem deteriorem dicebant Athenienſes* τὰ πράγματα. Quid mirum? ſi alicui veniat in mentem, illud ὅτι poſitum eſſe ἀργῶς, cum expuncto eo, ſenſus manet idem. Sic abundat ὅτι, tum, cum alterius ipſa verba repetuntur, v. c. Demoſth. de falſa leg. p. 416. Edit. Reisk. ἔλεγες τότε, ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης, *tunc dicebas: Demoſthenes defenſionem inibit.* Sed in illo loco Schol. ſupplendum eſt, ἰστέον aut σημείου, vt recte noſter paulo poſt docet. Vide etiam Hemſterh. ad l. c.

iusmodi autem vſu appellari etiam poſſet narrantis. Etenim a recta et ſimplici enunciatione in obliquam tranſit oratio. Efferuntur autem narrationes dupliciter, aut *recte* per *Infinitiuum*, aut *oblique* per *Indicatiuum* cum ὅτι, ſoluto infinito, vt λέγεται γενέσθαι, λέγεται ὅτι ἐγένετο. Hoc idem afficitur per *Optatiuum*, ſi perſona, quae narrat, ad ſuperiora tempora referat narrationem, vt διεβοήθη ποτὲ ὅτι γένοιτο, ἢ ἠλπίσθη ὅτι ἔσοιτο εἰρήνη τῷ αὐτοκράτορι πρὸς τὸν Κελτῶν βασιλέα, i. e. *diuulgatum fuit aliquando, quod fieret, aut, ſpes fuit, quod Imperatori cum Rege Gallorum pax futura eſſet.* Praeterea in obliquos transferuntur recti ſermones, quos quispiam habet dramatice introductos, vt Matthaei XXVI. τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Hic ſermo, ſi a propria perſona Euangeliſtae enunciatus eſſet, ſic potuiſſet proferri: τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν αὐτῷ ἐκείνην τὴν νύκτα. Contingit etiam, *rectam orationem* inducere per ὅτι. Quod quidem a perſona ipſius ſcriptoris dicatur, ſolum vt ſignificetur, poſt particulam ὅτι, nulla re interpoſita, rectam inſtitui orationem. Quare ſemper poſt ὅτι cadit diſtinctio. Exemplum vero illud eſt, quod ſupra a Matthaeo dictum, Marcus ad hunc modum cap. XIV. καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Eſtque hic vſus etiam apud veteres frequens. Hi igitur, quos diximus, ſunt modi particulae ὅτι, *ad narrandum*, ac totius denique vſus ipſius. Nullo autem modo viſum eſt iis, qui ὅτι eiecerunt, contingere, vt acciperetur; ad nihil enim ferri ipſum videbant. Atqui eos oportebat cogitare, ὅτι lo-

cum habere *verbo aliquo subaudito*, *indicante*, aut *narrante*, h. e. *nunciante*, vt Φημὶ vel Φησὶν ὁ δεῖνα, ὅτι τόδε καὶ τόδε οὕτως ἔχει. Potest etiam subaudiri aliquod verbum *praecipiendi* aut *docendi*, vt ἰστέον, ἢ σημείωσαι ὅτι, καὶ τὰ ἑξῆς [19]). Namque huiusmodi aliquid subaudiri necesse est, idque in initiis capitum, vbi ad ὅτι nihil redditur. Quoniam in progressu quopiam orationis, si ad ipsum quidem ὅτι nihil reddatur, necesse est, vt actu aliquid huiusmodi, quale est dictum, cum coniunctione quapiam praecedat. Quodsi aliquid reddatur, tunc vsu venit, vt coniunctio aliqua, quae redditionem eliciat, particulae ὅτι subiiciatur. Nullum tamen verbum de dictis apte praegreditur. Praegressio namque verbi, vel aduerbii istiusmodi (vt dictum est,) rem sine demonstratione supponit ac subiicit. At redditione, dictum est, contineri quandam demonstrationem eorum, quae per ὅτι enunciantur. Atqui pugnant haec inter se. Facit autem tale aliquid Eustathius. Is enim cum quippiam ipse, tanquam doctor tradit, actu adponit verbum aut aduerbium aliquod positiuum, vt ἰστέον ἢ σημείωσαι, aut aliud huiusmodi, quod idem valet. Quodsi sine aliquo horum effert id, quod tradit, tunc ad ὅτι reddit aliquid, tanquam necesse sit, illa, quae traduntur, munire, ipsique ὅτι apponit coniunctionem, quae eliciat redditionem, vt ὅτι μὲν τόδε καὶ τόδε οὕτως ἔχει, ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε φανερόν. Quando vero ab aliis dicta narrat, absque coniunctione ὅτι exprimit, et absque redditione, qua eorum,

19) Vide pluribus de hoc differentem H. Stephan. in Proparasceue ad lectionem Scholiorum graecorum in Thucydidem, p. 575. et 583. Edit. Duker. et Valkenar. Differt. de Schol. Homeri ined. p. 119.

eorum, quae per ὅτι proponuntur, probatio continetur. Non enim propositum est probare, quae dicuntur, sed simpliciter enunciare. Huiusmodi autem tradendi forma ponit ante oculos, non repugnare auditores, sed sponte sequi, seque ipsos praebere docendos: et isto ὅτι contentos, non vltra poscere διότι, quod in redditione continetur, vt dictum est. Ex his autem, quae accidunt τῷ ὅτι, sic descripto et notato ὅσ, licet intelligere, non esse signum aliquod, vt ii, quos ante dixi, existimarunt. Semper enim et vbique cernere est supra ipsum notas accentus acuti et spiritus densi. Quodsi esset in iudicio contentio, producere possem quaedam vetusta Eustathii exemplaria, in quibus reperire est ὅτι, sine compendio, per principia vbique singulorum capitum scriptum. Verum haec satis, tanquam in descriptione quadam, hactenus dicta sint.

## Ὅτι μή.

Ὅτι μὴ, formalis nota, significat *nisi*. Quod quidem aggregatum cum ex ὅτι et μὴ constet, neutra tamen constituentium vocum per se idem, quod totum aggregatum significat: idque proprium est omnium signorum formalium, vt alibi quoque dictum est. Herodot. in Clio [20]), ὅτι μὴ ὅτι μή



20) In Edit. Basil. an. 1557. p. 31. et Iungerm. p. 61. legitur ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι etc. *nam praeter vnas Athenas nulla vrbs alia insignis erat.* Si post ὅτι μὴ sequitur καὶ, modo significat *nisi quod, nisi quod etiam*, modo *quin etiam, immo vero.* Interdum etiam ὅτι μὴ καὶ est *quanquam, tametsi.* Exempla vtriusque significationis habet Vigerus Idiotism. c. VIII. Sect. 9. §. 6. Si autem οὐδὲν ἄλλο praemittitur τῷ ὅτι μὴ, significi-

γὰρ Ἀθῆναι, οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον ἦν. Plato: ὥστε μηδὲν ἰατρικῆς δεῖσθαι ὅτιμὴ ἀνάγκη. Galen. in primo de cauſ. pulſ. οὐ γὰρ τῆς ἄρτι πραγματείας ἐστὶν ὅτιμὴ πάρεργον. In quibus omnibus locis ὅτιμὴ pro εἰ μὴ accipitur.

Ὅτι μὴ etiam ſaepe, iuxta conſtituentium vocum proprietatem, ſignificat *quod non.* Gregor. de myſteriis Graecorum: δέον εἰ μὲν ἀληθῆ, μὴ μύθους ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι μὴ αἰσχρὰ δείκνυσθαι, vbi ὅτι enunciatiue, μὴ negatiue pro οὐκ accipitur.

## Ὅτι τοίνυν.

ὅτι τοίνυν. Ὅτι τοίνυν duae ſunt voces, quarum vnaquaeque per ſe ſuam habet ſignificationem, nec vllum aggregatum ex ipſis euadit, propter quod ſimul, vt vnica vox formalis, deſcribendae ſint, quod tamen fecit Budaeus, quia ſaepe appoſitae inueniuntur apud auctores. In qua appoſitione τὸ, ὅτι *enunciatiuum* eſt, et orditur narrationem: τοίνυν autem *tranſitiuam* habet *facultatem*, ita, vt inchoatiua tranſitio ex ipſarum appoſitione fiat. Porro formales notas eas eſſe, alibi quoque dictum eſt: in quibus duae vel plures particulae in vnum ſenſum conueniunt, ſuamque aut omnes, aut ſaltem vna, deponunt ſignificationem, et aliam quandam induunt, vt de ὅτιμὴ proxime dictum eſt.

CAPVT

gnificat *tantum non*, vel *parum abeſt quin.* Exemplum ex Arriano de Exp. Alex. protulit Hoogeueenus ad Vigeri l. c.

# CAPVT XX.

## DE PARTICVLIS ὀυ, οὐκ et compositis.

Οὐ, *negatio*, responsionibus habet vim repetendi verbum, quo fit interrogatio. Si quis enim interrogatus ἔγραψας ταῦτα; respondeat ȣ̓, illud ȣ̓ tantundem valet, ac si responsum esset ȣ̓κ ἔγραψα. In simplicibus autem enunciationibus interdum geminatur ȣ̓, tamque ante verbum, quam post verbum adhibetur. Cumque secundum ȣ̓ necessario a sequentibus puncto distinguatur, necessario etiam accentu acuto munitur, vt apud Demosth. [21]) ὁ δὴ τȣ̀ς χρόνȣς τȣ́τους ἀναιρῶν τῆς, ὅια παρ' ὑμῖν ἐςὶ, πολιτείας, ȣ̓ χρόνȣς ἀνῄρηκεν ȣ̃τος, ὄυ. ἀλλὰ τὰ πράγματα ἁπλῶς ἀφήρηται. In quibus ȣ̓ secundo loco positum, non prorsus otiosum est, sed *negationis vim auget*. Tametsi nonnunquam otiosum inuenitur, vt apud Halicarnasseum de Thucydidis funebri oratione: ὁ δὲ δὴ περιβόητος ἐπιτάφιος κατὰ τίνα δήποτε λογισμὸν ἐν τȣ́τῳ κεῖται τῷ τόπῳ μᾶλλον ἢ ȣ̓κ ἐν ἑτέρῳ; vbi ὀυ penitus *vacat*, nisi quis ἢ selectiuum, pro καὶ copulatiuo accipi malit, praesertim, cum praecedens interrogatio in negatiuam enunciationem conuertatur. Est enim sensus: κατ' ȣ̓δένα λογισμὸν ἐν τȣ́τῳ τῷ τόπῳ κεῖται μᾶλλον ἢ ȣ̓κ ἐν ἑτέρῳ. Adhuc autem magis vacare constat, si negatio explicite praecesserit, vt apud Herodotum: [22]) ἀποδεικνύντες

ὀυ.

ὀυ geminatum.



21) de falsa legat. p.224. B. Edit. Reisk. Vol. I. p 399.
22) Lib. V. p.325. extrema. Vide H. Steph. Anim-adu. in Corinth. de Dial. p. 30. seq.

νύντες τε λόγῳ ὀυδὲν μᾶλλον· Αἰολεῦσι μετεὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης, ἢ οὐ καὶ σφίσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι.

## Ο ὐ κ.

ὀυκ. Οὐκ, aduerbium, interdum non responsiuum est ad interrogationem, nec destructiuum positionis, nec interrogationi iunctum, parem affirmationis vim habet, vt ὀυκ ἠγόρευον, ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι; sed, praeter communem eius vsum, nonnunquam *aduersatiuam vim habet, cum ironia et emphasi quadam*, vt apud Aristoph. in Vespis: [23]) vbi cum Chorus dicat, ὀυ πώποθ' ὅυτω καθαρῶς ὀυδενὸς ἠκούσαμεν, ὀυδὲ ξυνετῶς λέγοντος, subdit ὁ Φιλοκλέων· ὀυκ, ἀλλ' ἐρήμας ὤεθ' ὅυτω ῥαδίως τρυγήσειν. Nam aduersari videtur assertioni, seu positioni Chori, cum tamen potius confirmet illam, asserendo: nunquam aduersarium credidisse, ipsum Φιλοκλέωνα, *adeo* καθαρῶς καὶ ξυνετῶς *esse disputaturum.* Per se autem ἀλλὰ aduersatiua hunc sensum non praestitisset; careret enim sermo ironia et emphasi. Differt autem sensus particularum ὀυκ ἀλλὰ in hoc loco, a sensu, quem habent apud eundem in Nebulis, [24]) vbi cum Strepsiades interroget Socratis discipulum, τουτὶ δὲ τί; ille autem respondeat, γεωμετρία, iterumque Strepsiades, τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον interroget? respondeatque discipulus, γῆν ἀναμετρεῖσθαι. Strepsiades amplius interrogat, πότερα τὴν κληρουχικήν; ad haec discipulus: οὔκ, ἀλλὰ τὴν σύμπασαν. Vbi τὸ, οὐκ destruit positionem per interrogationem factam, adstruitque

23) v. 629. seq. *nunquam tam accurate, tamque prudenter differere audiuimus quenquam.* Phil. *ita est*, etc.

24) v. 201. seq.

que illud *negans*, *geometriam ad cleruchicae regionis*, i. e. *agrorum colonis assignatorum dimensionem: sed ad totius orbis terram metiendam esse inuentam.* Cum itaque particula ὐκ ad verbum semper referatur, animaduertendum est, plerumque ipsam praeponi verbis in eadem comprehensione, nulla voce interposita. Sin autem punctum, vel alia interpunctio intercedat, tunc aut ad praecedens refertur verbum, vt, cum remouet, vel negat, praecedentem positionem: aut subsequens verbum anticipate praesumit, vt in proposito Aristophanis loco in Vespis, ὀυκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' ὕτω τρυγήσειν. Est enim integer sermo: ὐκ ᾤετο ὕτω καθαρῶς καὶ ξυνετῶς ἐμὲ λέξειν, quae ex praecedentibus supplentur, ἀλλ' ᾤετο ἐρήμας τρυγήσειν. Est autem ἦθος σαρκαστικῶς ἐπεμβαίνοντος [25]).

## Οὐ γάρ.

Οὐ γάρ, quando *enunciatiue* profertur, duae voces sunt, quae *causam negatiuam* significant, vt apud Homerum: ὐ γάρ ἔγωγε ἥττησα, et ὀυ γάρ ἔτ' αὖθις νίσσομαι. Quando vero *interrogatiue*, siue simpliciter, siue cum indignatione vel ironia, vel emphasi quadam profertur, vnum fit aggregatum, et *nonne*, vel *annon*, significat. Aristoph. in Pluto: [26]) ὐ γάρ προσήκει τὴν ἐμαυτῦ μοι πόλιν ἐυεργετεῖν μ'. Plato: [27]) ὐ γάρ ταῦτ, ὀυ γάρ.



25) reliqua de particulis ὀυ et ὀυκ scitu digna, item duarum pluriumue negationum simul positarum vsum vide ap. Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 12. et in additamentis Hoogeuenii. Adde Berglerum ad Alciphr. p. 215.

26) v. 912. seq.

27) de Republ. Lib. VI. p. 432.

ταῦτ', ἔφη, μέγιστά ἐστιν; ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον; *nonne haec maxima sunt, num aliquid maius esse potest?* Demosth. cum *Ironia* pronunciauit: ὅμοιόν γε οὐ γάρ; οἷς ἐμοῦ κατηγορεῖ [28]). Aristoph. cum *emphasi*, quae innuit asseuerationem, in Auibus: [29]) εἰσὶν γάρ ἕτεροι βάρβαροι θεοί τινες ἄνωθεν ὑμῶν; Πε. οὐ γάρ εἰσὶ βάρβαροι, ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης; Apud Lucianum cum *indignatione* profertur: οὐ γάρ ἐχρῆν γέροντα ἄνδρα καὶ μηκέτι χρήσασθαι τῷ πλούτῳ δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου; [30]).

Porro, cum *enunciatiue* accipitur, *negatiuam causam* reddit, quae interdum altera causa confirmatur, [31]) vt apud Platonem: χαιρέτω δή, οὐ γάρ ἔτι ἐγκωμιάζω, οὐ γάρ ἂν δυναίμην. In quo casu τὸ οὐ γάρ, non dicitur iterari (non enim ad idem refertur), sed negatiuarum causarum ἐπαλληλία est, quae vocis οὐ γάρ repetitione describitur.

Οὐ γάρ etiam cum particula ἂν, et *paratatico Indicatiui*, probationi alicuius antecedentis seruit. Probamus autem dupliciter: aut consequens

28) Sic ap. Aristoph. Auib. v. 611. ſ. ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῖν βασιλεύειν. Πειθ. οὐ γάρ πολλῷ; *quanto praestat hos imperare nobis, quam Iouem!* Pisth. *multo sane praestat*, ey freylich, weit besser, siue interrogatiue, nicht wahr weit besser?

29) v. 1524 seq. ironia inest verbo πατρῷος.

30) Vide Viger. Idiotism. cap. VII. sect. 13. §. 2.

31) maiorem scil. negationi praemissae addit . im. Lucian. Dial. Mort. XXIV. Opp. Tom. I. p. 431. ἰσότιμος οὖν ἔσῃ Μαύσωλος καὶ Διογένης; Διό. οὐκ ἰσότιμος, οὐ γάρ. *Pari ergo aequabitur honore Mausolus atque Diogenes?* Diog. *non pari, haudquaquam.*

quens affirmatum, quod tamen antecedenti quodammodo aduersetur, inferimus, et tunc probatio fit per γὰρ ἂν, cui additur ἤ, asseuerandi nota, vt loco suo dictum est: aut negatum consequens inferimus, et tunc τῷ, γὰρ ἂν additur οὐ, negatio, quae ad verbum paratatici fertur, vt apud Antiphontem: 32) ἀπιςουμένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων δούλων ἐν ταῖς μαρτυρίαις, (οὐ γὰρ ἂν ἐβασανίζομεν αὐτοὺς,) πῶς δίκαιον τούτῳ μαρτυροῦντι πιςεύσαντας, διαφθεῖραί με; In vtraque autem probandi ratione, tam affirmatiua, quam negatiua, particula ἂν verbo tribuitur, quae actum tollat, et ad potentiam reducat. Γὰρ autem subiicitur τῷ, εἰ conditionali supplendae, vt in proximo Antiphontis exemplo verba οὐ γὰρ ἂν ἐβασανίζομεν, confirmant id, quod praecessit, ἀπιςουμένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων δούλων, positionem videlicet, *seruis non haberi fidem*, per positionem contradictorii. *Si enim haberetur fides, sequeretur, non torqueri seruos. Cuius* remotio, *sed torqueri solent serui*, ponit, *fidem illis non haberi.* οὐ γὰρ ἄν.

Additur etiam vocibus his οὐ γὰρ ἂν, aduerbium temporis ποτὲ, quod in vocum distributione negationi tribuitur, vt apud Platonem: 33) οὐδέτεροι αὐτῶν Φιλοπόλιδες, οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν. Quod argumentum, modo supra dicto, reducendum est: οὐ γὰρ ἂν ποτε.



32) Orat. III. p. 117. Edit. H. Steph. vbi quidem post οὐ γὰρ abest ἂν, sed haud dubie operarum incuria, salua enim sententia abesse non potest. Pro οὐ γὰρ ἂν. Demosth. de Corona p. 319. C. siue Edit. Reisk. p. 241. dicit οὐδὲν γὰρ ἂν, *alioqui non*, vel, *nihil*; nec infrequens est οὐδὲ, vel οὐδὲν, pro οὐ, vt infra videbimus, cf. Budaeum Comment. gr. l. p. 527. et Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 13. §. 6.

33) Politic. Lib. V. p. 421.

est: εἰ γὰρ ἦσαν Φιλοπόλιδες, ὐδέποτε ἐτόλμων ἂν τὴν μητέρα κείρειν. Similiter illud Herodoti: [34]) ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι, (ὐ γὰρ ἂν ποτε ἐς τοσῦτο τύχης ἀπίκνεο.) sic reducitur, εἰ γὰρ μή σε ἐφεώρων οἱ θεοὶ, ὐκ ἄν ποτε ἀφίκυ etc. i. e. *nisi enim tibi fauissent Dii, nunquam ad tantum fortunae gradum peruenisses.* Caeterum, in praedictarum vocum explicatione Budaeus dupliciter fallitur, tum, quia voces appositas ὐ γὰρ ἂν, et οὐ γὰρ ἂν ποτε, vt aggregatas describit: tum etiam, quod similes eas esse docet τῷ, ἦ γὰρ ἂν, cum tamen contrariae potius, quam similes dicendae sint: quippe quae negationem in se contineant, quae carent voces ἦ ἂν, vt supra ostensum est.

## Οὐ γὰρ δή.

οὐ γὰρ δή. Οὐ γὰρ δή, etiam vt aggregatum quoddam et formalem notam describit Budaeus, et vt μὴ γὰρ δή, poni, i. e. idem quod μὴ γὰρ δὴ significare sentit. Xenophontis verba illa: [35]) ἔχοις ἂν εἰπεῖν ἡμῖν, ὅτυ ἕνεκα ἐπεθύμησας ἱππαρχεῖν; ὐ γὰρ δὴ τῦ πρῶτος τῶν ἱππέων ἐλαύνειν, sic transferens: *absit enim, vt existimem, hac de causa te hoc cupere, vt ante alios equo proueharc.* Sed eo differunt, quod μὴ γὰρ δή, propter μὴ particulae facultatem, *abominantis* est, ὐ γὰρ δὴ *negantis.* In praedicto autem Xenophontis loco, nihil abominatione opus est, sed negatione tantum, vt

34) Lib. I. p. 53.

35) Memorab. III. c. 3. §. 1. verbum praecedens repetendum est, id quod innuitur particula δὴ, ὐ γὰρ ἐπι θυμήσειας ἂν, etc. Sic etiam nostrates solent: *denn darum wohl nicht, um nur voraus zu reiten.* Haec est vis particulae δή.

vt ſit ſenſus: *neque enim te hoc cupere exiſtimo, vt alios equitando praecedas.*

## Οὐ γὰρ ἄν πȣ.

Οὐ γάρ ἄν πȣ etiam, pro eodem dixiſſe Platonem, ſentit, in illis verbis: [36]) διὰ ταῦτα δὴ οἶμαι, πάντα λόγον κινȣ̃ντες ἀνατίθετε τῷ ἔρωτι, καὶ Φατὲ αὐτὸν τοιȣ̃τόν τε εἶναι, καὶ τοσȣ́των αἴτιον, ὅπως ἂν Φαίνηται ὡς κάλλιϛος καὶ ἄριϛος, δηλονότι τοῖς μὴ γινώσκȣσιν, ȣ̓ γὰρ ἄν πȣ τοῖς γε εἰδόσιν. Quae verba ſic transtulit: *neque enim peritis vtique, et expertis talem videri vultis.* Cum igitur ſupra dixerit, ȣ̓ γὰρ δὴ pro μὴ γὰρ δὴ *abominantis* accipi; infra vero ȣ̓ γὰρ ἂν πȣ, pro ȣ̓ γὰρ δὴ, ſequitur, vt ȣ̓ γὰρ ἂν πȣ etiam pro μὴ γὰρ δὴ *abominantis* accipiatur, cum tamen ipſe in hoc proximo loco Platonis τὸ, ȣ̓ γὰρ δὴ, *neque enim* ſignificare dicat. Obſeruandum autem eſt, ἂν particulam, in aggregato ȣ̓ γὰρ ἂν πȣ, ad verbum modi alicuius obliqui referri, extrinſecus ſubaudiendi, vt in proximo Platonis loco, ȣ̓ γὰρ πȣ Φανείη ἂν τοῖς γινώσκȣσιν. ου γὰρ ἄν πȣ.

## Οὐ γάρ πȣ.

Οὐ γάρ πȣ, *namque*, per ſe negatio eſt μετὰ αἰτιολογίας ϛοχαϛικῆς. Plato in Euthyphr. [37]) τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ ου γὰρ πȣ.

36) in Sympoſio, p. 186. Hunc locum etiam habet Vigerus Idiotism. cap. VII. ſect. 13. §. 8. qui ſic exponit: *abſit enim, vt iis, qui norunt:* ſupple, *talis videatur.* Sed Hoogeueen: reddit, *neutiquam enim*, et animaduertit, ἂν, praecedente ȣ̓, notare, hoc vel illud *fieri omnino non poſſe.*

37) initio Dialogi.

Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις; ȣ̓ γὰρ πȣ καί σοι δίκη τὶς ȣ̓̃σα τυγχάνει etc. Vbi τὸ γὰρ causam assignat, *cur Euthyphron miretur Socratem in illo loco commorari*, ac si diceret: *miror, te hoc in loco versari, cum tibi nulla sit lis.* τὸ, πȣ autem στοχαστικὸν innuit, non asseueranter ipsum negare, *nullam Socrati esse litem*, sed στοχαστικῶς se arbitrari.

ȣ̓ γὰρ δήπȣ. Interponitur etiam δὴ particula, et legitur ȣ̓ γὰρ δήπȣ. Demosth. de Corona: [38]) ȣ̓ γὰρ δήπȣ Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δὲ αὐτὸν ȣ̓κ ἂν ἐγράψατο. Vbi τὸ, δήπȣ affirmatiuum στοχασμὸν designat.

ȣ̓ δήπȣ. Inuenitur et ȣ̓ δήπȣ sine γὰρ, apud Aristoph. in Ranis: [39]) ȣ̓ μὴ φλυαρήσῃς ἔχων, ὦ Ξανθία, ἀλλ' ἀράμενός γ' οἴσεις πάλιν τὰ στρώματα. Ξανθ. τί δ' ἐστιν; ȣ̓ δήπȣ μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ, ἃ 'δωκας αὐτός; Vbi Interpres ȣ̓ δήπȣ διανοεῖ, pro ὄντως διανοῇ exponit, moxque subiicit: ἡ γὰρ ὀυ ἄρνησις συγκατάθεσιν δηλοῖ. Quod vt concedamus in interrogationibus verum esse, hic tamen non habet locum interrogatio, sed potius ὁ στοχασμὸς, vt illud τί δ' ἐστιν; admiratiue dicat Xanthias, vt qui nullo modo sibi persuadere posset, *se priuatum iri iis, quae ab hero acceperat.* Neque vero propterea, quod interrogatiue proferatur, idcirco ἐλεγκτικὴ esset ἐρώτησις, quales, si negatiue proferantur, affirmationem inferunt, vt in Pluto: [40]) ȣ̓κ ἠγόρευον, ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι;

Ού

38) p. 314. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 229.
39) v. 527. seq.
40) v. 102.

# Οὐ γὰρ ἀλλά.

Οὐ γὰρ ἀλλά, tres sunt particulae, quas Budaeus, secutus Aristophanis Interpretem, [41]) coniungit, et, vt vnicam vocem pro καὶ γὰρ accipi docet, asserens, ὀυ et ἀλλὰ abundare: nempe quia id, quod supprimitur in locutionibus, in quibus voces hae recipiuntur, non animaduertit. Cum enim ἀλλὰ aduersatiua sit, accidit, vt per ipsam contrarium quiddam, quam quod in praecedentibus habitum est, inferatur. Puta, si affirmatiua positio praecesserit, ἀλλὰ negationem comitatur: sin negatiua positio praecesserit, ἀλλὰ affirmationem infert, vt supra de ipso ἀλλὰ dictum est. Cum igitur in locutionibus, in quibus ὀυ γὰρ ἀλλὰ recipitur, post ἀλλὰ verbum affirmatum sequatur, vt apud Aristoph. in Nebul. [42]) ὀυκ ἄν ποθ᾽ εὗρον, ὀυ γὰρ ἀλλ᾽ ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς ἀυτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς Φροντίδος. Et in Ranis: [43]) μή σκῶπτέ μ᾽, ὦ ᾽δελφὲ, ὀυ γὰρ ἀλλ᾽ ἔχω κακῶς, patet, negatiuum quiddam praecessisse, quod tamen non exprimitur, ὀυ γὰρ ἀλλά.

41) ad Nub. v. 232. vbi docet, ὀυ γὰρ ἀλλ᾽, ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ, Ἀττικῶς. Paulo aliter ad Ran. v. 58. ὀυ γὰρ ἀλλ᾽, ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἀλλά, τὸ ἀλλὰ, παρέλκει, Ἀττικῶς Vide etiam H. Steph. in Append. de Dial. p. 85. Videatur sane haec formula elliptica esse, praesertim si γὰρ et ἀλλὰ commate disiungantur. Sed donec vsque nullum reperiatur exemplum ex aliquo idoneo scriptore, vbi ellipsis sit expleta, ratio Deuariana, subtilis quidem et verisimilis, tamen incerta est. Satius videtur meminisse, graecos hac formula causam reddere solere, cur aliquid sit, aut non sit, et commode exponitur *etenim*, *enimuero*. Caeterum vide I. Ienlium pluribus agentem de hac formula in Lect. Lucian. p. m. 144. seq.

42) v. 232. seq.

43) v. 58.

mitur, ſed interdum ex ſuperioribus repetendum eſt, vt in Ranis: μὴ σκῶπτε μ', ὦ 'δελφ' οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, vbi repetendum eſt verbum σκῶπτε, in prima perſona indicatiui, ου γὰρ σκώπτω, deinde addendum, ἀλλ' ἔχω κακῶς, i. e. *non enim iocor, ſed male affectus ſum.* Negatur itaque aliquid ex praecedentibus afferendo cauſam, quae per γὰρ indicatur. Nonnunquam id, quod ſubintelligitur, non ex praecedentibus, ſed extrinſecus adiiciendum eſt, vt in Nebulis: 44) εἰ δ' ὢν χαμαὶ τ' ἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν, οὐκ ἄν ποθ' εὗρον, οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. Vbi poſt particulas ου γὰρ ſupplendum eſt aliquid, vt ſit integra locutio: οὐκ ἄν ποθ' εὗρον, ου γὰρ ἐᾷ ἡ γῆ, ἀλλὰ βίᾳ ἕλκει etc. Sic in Ranis: 45) δοῦλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν. Ξανθ. μὰ τὸν Δί', ου γὰρ ἀλλ' ἔτυχον ὀφθαλμιῶν. Vbi verbum ſubintelligitur, puta παρῆν vel παρεγενόμην, ἀλλ' ἔτυχον ὀφθαλμιῶν, *non enim licuit mihi per oculorum morbum pugnae illi intereſſe.* Sic apud Platonem legitur in Euthydemo, licet interruptum interpoſitione τοι particulae: πῶς, ὦ Διονυσόδωρε λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. Subauditur enim hic quoque verbum συνίημι, vel tale quidpiam extrinſecus, vt ſit integra locutio: πῶς λέγεις; ου γὰρ τοι συνίημι, ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον et reliqua. In exemplo etiam, quod affert Interpres Ariſtophanis in Nebulis, 46) ἀκού-

σαθ'

44) v. 231.

45) v. 192. ſeq.

46) v. 232. e Callimacho, quod in Bentlei fragmentis Callimachi extat n. 92. vbi deleto commate poſt

γὰρ

ϛαϑ᾽ Ἱππώνακτος, ὀ γὰρ ἀλλ᾽ ἥκω, subauditur verbum ἀποδημῶ, vel tale quid, vt sit, ἀκȣ̃σαϑ᾽ Ἱππώνακτος ὀ γὰρ ἀποδημῶ, ἀλλ᾽ ἥκω. Inducitur enim *Hipponax, ipse asserens, se adesse, et verba facturum esse.* In Ranis item Aristophanis, iterum eadem locutio inuenitur. Vbi inducitur seruus quidam, qui dicat ad herum: [47]) Φέρε δὴ ταχέως ἄυτ᾽, ὀ γὰρ ἀλλὰ πειϛέον. Vbi verbum vel aduerbium ϑετικὸν subauditur, vt sit integra locutio: Φέρε δὴ ταχέως τὰ σκέυη, ὀ γὰρ ἀπειϑητέον, ἀλλὰ πειϛέον, i. e. *non enim recusandum est, sed parendum.* Sic apud eundem in Equitibus, [48]) Κλέων et Ἀλλαντοπώλης contendunt, *cuinam ipsorum populus Athenienfis* (qui in ea fabula inducitur) *leporinas carnes acceptas referre debeat.* Et Κλέων quidem *donum sibi arrogans* dicit: ἐγὼ δ᾽ ἐκινδύνευσ᾽. Alter autem, ἐγὼ δ᾽ ὤπ]ησά γε. Post quae Populus ad Cleonem: ἄπιϑ᾽, ὀ γὰρ ἀλλὰ τȣ̃ παραϑέντος ἡ χάρις, *abhinc, non enim ei, qui parauit, sed ei, qui mihi apposuit, gratia referenda est.* Quam suppletionem qui non animaduertunt, ὀυ γὰρ ἀλλὰ, pro καὶ γὰρ accipi aiunt. Neque vero, quia in huiusmodi locutionibus quadrat sensus καὶ γὰρ, idcirco ὀ γὰρ ἀλλὰ idem et καὶ γὰρ esse dicendum est.

## Οὐδ᾽ εἰ.

Οὐδ᾽ εἰ, pro ȣ̓δὲ, vsurpauit Aristoph. in Vespis: [49]) πάντα πέφρακται, κȣ̓κ ἔϛιν ὀπῆς ȣ̓δ᾽ εἰ σέρφῳ διαδῦναι, pro, ὀυδὲ σέρφῳ διαδῦναι. Isocrat. οὐδ᾽ εἰ.

γὰρ legendum censet Bentleius ȣ̓ γὰρ ἀλλ᾽ ἥκω.

47) v. 501.

48) v. 1200. seq.

49) v. 351. Vide supra p. 94. no. 75.

crat. in Panegyr. [50]) οὐδ' εἰ post negationem, pro καὶ εἰ, vel εἰ καὶ vſus eſt: οὐ μὴν, οὐδ' εἰ συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὡς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσι. Vbi οὐδὲ εἰ, pro καὶ εἰ, dictum eſt, propter praecedentem negationem in οὐ μὴν, quam altera quoque ſubſequitur in conſequente οὐδ' ὡς ὀρθῶς, Atticorum more, apud quos ſaepe repetita negatio nihil melius efficit [51]). At ſi affirmatiua praeceſſiſſet, puta καὶ μὴν, vtique καὶ εἰ locum habuiſſet hoc modo: καὶ μὴν καὶ εἰ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις συναγορεύουσιν, etc.

οὐδ' εἰ, pro καὶ εἰ.

## Οὐδὲν et οὐδέν τι μᾶλλον.

οὐδέν.

Οὐδὲν pro ſimplici negatione οὐ vſurpari docet Budaeus [52]) exemplo Gregorii: διὸ καὶ πᾶσαν τὴν κάτω γνῶσιν ὀυδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα τίθεται. Ciceronemque ſimiliter *nihil* pro *non* vſum eſſe in illis verbis: *Demoſthenes nihil Lyſiae cedit.* Mihi nonnihil differre videtur, vtrum οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα τίθεται dicas, an οὐχ ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα τίθε-

50) p. 134.

51) haec loquendi ratio ad Latinos etiam tranſiit. Liuius lib. VII. 10. Iniuſſu tuo imperator, extra ordinem *nunquam* pugnauerim, *non ſi* certam victoriam videam. Vide Lamb. Bos Animadu. in Scriptt. gr. c. 12. p. 57.

52) Comment. gr. l. p. 493. non modo οὐδὲ, ſed etiam οὐδὲν pro οὐ ponunt. Hom. Odyſſ. δ. v. 492. οὐδέ τι σε χρὴ ἴδμεναι, *te ſcire non conuenit.* Ariſtoph. Nub. v. 366. οὐ μὴ ληρήσῃς, οὐδ' ἐστὶ Ζεὺς, *ne, quaeſo, nugeris, non eſt Iupiter*, et infra in eadem fabula v. 537. ἥτις πρῶτα μεν οὐδὲν ἦλθε, *quae quidem non eſt ingreſſa.* Sic etiam οὐκ οὐδὲν, pro οὐκ ſimpliciter. Ariſtoph. Nub. v. 615. οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας οὐδὲν ὀρθῶς, *vos non recte agere dies.*

τίθεται. Quod si affirmatiue loquamur, clarius perspicietur. Nam si ὁ Δημοσθένης διαφέρει τῦ Λυσίυ dixeris, simpliciter *Demosthenem a Lysia differre* affirmas: si vero, ὁ Δημοσθένης διαφέρει τι τῦ Λυσίυ, *secundum quid*, i. e. *in quibusdam differre*. Eam autem proportionem habet τι ad ὐδὲν, quam affirmatio ad negationem.

Οὐδέν τι μᾶλλον [53]) etiam pro ὐδαμῶς accipi docet idem Budaeus, apud Platonem: ὀυδέν τι μᾶλλον καλεῖς ἀυτὴν ἰατρικήν. Vbi tamen pro ὐδὲν μᾶλλον, interposito τι nomine, i. e. *nihilo magis* accipitur; quemadmodum etiam apud Xenophontem: ὐδεν τι μᾶλλον ἢ καὶ γεωργὺς ἐκ παιδίων ὠνύμενον κατασκευάζειν. ὐδὲν τι μᾶλλον pro ὐδαμῶς.

## Οὐδὲ γὰρ ὐδὲ.

Οὐδὲ γάρ ὐδὲ, *congeminatam negationem* habet, ad negatiuae qualitatem augendam, Atticorum more, vt Iliad. ζ. [54]) ὐδὲ γὰρ ὐδὲ Δρύαντος ὑιὸς κρατερὸς Λυκόεργος δὴν ἦν, et Iliad. β. [55]) ὐδὲ ὐδὲ γὰρ ὐδὲ.

53) Οὐδὲν μᾶλλον sine interiecto τι, Attice poni pro ὀυ, notat Gregorius de Dial. §. 18. Schol. Thucyd. ad lib. III. 79 exponit ὐδόλως. Si interponitur τι intensiuum, est *nihil quicquam*. Schol. ad Euripid. Hecub. v. 817. exponit ὐδαμῶς. Vide H. Steph. Animadu. in Corinth. p. 25. et Bachium ad Xenoph. Oeconom. p. 15. vbi etiam locus ab auctore citatus extat.

54) v. 130.

55) v. 22. Iliad. ί. non β'. ad quem locum Eustathius illum Iliad. ζ. v. 130. indicat, docetque tum his in locis, tum aliis huiusmodi, alteram negationum abundare; siue alteram tribui posse verbo, alteram personae, quasi diceres: ὅτι ὐδὲ ὑπεξέφυγεν ἄνις ὐδὲ αὐτός. His subiicit, hanc negationis repetitionem ostendere τὴν παντελῆ ἄρνησιν τῦ πράγματος.

οὐδὲ γὰρ οὐδέκεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν. Quarum negatiuarum formam verbo tribui tertiae personae, docet Eustathius hoc modo: οὐδὲ γὰρ ὑπεξέφυγεν οὐδὲ αὐτός. Alibi Homerus, ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ, dixit, pro οὐδὲ γὰρ οὐδὲ. Iliad. μ. 56) ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικε, δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν. Quarum vocum τὸ, μὲν pene otiosum est, sed τὸ, ἐπεὶ, loco γὰρ, positum est, ac si diceretur, οὐ δὲ μὲν γὰρ.

## Οὐδὲ μὴν.

οὐδὲ μὴν. Οὐδὲ μὴν idem, quod ἀλλ' οὐδὲ significat, i. e. *neque vero, nec tamen.* Vnde patet, particulam μὴν pro ἀλλὰ hic accipi, quo in iteratis interrogationibus et obiectionibus vtimur, vt de ἀλλὰ dictum est. Quod autem sentit Budaeus, οὐδὲ μὴν, et οὔτε μὴν idem significare, 57) vtrumque autem

ματος. Interdum tres ponuntur negationes. Demosth. in Timocr. p. 734. Edit. Reisk. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄκων οὐδὲν ἔθηκεν ὀρθῶς ἔχων, οὐδ' ὡς ὑμῖν ἔμελλε λυσιτελήσειν. *Neque enim vel inuitus quicquam recte statuit, nec quod vobis profuturum esset.* De attico pleonasmo negationis οὐ, item μὴ, inprimis post verba ἀπιστεῖν, ἀπαγορεύειν, κωλύειν, ἀρνεῖσθαι, εἴργειν etc. vide Gregor. de Dial. §. 44. et ad eum Steph. it. Duker. ad Thucyd. II. 101.

56) v. 212.

57) nam centies apud Scriptores permutantur οὐδὲ, et οὔτε, μήδε et μηδὲ. Vid. Doruillius ad Charit. VIII. 8. p. 721.

Οὐ μὴν reddit Vigerus *neque vero, neque tamen*, et οὐ μὴν οὐδὲ, vel οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ *verum enim vero ne*, aut *non.* Sed huius particulae vis saepe pendet ex dicentis animo, vultu, voce gestuque corporis. Isocrat. Euag. p. 370. οὐ μὴν δουλευτέον τοὺς γε νοῦν ἔχοντας κακῶς φρονοῦσιν. *Enimuero non seruiendum est, qui sapiunt, iis, qui tam male affecti sunt animo.*

autem pro ȣ̓ μέντοι accipi: neque vſu, neque ratione probari poteſt. Primum, quod ȣ̓́τε non omnino eundem vſum praeſtat, quem ȣ̓δὲ, vt de ipſo dictum eſt: deinde, quod ȣ̓ μέντοι aduerſatiuum eſt, longeque differt ab vtroque.

## Οὐ δῆτα.

Οὐ δῆτα, *negationem* cum *aſſeueratione* continet: quemadmodum δῆτα per ſe *affirmationis intenſionem* ſignificat, vt de ipſo dictum eſt. Quare non, vt formalis nota deſcribendum eſt τὸ, ὀυ δῆτα, quod fit ex duabus vocibus appoſitis. Sic enim eſſent etiam μὴ δῆτα, ac τί δῆτα, formales notae dicendae. Illas autem formales eſſe notas, dictum eſt ſaepe, in quibus conſtituentium vocum aut vna, aut omnes ſuam amittunt ſignificationem, et in aliam tranſeunt. Sed in propoſitis vocibus, conſtituentium partium quaelibet, ſuam retinet ſignificationem, ſingulaeque ſeorſim vim ſuam prae ſe ferunt, nec in vnam ſignificationem concurrunt. Puta, in ȣ̓ δῆτα, negatio ȣ̓, totam vim ſecum habet: δῆτα, quaſi ſubminiſtrat, vt apud Ariſtophanem in Pluto, [58]) interrogatus quidam, ἀλλ' ȣ̓δεμὴν ἀπεςέρηκάς γ' ȣ̓δένα; reſpondet, ὀυ δῆτ' ἔγωγ'. pro, ὀυκ ἔγωγε, i. e. *minime* ὀυ δῆτα.

T 2

*mo.* Hic ȣ̓ μὴν concitatius eſt pronunciandum, nam contrarium praecedentis dicitur. Sic eodem p. 378. ȣ̓ μὴν ἀλλ' ἔτι γε σαφέςερον. *Enimuero multo planius de vtrisque arbitror me rem demonſtraturum.* Sed ȣ̓ μὴν ſequente ἀλλ' εἰ vel εἰ γε, eſt *nihilominus tamen, verum tamen.* Vide Bergler. ad Alciphr. Epiſt. II. 4. p. 253. et Hoogeueen. ad Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 13. §. 11. p. m. 335. ſeq.

58) v. 374. et paullo poſt v. 390. σὺ μὲν ȣ̓ν σεαυτὸν ſc. ἀπολεῖς. Χρ. ȣ̓ δῆτ', *ita te quidem ipſe perdis.* Chr. *minime vero.*

*minime ego quidem*: quod satisfaceret responsioni. Sic in illo Demosthenis: [59]) μὴ δῆτ', ὦ πάντες θεοὶ, satis esset, quod ad sensum attinet, si μὴ, ὦ πάντες θεοὶ, dixisset. Similiter apud Aristoph. Pluto: [60]) τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω, si τί σοι τίμημα ἐπιγράψω dixisset, eundem sensum praestitisset.

## Οὐκοῦν et οὔκουν.

οὐκοῦν, οὔκουν. Οὐκοῦν circumflexum, pro simplici οὖν accipitur tam *collectiue*, vt τοίνυν et ἄρα, quam *continuatiue* pro *igitur*, et *itaque*: nec quidquam negat, licet connexam habeat negationem. Cuius rei signum est, quod in negationis illationibus τῷ, οὐκοῦν, negatiua particula οὐ subiungitur, vt apud Demosthenem περὶ τοῦ στεφάνου [61]), οὐκοῦν οὔτε τῆς ἐξαρχῆς εἰρήνης ἡγεμὼν οὐδ' αἴτιος ὢν ἐγὼ φαίνομαι, οὔτε τῶν ἄλλων et reliqua. Vbi οὔκουν, παροξυτόνως, sola per se, pro οὐκοῦν οὐ deseruire potuisset. Non solum autem *ratiocinationum illationibus*, sed *simplicibus* etiam *positionibus*, quae ex concessis quibusdam sequuntur, vel etiam sumuntur, seruit vox οὐκ οὖν, pro *igitur* et *itaque*. Demosthen. pro Megalopolitis: [62]) ἀπὸ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἄρξομαι διδάσκειν· οὐκοῦν οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι, ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει et reliqua.

Videtur etiam poni loco καὶ μὴν, i. e. *atqui* vel *attamen* et *tamen*, vt saepe apud Aristophanem in Pluto: [63]) vbi cum seruus ad Chorum dicat: ἴτ',

59) de Corona, p. 358. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 332.

60) v. 480.

61) p. 316. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 233.

62) p. 83. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 202.

63) v. 255. seq.

ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', respondet Chorus: οὐκοῦν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως, et paulo infra, [64]) cum dicat Chorus: σὺ δ' ἄξιοῖς ἴσως με θεῖν, πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι, ὅτου χάριν γ' ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκεν ἡμᾶς, respondet seruus: ὀυκοῦν πάλαι δήπου λέγω, σὺ δ' αὐτὸς οὐκ ἀκούεις. Quibus in locis, et similibus, ὄυκουν, cum *accentu in penultima*, *interrogatiue* prolatum, legi debere suspicari possumus. Negatiua autem interrogatio in affirmatiuam enunciationem resoluitur. Neque enim, quia in praedictis locis quadrare posset vox et sensus καὶ μὴν aggregati, idcirco τὸ, ὀυκοῦν idem, quod καὶ μὴν significare dicendum est. Cuiusmodi transsumtione modice vtendum esse in significatione vocabulorum inuestiganda, alibi quoque dictum est.

Porro, οὔκουν, penacutum, *connexam negationem* exercet tam in illationibus, quam in simplicibus enunciationibus, qualis est apud Aristoph. in Pluto: [65]) ἔστιν δὲ μοι τοῦτ' αὐτὸ θαυμαστόν, χ' ὅπως, χρηστόν τι πράττων, τοὺς φίλους μεταπέμπεται, ὄυκουν ἐπιχώριόν τι πρᾶγμ' ἐργάζεται. In illatione autem, vt apud Demosthenem, additur etiam negatio οὐδὲ post vocem ὄυκουν, si secundo loco positum aliquid negare opus sit: vt apud Demosth. [66]) ὄυκουν οὐδ' ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην, οὐδὲν αὐτῷ λεκτέον, vbi οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ ποιήσασθαι εἰρήνην dixit, cum prius de quibusdam aliis non esse dicendum dixisset. Quod non est geminare, seu repetere negationem, vt sentit Budaeus, sed nouam negationem afferre, ὄυκουν.

 ad

64) v. 259. seq.
65) v. 340. seq.
66) de falsa legat. p. 212. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 370.

ad praedictum respectum significandum [67]). Sic ad expressionem argumenti a fortiori, subditur οὐδὲ negatio post οὔκουν, apud Platonem: [68]) οὔκουν λέγεταί γε οὐδ' ὑπ' αὐτῶν ὁμηρειδῶν. In quibus talis ratiocinatio innuitur, *vt, si nec ab ipsis Homeri sectatoribus hoc dicitur, sequatur, nec ab aliis quibusdam dici.*

οὐκοῦν, interrogatiuum.

Οὐκοῦν etiam *interrogatiue* dicitur, vt οὐκ apud Aristophanem in Pluto: [69]) οὐκ ἠγόρευον, ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι; Quae negatio in affirmatiuam enunciationem resoluitur. Et apud Lucian. [70]) οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; Sic etiam οὐκοῦν, vt, si dicas, οὔκουν ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι; Sophocl. in Antig. [71]) cum *vehementia* interrogationem sociauit, inducens *Creontem, ad quendam nuncium protrahentem*: οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει; quibus commotus ille respondet: καὶ δὴ λέγω σοι. In *responsionibus* etiam

67) Iterum sophisticatur Deuarius, vt refellat Budaeum, docentem in Comment. gr. l. p. 476. οὔκουν accipi pro *non igitur*, q. d. οὐχὶ οὖν, geminata negatione. Sed adponemus locum Demosthenis, et lector ipse iudicet de hac lite. Dixerat Orator, *ne committite, vt Aeschines commisceat omnia; sed quodque sigillatim perpendite.* Primum, nemo Aeschinem de bello cum Philippo gesto postulauit: οὔκουν περὶ τούτων καὶ οὐδὲν αὐτὸν δεῖ λέγειν. Porro, nemo eum de pace cum Philippo facta in iudicium vocabit: οὔκουν οὐδ' ὑπὲρ αὐτοῦ οὐδὲν αὐτῷ λεκτέον: *quare etiam neque de hoc quicquam ei erit dicendum.* οὐκ οὐδὲν cohaerent, (vid. supra no. 52.) et οὐδὲ respondet nostro *auch. Auch hiervon braucht er also nicht zu reden.*

68) Politic. Lib. X. p. 464.

69) v. 102. *nonne dicebam, fore vt molestias mihi exhibeatis?*

70) Timone, c. 46. Opp. Tom. I. p. 159.

71) v. 250.

etiam pro simplici negatione ponitur τὸ ὄυκȣν apud Platonem, ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βȣ́λει γενέσθαι; ὄυκȣν ἔγωγε ἔφη, *haud equidem*, vel, *ego vero nequaquam*.

## Ο ὐ μ ὲ ν.

Οὐ μὲν, pro ὀυ γὰρ, videtur accipi apud Homerum Odyss. ρ΄. [72]) δὸς φίλος, ȣ̓ μέν μοι δοκέεις ὁ κάκιςος ἀχαιῶν ἔμμεναι, ἀλλ᾽ ἄριςος. Alibi dixit ȣ̓ μὲν γὰρ. Iliad. ε΄. [73]) τῷ δ᾽ ἐπὶ παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων ἠκέσατ᾽, ὀυ μὲν γάρ τι καταθνητός γ᾽ ἐτέτυκτο. Additur etiam huic voci δὴ particula, *affirmatiuam* vim habens: Xenoph. ἄλλος δ᾽ ἀυ ἐπήρετο ἀυτὸν, ἤ καὶ τῶν πόνων πλέον ἔχειν μαςέυεις: μὰ Δί᾽, ἔφη, ὀυ μὲν δή. Quod Ciceronem dicere *minime vero*, docet Budaeus [74]). In quo Homerus, ȣ̓ μένθης dicere solet, vt Iliad. θ΄. [75]) τίφθ᾽ ȣ̈τω τετίησθον Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη; ὀυ μένθην κάμετόν γε μάχη ἐνὶ κυδιανείρη. Et Odyss. ε΄. [76]) ἱμειρόμενός περ ἰδέσθαι σὴν ἄλοχον, τῆς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα, ὀυ μένθην κείνης γε χερείων ἔυχομαι εἶναι, i. e. ȣ̓ μὲν δὴ, vt Eustathius interpretatur [77]). ὀυ μὲν. ὀυ μὲν γὰρ. ȣ̓ μὲν δὴ. ȣ̓ μένθην.

## Οὐ μέν τοι ἀλλά.

Οὐ μέν τοι ἀλλὰ, formalis nota est, et idem, quod ȣ̓ μὴν ἀλλὰ significat. Nam et μέν τοι, *aduersa-* ὀυ μέν τοι ἀλλά.



72) v. 415.
73) v. 401.
74) Comment. gr. l. p. 480. habet etiam μὲν simpliciter *adseuerandi* vim, vt in formula ἐμοὶ μὲν δοκεῖ.
75) v. 447. seq.
76) v. 209. seq.
77) adde Schol. Theocriti ad Idyll. V. v. 110. τὸ δὲ θὴν, ἀντὶ τȣ̃ ἐπιπολὺ, ἢ ἀντὶ τȣ̃ δή.

*uerſatiuum*, idem valet, quod μὴν, itidem *aduerſatiuum*. Plato: [78]) καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὕτως γ' εἶναι ἄλογον, οὐ μέν τοι ἀλλ' ἴσως γ' ἔχει τινὰ λόγον, i. e. *veruntamen habet aliquid rationis.*

Οὐ μέν τοι autem per ſe *non tamen*, et *nec vero* ſignificat, ſemperque negatiuum ſenſum habet. Secus οὐ μέν τοι ἀλλὰ, ſicut οὐ μὴν ἀλλὰ, non ſemper *negatiuum* eſt, ſed interdum *affirmatiue* aduertatur, et pro ὅμως vel ἀλλ' ὅμως accipitur, vt dictum eſt de οὐ μὴν ἀλλά.

## Οὐ μή.

οὐ μή. Οὐ μὴ *negatio* eſt *cum prohibitione*, ex οὐ et μή. Quarum particularum appoſitione prohibitionis intenſio et vis indicatur [79]). Ariſtoph. in Nebul. [80]) οὐ μὴ σκώψῃς, μηδὲ ποιήσῃς, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. Et in Ranis [81]): οὐ μὴ διατρίψῃς ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας, et infra [82]): οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων, ὦ Ξανθία. In quibus omnibus exemplis, cum μὴ prohibendi ſit, *Subiuncti-*

78) Phaedone, c. 6. Recte Cl. Hoogeueenus ad Viger. Idiotism. cap. VII. Sect. 13. §. 11. no. 56. hanc formulam habet pro elliptica, ita, vt οὐ poſt οὐ μέν τοι, vel, μὴν, vel praecedentia repeti poſſint, vel quiduis aliud idoneum. Sic verba Platonis exprimimus: *gleichwohl iſt es nicht, ſondern es hat wohl ſeinen gewiſſen Grund.* Si ſimpliciter exponas *verum tamen*, negatio οὐ intercidit.

79) nulla eſt intenſio, ſed mos loquendi ſic tulit. Nam idem valet, vtrum ſimpliciter dicas μὴ ποιήσῃς, an οὐ μὴ ποιήσῃς. οὐ ποιήσῃς autem non dicunt.

80) v. 295. it. v. 505.

81) v. 465.

82) v. 527. it. v. 204.

*iunctiuo* iungitur, [83]) negatioque ὀυ, accentum *acutum* habet, [84]) quippe quae a particula μὴ diuisim legitur, vt dictum est Cap. XIV. vbi de μὴ particula agitur. Cum vero κατ' συνέπειαν proferuntur, *τὸ μὴ negationi cedit*, *negatiuamque vim* habet, qualem in obliquis enunciationibus, vt in exemplis, quae affert Budaeus tum ex Luciano: Θάῤῥει, ὀυδὲν ὀυ μὴ γένηται ἄδικον δικαιοσύνης τάυτης συμπαρούσης, i. e. *bono animo esto*, *haud enim quidquam iniustum fieri potest*, *praesente iustitia:* tum ex Platone in Phaedro: ὅτι ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν, ὀυ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς ὃυ ἐπιθυμοῦμεν, i. e. *nunquam id*, *quod cupimus*, *assequemur*. Item ex Gregor. θεὸν ὅ, τι ποτ' ἐςὶ τὴν φύσιν, οὔτε τὶς ἕυρεν ἀνθρώπων, ὄυτε μὴ ἕυρη, i. e. *nec posthac inuenerit*. In quibus omnibus exemplis videntur voces ὀυ μὴ, ἐλλειπτικῶς dici, subaudiendumque esse nomen δέος, cui tribuitur negatio.

Porro autem particula μὴ ad subiunctiuum verbum refertur, vt fit apud Lucianum: οὐ δέος, μὴ γένηταί τι ἄδικον, δικαιοσύνης παρούσης. Et apud Platonem: οὐ δέος, μή ποτε κτησώμεθα. Et apud Gregor. ὄυτε δέος, μὴ ἕυρη. Sic quod legitur apud Aeschinem: [85]) τοὺς μέν γὰρ πονηροὺς οὐ μή ποτε βελτίους ποιήσετε, verbum ποιήσετε in Subiunctiuo legendum puto, vt eodem



modo

83) excepto vltimo, vbi libri habent Indicatiuum. Et Thom. M. in V. μὴ, ἰςέον δὲ, ὅτι καὶ τὸ μὴ, καὶ τὸ οὐ μὴ, οὐ μόνον ἐπὶ ὑποτακτικῶν τίθενται, ἀλλ' ἔςιν ὅτε καὶ ἐπὶ μελλόντων ἁπλῶς.

84) sed hodie in libris etiam sine accentu scribitur.

85) in Ctesiphont. ap. H. Steph. in Oratt. vett. p. 79. in nouiss. edit. Reiskiana Vol. III, p. 567.

modo reducatur locutio: ὀ δέος, μήποτε ποιήσητε βελτίως τοὺς πονηρούς. Apud Synesium autem: ὀυ γὰρ μήποτε κατισχύσειε τοῦ πεφυκότος, ὀυδ' ὀυ μὴ σβέσειε τὸν σπινθῆρα τοῦ θείου φωτὸς, siue ἀπευτικῶς, siue δυνητικῶς accipiatur τὸ μήποτε, merito *optandi* vocibus tribuitur. Quod autem dixit: ὀυδ' ὀυ μὴ σβέσειε, repetitionem habet τοῦ, ὀυ μή. Nam ὀυδὲ σβέσειε dixisse satis esset.

## Οὐ μήν.

ὀυ μήν. Οὐ μὴν idem, quod ὀυ μέν τοι significat. Nam et μὴν idem, quod μέν τοι, valet, semperque *negatiue aduersatur*. Demosth. [86]) ὀυ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα, *nec vero hic res constitit.* Idem, ὀυ μὴν κωλύει γε ὀυδὲν, *tametsi nihil prohibet.* Differt ab ὀυ μὴν ἀλλὰ, quod illud formale signum est, et modo negatiue, modo affirmatiue aduersatur, hoc semper negat, et ad diuersa refertur, quo fit, vt formale signum non sit. Eodem modo differt ὀυ μέν τοι ἀλλὰ, ab ὀυ μέν τοι, a quo trahit originem [87]).

## Οὐ γὰρ ὅπως.

ὀυ γὰρ ὅπως. Οὐ γὰρ ὅπως etiam vt aggregatum quoddam describit Budaeus, afferens exemplum ex Demosthene: [88]) ὀυ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ etc. i. e. *non enim tantummodo corpus alicuius his*

86) adu. Midiam. p.399. C. Edit. Reisk. Vol. I. p.547.

87) Vide, quae supra obseruata sunt no. 57.

88) adu. Midiam p. 386. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 518.

*his diebus iniuria affici indignum existimabatis, sed et* etc. Vbi οὐ γὰρ ὅπως, pro οὐχ' ὅπως γὰρ dictum est. Et quamuis οὐχ ὅπως nota formalis sit, vt in qua constituentium particularum nulla per se id, quod totum aggregatum significet; tamen οὐ γὰρ ὅπως non dicimus aggregatum esse, non magis quam οὐ γὰρ ὅπως μὴ, in quibus τὸ γὰρ ad aliud refertur, potestque tam adesse, quam abesse: μὴ vero verbo sequenti tribuitur.

## CAPVT XXI.

## DE PARTICVLIS οὕτως, οὐ μὴν οὐδὲ, et harum similibus.

Οὕτως, 89) aduerbium notae significationis, respondet τῷ, ὡς, et ὥσπερ, παραβολικῷ, et plerumque καὶ coniunctionem sibi subiungit. Quae tamen coniunctio saepe per se, praedicti aduerbii officium praestat. Quod nisi quis animaduertat, consequens sermonis in vnum rediget cum antecedente, et putabit deesse consequens', vt apud Xenophontem ἀπομνημ. ά. 90) ἤδη δέ ποτε ἐσκέψω, εἰ ἄρα ὥσπερ τὸ ἀνδραποδίζεσθαι τοὺς μὲν φίλους ἄδικον εἶναι δοκεῖ, τοὺς δὲ πολεμίους δίκαιον εἶναι, καὶ τὸ ἀχαριστεῖν etc. vbi subintelligitur οὕτω, coniunctioni καὶ praeponendum, vt sit integra locutio: οὕτω καὶ τὸ ἀχαριστεῖν et reliqua. In quibus continetur consequens, seu posterior pars οὕτως.

89) Thom. M. τὸ οὕτως, ἐπαγομένου μὲν φωνήεντος, μετὰ τοῦ ς ἐκφέρεται, ἐπαγομένου δὲ συμφώνου, χωρὶς τοῦ ς.

90) est lib. II. c. 2. §. 2.

pars τῆς παραβολῆς. Antecedit etiam aduerbium hoc τὸ, ὥστε, ἀποτελεστικόν. Dicimus enim οὕτω πολλοὶ ὥστε, qui tamen ordo particularum nonnunquam peruertitur, vt apud Aristoph. in Auibus: [91]) δώσομεν ὑμῖν πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, ὥστε παρέσται κοπιᾶν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, οὕτω πλουτήσετε πάντες. Quod ἐπιφωνηματικῶς dictum est, et ad constructionis ordinem redigetur hoc modo: οὕτω πλουτήσετε πάντες, ὥστε παρέσται etc. Quanquam apud auctores semper ἐν τοῖς ἐπιφωνήμασι, *antecedens* quidem cum οὕτως *aduerbio postponitur: consequens* vero *praeponitur plerumque sine* ὥστε *particula.* Cuius exempla passim apud Scriptores occurrunt. Isocr. in Paneg. [92]) τοῖς δ' ἠπειρώταις, οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασιν, οὕτως ἀείμνηστον πρὸς αὐτοὺς τὴν ὀργὴν ἔχουσιν. Quod ad constructionis ordinem sic redigendum est: οὕτως ἀείμνηστον πρὸς τοὺς ἠπειρώτας τὴν ὀργὴν ἔχουσιν, ὥστε οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασι. Sic alibi in eadem oratione: [93]) σημεῖον δὲ τοῦ τάχους καὶ τῆς ἁμίλλης, τοὺς μὲν γὰρ ἡμετέρους προγόνους φασὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πυθέσθαι τὴν ἀπόβασιν τὴν τῶν βαρβάρων etc. τοὺς δὲ ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶ διακόσια καὶ χίλια στάδια διελθεῖν etc. οὕτω σφόδρα ἠπείχθησαν. Quod etiam sic redigetur: οὕτω σφόδρα ἠπείχθησαν, ὥστε τοὺς μὲν ἡμετέρους προγόνους etc. In quibus omnibus et similibus, cum ὥστε *supprimatur*, constructionisque ordo peruertatur, non mirum est, si οὕτως, ἀποστατικῶς a praecedentibus diuulsum esse videtur. In Aristoph. Pluto [94]) etiam *praepostere* accipitur sine ὥστε,

91) v. 730. seq.

92) p. 144.

93) p. 114.

94) v. 1015. seq.

ὥστε, cum dicit: ὅτι προσέβλεψέ μέ τις, ἐτυπτόμην διὰ τοῦθ' ὅλην τὴν ἡμέραν, οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ πεανίσκος ἦν. Cuius locutionis ordo est: οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν, ὥστε etc.

Significat etiam *consecutionem* quandam: εἰ δέ τῳ μὴ ἀρέσκῃ ταῦτα, παραβάλλων τὸ ἑτέρου ἦθος πρὸς ταῦτα, οὕτω κρινέτω. Quod εἶθ' οὕτω plenius dicitur. Isocr. in Panegyr. [95]) ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς, εἴτ' ἐδόκει τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἑκάστους, εἴτε καὶ τῶν δοριαλώτων ἐπάρχειν, ἕν τι τούτων ὁρισαμένους, οὕτω συγγράφεσθαι περὶ αὐτῶν, *deinceps, mox, caeterum.* Adhibetur etiam in hoc sensu, vbi aliquid *constitutum ac decretum* fuerit. Aristoph. in Auib. [96]) οὕτω μὲν εἰσίωμεν, i. e. *caeterum eamus intro*, vel ἐπὶ τούτοις, *hac conditione introeamus.* Sic infra in eadem fabula, [97]) vbi inducitur Prometheus velato capite, *cui indignatur quidam, quod ipsi se non proderet amplius, et negat*, se responsurum, nisi se detegat; respondet Prometheus: οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι, *itademum me ostendam.*

Οὐ

95) p. 152.

96) v. 657. vbi Schol. οὕτω, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ ταύταις ταῖς συνθήκαις.

97) v. 1503. cf. Viger. Idiotism. c. VII. sect. 10. §. 7-12. Porro, οὐχ οὕτως, quando in altero membro ὡς sequitur, respondet late *non tanquam.* Significat etiam *adeo*, sed significatu eo, quo vtitur saepe Liuius pro *nam.* Vid. H. Steph ad Thucyd. l. 81. et Bauerus ad Conciones Thucyd. p. 40. Etiam iurantis est particula, vt lat. *ita*, vel *sic.* Christoph. Nub. v. 520. οὕτω νικήσαιμ' ἔγωγε, ὡς etc. *ita vincam ego, vt* etc.

# Οὐ μὴν ὀυδέ.

ὀυ μὴν ὀυδέ. Οὐ μὴν ὀυδὲ, ex ὀυ μὴν, et ὀυδὲ partibus constat, in quorum priore, μὴν particula, non semper *aduersatiua* est, sed interdum *transitiua*. Et, quae illam praecedit, negatio, praecedentia respicit; repetit enim praecedentem negationem. Posterioris autem partis negatio subsequenti verbo tribuitur, et negatiuam propositionem constituit, vt apud Xenoph. I. ἀπομν. [98]) vbi cum de Socrate dixisset, ἀλλ' ὀυ μὴν θρυπτικός γε, ὀυδὲ ἀλαζονικὸς ἦν, et quaedam alia: mox subiecit: ὀυ μὴν ὀυδ' ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει. Porro, ὀυ μὴν ὀυδὲ, et ὀυ μὴν ὄυτε, et ὀυ μὴν ἀλλ' ὀυδὲ, quasi formales notas describit Budaeus, idemque ipsas, quod ὀυδὲ μὴν et οὔτε μὴν, h. e. ὀυ μέντοι significare docet, afferensque Galeni verba illa: ἐσθίειν δὲ τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς κόποις πυρέξαντας, ἐνδέχεται πολλάκις, ὀυ μὴν ὄυτε τοὺς στεγνωθέντας, οὔτε τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. Ibi addit, μὴν etiam *aduersatiuum* est in hoc loco, vt in ὅμως μὴν. In quibus illud animaduertendum est, praedictas voces non esse formales notas, cum partes constituentes ad diuersa referantur: vt in praedicto Galeni loco τὸ, ὀυ μὴν, aduersatiue negat, ἐνδέχεται ἐσθίειν τοὺς στεγνωθέντας καὶ τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας, quod repetita negatione alios ab aliis distinguit: vt sit ordo praedictorum verborum: ὀυ μὴν ἐνδέχεται ἐσθίειν, ὄυτε τοὺς στεγνωθέντας, ὄυτε τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. Et sic μὴν in sua significatione remanebit. Vtrumque autem ὄυτε ad subsequentes orationis partes refeٴretur. Pari modo in ὀυ μὴν ὀυδὲ, et in ὀυ μὴν ἀλλ' ὀυδὲ, partes ad diuersa referuntur in constru-

98) cap. II. §. 5.

ſtructionis diſtributione. Quid autem ὄυτε differat ab ὀυδὲ, vide in dictione ὀυδὲ. Putaret etiam aliquis, ὀυ μὴν ὀυδ' ἐι formale ſignum eſſe, cum tamen non ſit, vt cuius partes ad diuerſa referuntur. Nam ὀυ μὴν, *negatiue aduerſatur*, ὀυδ' ἐι autem, loco καὶ ἐι, vel καίπερ ponitur, cum repetitione negationis, quae eſt in ὀυ μὴν.

## Οὐ μὴν ἀλλά.

Οὐ μὴν ἀλλά, tres ſunt particulae, de quibus, vt de vnica voce, Budaeus docet, *quod, quamuis negationis ſpeciem prae ſe ferat, tamen affirmationis vim habet*: et exemplis quibusdam has voces *enimuero* et *at vero* ſignificare ait. In quibus et ſimilibus omnibus, ſi ὀυ μὴν ad praecedentia referatur, clare apparebit, non vnicum ſenſum harum vocum eſſe, ſed ὀυ μὴν ad praecedentia referri, ἀλλὰ diuerſum aliud quiddam ponere, loco eius, quod per ὀυ μὴν remouetur. Quam ſignificationem ὀυ μὴν, pro *non tamen*, cum Budaeus etiam intelligat, tamen in ὀυ μὴν ἀλλὰ non agnoſcit. Harum itaque trium vocum μὴν aduerſatiua in diſtributione conſtructionis in καίτοι, vel καίπερ conuerſa, antecedens locutionis efficit, quod plerumque ſubticetur; et idcirco ὀυ μὴν ἀλλὰ praecedere videtur in locutionibus, reliquae duae conſequens ſibi diuidunt, quarum ἀλλὰ ponit aliquid, diuerſum ab eo, quod per ὀυ particulam negatur. Iſocr. in Panegyr. [99]) νῦν δὲ, οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσαις δόξαις ὄντες, ἐπὶ μικροῖς σπουδάζουσιν, ἡμῖν δὲ τοῖς τῶν πολιτικῶν ἐξεστηκόσιν περὶ τηλικούτων πραγμάτων συμβουλέυειν καταλελοίπασιν, ὀυ μὴν ἀλλ' ὅσῳ μικροψυχό-

ὀυ μὴν ἀλλά.

99) p. 148. cf. ſupra nr. 57.

ψυχότεροι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ προεστῶτες ἡμῶν, τοσοῦτον τοὺς ἄλλους ἐρρωμενεστέρους δεῖ σκοπεῖν, ὅπως ἀπαλλαγησώμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας. Quarum locutionum eius, quae prior est, sensus est huiusmodi: *praecipuos in rebuspublicis Graeciae, parui momenti negotiis operam dare; maxima quaeque aliis curanda relinquere.* Post quae subiicit: *quod, tametsi res ita se habeat, non ideo reliquos negligere oportere, sed curare, vt Graeciae ciuitates inter sese concilientur.* Itaque μὴν particula praedictae locutionis antecedens innuit, *quod tametsi res ita se habeat*: ac si dixisset, καίπερ ἂν τούτων οὕτως ἐχόντων. Negatio deinceps illam consequentis partem innuit, *non idcirco reliquos negligere oportere*, ac si dixisset, οὐ δεῖ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς ἀμελεῖν. Reliqua consequentis pars, in qua ponitur diuersum quiddam, per ἀλλὰ coniunctionem profertur, quae est: ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως ἀπαλλαγησώμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας, i. e. *sed id curare, vt praesentibus inimicitiis liberemur.* Quamuis autem hanc originem habeat, et ad hanc etymologiam partes eius reduci possint in constructionis distributione: tamen saepe pro *affirmatiua aduersatione* simul praedictae voces pro *veruntamen* et *attamen* accipiuntur. Cuius significationis innumerabilia exempla occurrunt apud auctores. Inuenitur etiam interruptum nonnunquam, vt apud Platonem: οὐ μὴν αὐτός γε ἀλλὰ καὶ πρότερον ἀκηκοέναι, pro οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρότερον αὐτός γε ἀκηκοέναι. Interrumpitur etiam δὲ particula interiectione, οὐ μὴν δὲ ἀλλά.

## Οὐδέ.

οὐδέ. Οὐδὲ vox *negandi*, eo ab οὔτε differt, quod hoc *simplici negationi subditur*, vt οὐ τοῦτο, οὐδὲ τοῦτο. Si

Si autem οὔτε praecesserit, alterum οὔτε sequi necesse est. Galen. οὔτε τοὺς στεγνωθέντας, οὔτε τοὺς πυρέξαντας. Nam cum οὐδὲ idem valeat, quod καὶ οὐ, sequitur, vt δὲ pro καὶ accipiatur. Quod cum per se stare possit, etiam si alterum καὶ non praecedat vel subsequatur, efficitur, vt δὲ quoque per se negationi iungatur, quae simplici negationi respondeat; οὔτε vero, propter τε particulam, quam semper alterum τε subsequitur, ipsum quoque per se stare non potest, sed alterum οὔτε semper requirit, vt dictum est.

## Οὐ μὴν πω.

Οὐ μήν πω etiam quasi formalem notam et aggregatum quoddam describit Budaeus, et *nondum* significare docet, supprimens μὴν particulae vim *aduersatiuam*, qua fit, vt οὐ μήν πω vox, *nondum tamen*, vel *attamen nondum* significet, vt apud Demosthenem: οὐ μὴν πω τοῦτο βούλεσθαι λέγειν [1]). Cum itaque partes vocis huius ad diuersa referantur, aggregatum vllum ex ipsis fieri non potest, non magis quam ex οὐ μὴν ποτε, et οὐ μὴν πώποτε vocibus, et si quae aliae simili modo coaceruantur. Quare singulis sua vis tribuenda est, vt de singulis suo loco dictum est. Nec vero, quia sub vno accentu proferuntur voces οὐ μὴν πω, pro vno quodam habenda sunt. Sic enim quamlibet encliticam vocem, non vt partem

οὐ μήν πω.

1) idem significat οὐ δή πω, apud eundem Demosthenem de Corona, p. 315. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 230. οὐ γὰρ δή ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. *ego quidem tum nondum accesseram ad rempublicam.*

tem orationis, sed vt partem et syllabam eius, cuius accentu regitur, existimare oporteret.

## Οὖν.

οὖν. Οὖν particula, quatenus *illatiua* est, et idem quod οὐκοῦν significat, non solum explicitarum ratiocinationum conclusionibus accommodatur, et ἄρα, i. e. *ergo* significat, sed simplicibus quoque positionibus deseruit, quae tamen ex quouis modo concessis consequuntur vel sumuntur: et *assumtiuam* vim habet, vt τοίνυν, ex quo postea aliud colligitur seu infertur. Quatenus vero *transitiuum* est, eundem vsum praestat, quem μὲν οὖν, vt de illo dictum est, et significat *igitur*, *itaque*. Saepe etiam abundat apud Homerum et Herodotum, atque alios auctores, tum per se, tum etiam quibusdam aliis sociatum. Hom. Il. β)[2]) φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι Κρονίωνα. Plato: τριχῆ διαστησώμεθα, ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει. Sic ὡς οὖν, pro simplici ὡς, apud Pausaniam: ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη, συνήγαγε τοὺς ἐν τέλει, vbi *demum* vel *tandem* significare potest, nam et haec quoque significat. Quae significatio saepius in δ' οὖν voce reperitur, vt de ipsa dictum est. Apud Ionas ὦν pro οὖν dicitur[3]).

## Οὔτι.

οὔτι. Οὔτι, vt μήτι, duae voces sunt, in quibus neutrum nomen τι, particulis οὐ et μὴ subiungitur, eisque

2) v. 349.

3) Vide Gregor. de Dialect § 16. Edit. Koeni p. 1?4. et Metarium de gr. l. Dial. p. m. 131. Additur etiam οὖν formulis affirmantibus, vt πάνυ μὲν οὖν omnino. item formulis interrogantium, vt φέρε, τί οὖν. ap. Aristoph. Plut. v. 94.

eisque in masculino et feminino genere respondent voces μήτις et οὔτις. Vt igitur οὔτις idem valet, quod οὐδεὶς, vt apud Hom. Il. α'. [4]) οὔτις ἐμεῦ ζῶντος σοὶ χεῖρας ἐποίσει, et alibi: sic οὔτι idem erit, quod οὐδὲν, vt Iliad. δ. τὸν δ' οὔτι προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων.

Vt autem οὐδὲν pro simplici negatione accipitur interdum, vt de ipso dictum est, sic etiam τὸ, οὔτι, *simpliciter negat*, sine τι pronominis significatione. Plato: ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα, τοὺς λόγους ποιεῖσθαι φοβερόν τε καὶ σφαλερὸν οὔτι γέλωτα ὄφλειν, ἀλλὰ μὴ σφαλῆς et reliqua, i. e. *periculum imminet, non dico ne ridiculus videaris, sed* etc.

Additur huic voci τὸ ποῦ, στοχαστικόν, et fit οὔτι που. Quod tametsi *interrogatiue* cum indignatione etiam nonnunquam profertur, non tamen *coniectura* vacat. Aristoph. in Ranis [5]): ἐπίσχες οὗτος, οὔτι που σπουδὴν ποιεῖς, ὁτιή σε παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα; h. e. *nunquid*, vel *an forte*, seu, *num forte serio fieri putasti, quod ioco ego feci*? Sic Plato interrogatiue: οὔτι που, ὦ Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι; quae interrogatio σὺν στοχασμῷ pronuncianda est. οὔτι που.

Οὔτοι autem, *ultimam diphthongum* habens, cum *asseueratione negat*, vt de οὐδῆτα dictum est. Saepe apud Aristoph. [6]) οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' οὔτοι.



4) v. 88.

5) v. 525. in Edit. Kuster. est οὗτοι που. Sed Scholiasta habet οὔτι που, ἢ ἀντὶ τοῦ ἆρα, ἢ πρὸς τὸ οὔτι που στικτέον.

6) in Vespis, v. 1433. it. in Pluto, v. 64.

ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, *nequaquam certe, minime vero.* Et alibi: [7]) οὔτοι καταπροΐξει.

## Οὐχ ὅτι.

οὐχ ὅτι. Οὐχ ὅτι, vox aequiuoca eſt, quippe quae dupliciter accipitur. Nam ſi ὅτι, διηγηματικῶς et ἀποφαντικῶς, vel αἰτιολογικῶς intelligitur, tunc οὐχ ὅτι duae voces erunt, et *non quod* ſignificant, *Indicatiuo* iunctae: vt, οὐχ ὅτι κἂν τούτοις ἔλαττον ἠνέγκατο, i. e. *non quod in his quoque deteriores partes tulerit.* Cui additur nonnunquam μὴ, loco οὐ, negatiue, ſi negare opus ſit, vt apud

οὐχ ὅτι μή. Lucian. οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι, i. e. *non quin honeſtum eſſe cenſeam.* Cum vero vox ὅτι neutram praedictarum ſignificationum retinet, tunc οὐχ ὅτι non ſimpliciter negat, ſed vt μὴ ὅτι, *ampliationibus* ſeruit, et formalis nota eſſe dicitur. Cumque ampliationes modo in affirmatiuam, modo in negatiuam deſinant, ſi in affirmatiuam tendit ampliatio, τὸ, μὴ ὅτι, pro *non ſolum* accipitur, vt, οὐχ ὅτι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ſin in negationem tendit ampliatio, pro *non ſolum non* accipitur τὸ, οὐχ ὅτι, vt apud Athenaeum: οὐχ ὅτι ἡμῶν τινὰ προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους, *non ſolum non intuebantur quemquam noſtrum, ſed ne ſe ipſi quidem inter ſe* [8]).

## Οὐχ ὅπως.

οὐχ ὅπως. Οὐχ ὅπως etiam vt οὐχ ὅτι, pari ratione vtrumque ſignificat, iuxta verbi qualitatem, vt οὐχ ὅπως ἐποί-

7) in Nubib. v. 1241.

8) Schol. Thucyd. ad Hiſt. II. 97. οὐχ ὅτι exponit per μή τοιγε. cf. Lamb. Bos Ellipſ. p. m. 365.

ἐποίησε τῦτο, *non solum hoc fecit*: et, ὐχ ὅπως ὀυκ ἐποίησε, *non solum non fecit*. Interrumpitur etiam τὸ, ὐχ ὅπως, interposita γὰρ particula. Demosth. aduersus Midiam. [9]) ὀυ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ et reliqua, i. e. *neque enim corpus tantum cuiusque omni iniuria his diebus vacare oportere arbitrati estis, sed* etc. Οὐχ ὅπως etiam, iuxta ὅπως significationem, pro ὀυχ ἵνα, vel ὀυχ ὄντινα τρόπον accipitur. Demosth. ὀυχ ὅπως ἐυεργήσει πρόνοιαν ποιύμενος [10]). ὐχ ὅπως ὐκ. ὀυ γὰρ ὅπως.

## Οὐχ οἷον.

Οὐχ οἷον etiam, vt οὐχ ὅτι, si ampliatio in *negationem* desinit, pro *non solum non* accipitur, vt apud Polybium: μένυσα μὲν γὰρ Φάλαγξ ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις αὐτῇ τόποις, ὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ᾽ ἂν τὺς φίλυς, ἀλλ᾽ ὐδ᾽ ἑαυτὴν σώζειν. Sic Phalaris: ὀυχ οἷον ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθείην τὴν τῆς τυραννίδος ἐξυσίαν καταθέσθαι, ἀλλ᾽ ὐδὲ θεῶν τῷ δυναστέυοντι. Pari ratione, cum in *affirmationem* desinit ampliatio, pro *non solum* accipitur. Et sic τὸ οἷον pronomen, more poetico, idem quod μόνον significare perspicuum est. ὀυχ οἷον.

Οὐχ ὡς etiam pro ὐχ ὅπως, idem quod μήτι, i. e. *nedum*, significat. Athenaeus: Παρμενίδη μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγυς τὸν τῦ Πλάτωνος Σωκράτην μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ· ὐχ ὡς καὶ τοιύτυς ἐιπεῖν ἢ ἀκῦσαι λόγυς. ὐχ ὡς, pro ὐχ ὅπως.



9) p. 386. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 518. Vide supra ὐ γὰρ ὅπως.

10) Vide supra in ὅπως.

## Οὐχ ὅσον.

οὐχ ὅσον. Οὐχ ὅσον etiam pro οὐχ ὅπως vſurpari cenſet Budaeus apud Ariſtidem, in oratione de laudibus vrbis Romae, in illis verbis: μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι τοῦ προέχειν τὴν πόλιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, οὐχ ὅσον λανθάνειν, i. e. vt ipſe vertit: *magnum id eſt indicium huius ciuitatis praeſtantiae, inde iam ab initio, nedum eam obſcuro nomine non fuiſſe* [11]). In quorum verborum interpretatione, meo quidem iudicio, Budaeus fallitur circa οὐχ ὅσον vocum ſignificationem. Nam, tametſi οὐχ ὅσον interdum pro οὐ μόνον accipitur, hoc loco tamen, ſi hunc ſenſum ipſi tribuamus, deeſſe negatiuam fateri neceſſe erit; quod ipſe quoque Budaeus non diſſimulat: vel certe οὐχ ὅσον pro οὐ μόνον οὐ accipi dicendum erit. Quare οὐχ ὅσον, iuxta partium proprietatem accipiendum eſt. Non enim opponere intendit auctor verbum λανθάνειν verbo προέχειν, vt dicat: *tantum abeſſe, vt Roma in ſuo etiam exordio obſcura fuerit, vt clariſſima etiam fuiſſe inueniatur, ſed gradum praeſtantiae* deſignare intendit: *tantum ipſam praeſtare* aſſerens, *quantum neminem latere potuerit.* Qui ſenſus clarius perſpici poteſt, ſi praepoſtere voces οὐχ ὅσον ordinentur: σύμβολόν ἐστι τοῦ τοσοῦτον προέχειν τὴν πόλιν, ὅσον οὐ λανθάνειν τινά, ac ſi diceres: ὥστε οὐ λανθάνειν.

Οὐ

11) Vide Viger. Idiotism. cap. III. Sect. 9. §. 19. qui idem exemplum habet. Addit aliud exemplum ex eodem Ariſtide Orat. pro Quatuoru. Hoogeueen. vbi οὐχ ὅσον, pro οὐ μόνον accipiendum eſt. Verba haec ſunt: πράγματα αἴσχιστα ἔμελλε συμβήσεσθαι, καὶ οὐχ ὅσον τὸ τῆς δουλείας, ἀλλ' ἀποδρᾶναι πρῶτον, εἶτα δουλεύειν, *res turpiſſimas moliebantur, nec ſeruitutem tantum, ſed etiam poſt fugam ſeruitutem.*

## Οὐ τοίνυν.

Οὐ τοίνυν, quasi formalem notam describit Budaeus, [12]) et pro ἀλλὰ μὴν ȣ̓ poni docet: quod nec ipsum formale signum est, sed negationem addititiam habet. Sic per οὐ τοίνυν *negatum assumtum* significamus, vel *transitionem cum ingressu negatiuo.* Quare negatio non vt pars vocum τοίνυν, *et* ἀλλὰ μὴν, sed vt totius propositionis qualitas habenda est. οὐ τοίνυν.

---

## CAPVT XXII.

## DE PARTICVLIS πάνυγε, πάνυτοι, et aliis quibusdam.

Πάνυγε, et πάνυ μὲν ȣ̓ν, vt καὶ μάλα, *affirmatiue concedendi* voces sunt, et *prorsus*, vel *sane quidem* significant. Nam γε particula et μενȣ̃ν idem saepe significant, vt de ipsis suo loco dictum est. Gregor. τί ȣ̓ν, Θεὸς τὸ πνεῦμα; πάνυγε, i. e. *prorsus id quidem.* Plato: [13]) ὑπηρετική πάνυγε.



12) Comment. gr. I. p. 482. vbi ὀυ τοίνυν, *neque vero* significare docet. In quodam autem loco Demosthenis de falsa legat. p. 214. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 375. ȣ̓ τοίνυν ἀντεῖπεν, ȣ̓δὲ διῆρε τὸ ςόμα etc. pro ἀλλὰ μὴν ȣ̓, accipi posse ait. Demosthenes enim ostendens, nemini magis conuenisse contradicere, quam Aeschini, concludit in contrarium: *enimuero neque refragatus est, neque mussitauit*, etc.

13) Euthyphr. c. 16. Etiam πάνυ simpliciter idem significat. Aristoph. Pluto v. 393. καὶ πȣ̃ ςιν; Χρ. παρ' ἐμοί. Βλ. παρὰ σοί; Χρ. πάνυ. *Omnino.* Saepe etiam augendi

τικὴ τις ἂν, ὡς ἔοικεν, εἴη θεοῖς. Ευθ. πάνυ μὲν οὖν.

## Πάνυτοι.

πάνυτοι. Πάνυτοι etiam hoc eodem ſenſu dicitur. Nam τοι particula, aliis partibus appoſita, *aſſeuerandi* vim habet, vt de ipſa dicetur. Quare non recte praedictam vocem πάνυτοι, et πάνυτι, cui τι nomen ineſt, in vnum redigit Budaeus, cum hoc
πάνυτι. *affirmationibus* ſubminiſtret, illud ſemper *negationes* ſubſequatur. Demoſth. οὐ πάνυτι ἠνώχλουν τούτῳ, i. e. *non magnopere*. Idem κατὰ νεαίρας: ἡ μὲν οὐσία οὐδὲ τριῶν ταλάντων πάνυτι ἦν ἀξία. In quibus τὸ τι non pene ἀργόν ἐστιν, vt idem Budaeus ſentit, ſed *limitatiuam* retinet ſignificationem, vt in μέγα τι, i. e. *magnum quid*, et aliis huiusmodi.

## Πάλιν.

πάλιν. Πάλιν aduerbium, *iterum* et *denuo* ſignificat. Ariſtoph. in Pluto, [14]) ἥν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν. Vbi ἐξ ἀρχῆς, et πάλιν, poſita ſunt ἐκ παραλλήλου. Nam ἐξ ἀρχῆς, i. e. *a principio*, idem quod *iterum* et *denuo* ſignificat [15]).

πάλιν, pro ὀπίσω. Accipitur etiam ἀντὶ τοῦ, ὀπίσω, i. e. *retro*, localiter, vt apud eundem in eadem fabula: [16]) ἡ δ'

gendi cauſa σφόδρα additur, ibid. v. 745. ἐγὼ δ' ἐπῄνουν τὸν θεὸν πάνυ σφόδρα. Ego *laudabam Deum magnopere*, recht ſehr. Simili modo vtuntur aduerbio πάντως, *prorſus*, πάντως δήπου, *vtique*. *Sed* πάντως που, ap. Xenoph. Mem. IV. 2. §. 31. eſt *haud dubie*, πάντως που γιγνώσκεις.

14) v. 221.

15) Sic ap. Plutarch. Philopoem. p. 365. πάλιν ἐκ δευτέρου, ſc. χρόνου. Vide ſupra in V. αὖ.

16) v. 691.

ἡ δ' εὐθέως τὴν χεῖρα πάλιν ἀνέσπασεν, vbi non *iterum*, sed *retro* significat. Sic apud Homerum in hymno Mercurii: [17]) ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν, ἀλλὰ πάλιν τέτραπται ἐς λειμῶνα, quod εἰς τοὐπίσω significat. Alibi autem apud eundem in illo Carmine: αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ, videtur πάλιν, *in aliam partem* significare. Sic apud Aristoph. in Auibus: [18]) ὀρθὴν κελεύεις, ἣ τὸ δένδρον φαίνεται; Πεισθ. διαῤῥαγείης, ἥδε δ' αὖ κρώζει πάλιν, i. e. *in diuersam partem crocitat*, de cornicula loquens: vbi etiam αὖ, eadem significatione, τῷ, πάλιν, ἐκ παραλλήλου iungitur. Sic in Pluto: [19]) ἀλλ' αὐτὰ πάντα πάλιν ἀναστρέψας ἐγὼ, δείξω τὸ λοιπὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν. Hic τὸ πάλιν non *iterum*, sed *contra* vel *vicissim* significat. Significat etiam τὸ ὀπίσω, vt cum aliquis recipit id, quod mutuo dedit. Sic accipitur apud Aristot. II. Oeconom. [20]) de vtilitate, quam a liberis parentes percipiunt: ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους ποιήσωσι. πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ. Sic in senario illo: γῆ πάντα τίκτει, καὶ πάλιν κομίζεται.

## Παρ' ὃ.

Παρ' ὃ, idem quod δι' ὃ, diuisim dictum, non est formalis nota, nam sic παρὰ τοῦτο quoque forma- παρ' ὃ.

V 5

17) v. 220. seq.

18) v. 1. 2. Schol. ad h. l. τὸ πάλιν, ἀντὶ τοῦ, εἰς τοὐπίσω.

19) v. 779. leg. ex emendatione Bentleii, quam probat Hemsterhusius, ἀλλ' αὖ τὰ πάντα πάλιν etc.

20) est lib. I. Opp. Tom. V. p. 394.

formalis esset nota, quod διὰ τῦτο significat. Demosth. de Corona, [21]) πάνυ γὰρ παρὰ τῦτο χείρω γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τυτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τυτὶ διελέχθην ἐγὼ, καὶ τυτὶ τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τυτὶ πρoσήνεγκα. Exemplum vocis παρ' ὃ, est apud Synesium: ἐκεῖ γὰρ εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι παρ' ὃ καὶ σεσῶσθαι τὺς παρακαλεσαμένυς, *quare*, vel *quocirca* et seruatos esse. In supra dictis itaque vocibus παρὰ praepositio τὸ, διὰ σημαίνει. Sed quia παρὰ non solum τὸ ἐγγύς, sed etiam τὸ, πέρα et ἔξω significat, vt, cum dicimus παρὰ φύσιν, idcirco factum est, vt παρ' ὃ, *contra quam*, et *praeterquam*, siue vt Cicero dixit, *extra quam*, significet: vt, σπείρει μὲν ὁ λαγωὸς κατὰ φύσιν, ἀποκυίσκει δὲ ὁ αὐτὸς παρ' ὃ πέφυκε. In qua significatione articulus ὃ, pronomen τῦτο, vel ἐκεῖνο refert, παρ' ἐκεῖνο, ὃ πέφυκε.

## Παρ' ὅσον.

παρ' ὅσον. Παρ' ὅσον, iuxta παρὰ praepositionis significata, diuersa significat. Nam, quia ἡ παρὰ, *exceptionem* significat, vt πλὴν, scilicet cum dicimus, πάντες παρὰ Σωκράτην παρεγένοντο, i. e. *omnes praeter Socratem accesserunt*; idcirco παρ' ὅσον, *praeterquam quod*, non raro significat. Significat etiam idem, quod καθ' ὅσον, *limitatiuum*, h. e. *quatenus* et *in quantum*. Lucian. [22]) ἔςι μὲν τῦ γελῶντος ἐκείνυ μαθητὴς, ἓν δὲ πλέον οἶδεν αὐτῶν,

21) p. 346. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 305. vbi sic legitur: πάνυ γὰρ παρὰ τῦτο (οὐχ ὁρᾶς;) γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τυτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τυτὶ διελέχθην ἐγὼ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα.

22) Vitar. auct. c. 19. Opp. Tom. I. p. 558.

τῶν, παρόσον ἀσεβέστερος τυγχάνει. Sic Phalaris: ἐκεῖνοι δὲ ἰδιῶται ὄντες, παρ' ὅσον δεδίασι δίκην δοῦναι, ἀρνοῦνται. Vbi non magis limitatiuum, quam *causale* est τὸ παρ' ὅσον, pro δι' ὅσον, i. e. *quoniam*, et *propterea quod*. Sic *quatenus* pro *quia*, vel *propterea quod* accipi apud Quinctilianum, testatur Budaeus [23]). παρ' ὅσον, pro δι' ὅσον.

## (Παρὰ πολύ.)

Παρὰ πολὺ, siue coniunctim παραπολύ, ambiguae est significationis. Nam auctore Thoma Mag. et pro κατὰ πολὺ, et pro ἐπ' ἔλαττον sumitur. Schol. Aristoph. ad Pluti v. 445. exponit κατὰ πολὺ, σφόδρα. Verba Comici sunt, δεινότατον ἔργον παραπολὺ ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθα, *omnium multo pessimum patrabimus facinus*. Hic iungitur Superlatiuo. Schol. exemplum affert e Thucyd. l. 29. vbi iungitur verbo, καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παραπολύ, quod Schol. ad h. l. exponit σφόδρα, διαφερόντως, μᾶλλον ἢ πολύ, *eximiam deportauerunt victoriam*. Apud Platonem Apol. 25. sibi opponuntur παρ' ὀλίγον et παρὰ πολύ, i. e. *prope, longe*, οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. *Non putaram, fore, vt tam prope abessem, immo vero quam longissime*, scil. ab absolutione me absfuturum sperabam. Pro ἐπ' ἔλαττον, i. e. *minus quam*, sequente Genitiuo, adhibet Gregorius Nazianz. apud Thom. Mag. παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας. Sed Oudendorp. locum Gregorii in fine Orat. 20. p. 373. a. sic inuenit: πόῤῥω τῆς ἀξίας καὶ παραπολὺ τῆς ἐλπίδος, *longe infra dignitatem* παραπολύ.

*ac*

23) Vid. Tursellin. de Partic. V. *quatenus*, no. 4.

*ac spem*, siue, *minus quam pro dignitate ac spe.* Eamdem vim habet formula παρὰ τοσȣ̃τον. Vide Budaeum Comment. gr. l. p. 129. et Viger. Idiotism. c. IX. Sect. 6. §. 7. et 12.

## Π έ ρ.

πέρ. Πὲρ particula, apud Homerum Odyss. ρ́. circa principium, idem valet, quod καὶ ταῦτα, i. e. *praesertim*, in illis carminibus: [24]) ἐμὲ δ' ȣ̓́πως ἐςὶν ἅπαντας ἀνθρώπȣς ἀνέχεσθαι, ἔχοντά περ ἄλγεα θυμῷ, i. e. καὶ ταῦτα ἔχοντα ἄλγεα. Nam, si *aduersatiue* intelligendo diceremus: *a me autem, tametsi molestiis animi angor, fieri non potest, vt omnes homines hospitio excipiantur*: videretur, *angi molestia*, esse causam, cur hospites facile excipiantur; quod tamen contra accidit. Est etiam saepe μειωτικὸν, vt γε, vt Iliad. ά. [25]) ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον ὀλύμπιε ζεῦ. *saltem tu.* Plerumque autem ἐναντιωματικὸν, i. e. *aduersatiuum*, vt Iliad. έ. [26]) Τυδείδης δ' αὐτός περ ἐὼν προμάχοισιν ἐμίχθη, i. e. καί περ μόνος ὤν, *quamuis solus esset.* In quo sensu ἐκ παραλλήλȣ apponitur τῷ, ἔμπης, quod et ipsum aduersatiuum est, vt Iliad. ξ. [27]) Νέςορα δ' ȣ̓κ ἔλαθεν ἰαχὴ, πίνοντά περ ἔμπης. Postpositumque coniunctioni καὶ, fit καί περ, et huic aggregato aduersatiuum sensum tribuit.

Πῆ.

24) v. 12. seq.
25) v. 508.
26) v. 134.
27) v. 1. ἔμπης, Ionice, pro ἔμπας, vel ἔμπα Attice, significat i. q. ὅμως. Vide Schol Sophocl. in Aiac. flagell. v. 122.

# Π ῆ.

Πῆ, ὀρθοτονούμενον, [28]) *interrogatiue* profertur, cui, vt in ordine τῶν ἀορίστων respondet τὸ, ὅπη: sic in ordine τῶν ἀναφορικῶν respondet τὸ, ᾗ, de quorum vtroque dictum est. Vt igitur τὸ ὅπη pro ὅπως, et ᾗ pro ὡς vsurpatur interdum: sic τὸ, πῆ, pro πῶς, i. e. *quonam modo*, et *qua ratione* accipitur, vt apud Virgilium vox *qua*, Aeneid. IV, *qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem*; vel, *paucis aduerte docebo.* Plato, τῷ πῆ, ἐρωτηματικῷ, subdit τὸ ᾗ, eius ἀναφορικὸν, Lib. II. de Repub. ἀλλὰ μὴν κομψόνγε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον, πῆ δή; ἔφη, ᾗ ἦν δ' ἐγὼ ὄψιν οὐδενὶ ἄλλῳ φίλην ἢ ἐχθρὰν διακρίνει. Interrogatus enim, *qua ratione praedictus affectus elegans ac lepidus ipsi videatur*, respondet, *ea ratione sibi videri*, *qua* etc. Πῆ.

Porro, partitiuis coniunctionibus τῷ μὲν, et τῷ δὲ praepositum τὸ πῆ, *partim, partim* significat. Theophr. πῆ μὲν διαφέρει, πῆ δὲ ὁμοίως ἔχει, quod alias per τῇ μὲν, et τῇ δὲ, dicitur.

Πῆ etiam *motum per locum* significat, vt ὅπη. Ἐγκλινόμενον autem τὸ πη, ἀντὶ τοῦ πῶς accipitur, sicut ὅπη, ἀντὶ τοῦ ὅπως, et ᾗ, ἀντὶ τοῦ, ὡς. πῆ, pro ὅπη.

Πλήν.

28) h. e. *accentu instructum*, nam sine accentu est *enclitica*.

Πηνίκα, *temporis* aduerbium, ap. Atticos de diei horis vsurpatum. *Suidas*, πηνίκα ἐστὶν ὥρα τῆς ἡμέρας, pro ὁποία ὥρα ἐστὶ τῆς ἡμέρας; Sic πηνίκα ἔξεισι, non est *quo tempore*, aut *die*, sed *qua diei hora exibit.* Qui igitur pro πότε, *quando* adhibent, Soloecismi arguuntur

## Πλήν.

πλὴν. Πλὴν, in sensu *exceptiuo*, quando *limitat vniuersale aliquod*, per signa πᾶς vel οὐδεὶς prolatum, plerumque *genitiuo* iungitur, vt in Epigrammate: Χῖοι κακοὶ πάντες πλὴν Προκλέους. Sic οὐδεὶς πλὴν Σωκράτους. Nonnunquam vero elegantius *casum a verbo in ambitu requisitum*, recipit, vt apud Aristotel. [29]) ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀῤῥένων, πλὴν ἄρκτος καὶ πάρδαλις. Vbi τὸ πλὴν *nominatiuo* iungitur, propter subintellectum verbum substantiuum. Apud Xenophontem autem *accusatiuo*: ἐγὼ δέ σοι οὐκ ἠθέλησα διδόναι πλὴν μετρίους, propter verbum διδόναι. Cum autem *absolute*, sine casu effertur, pro ὅμως, i. e. *verumtamen* accipitur, vt in Epigrammate: ὥστε τί ποιεῖ ἐνθάδε μοι Ξέρξης καὶ Λακεδαιμόνιοι, πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάριν. Habet autem in huiusmodi quoque locutionibus *limitatiuum* sensum τὸ πλὴν, vt etiam apud Aristotelem in IV. Ethic. [30]) ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶντας καὶ γνωρίμους αὐτὸ ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. Quae limitatio interdum ad *apertam exceptionem* reducitur, vt apud Isocratem in Panegyr. [31]) Φυγὰς δὲ καὶ στάσεις καὶ νόμων συγχύσεις τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν: πλὴν τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχω κατὰ πάντων, vbi, si interrogatio τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν, in enunciationem conuerta-

tur

tur a grammaticis. Vid. Thom. M. et Aelius Herodianus post Piersonii Moeridem p. 438. Graeu. ad Luciani Soloecist. Tom. III. p. 561. it. Iensii Lect. Lucian. p. 380.

29. Hist. Animal. Lib. IX. Opp. Tom. III. p. 242.

30) Opp. Tom. V. p. 274.

31) p. 126.

tur hoc modo: *Φυγὰς δὲ καὶ στάσεις οὐκ ἂν δυναίμην διεξελθεῖν*; addaturque *πλὴν τοσοῦτον, ὃ κατὰ πάντων ἐρῶ*: erit τὸ πλὴν exceptiuum, innixum accusatiuo *τοσοῦτον*, et infinitiuo *διεξελθεῖν*: quibus exceptiuum *πλὴν* dignoscitur a simpliciter limitatiuo, quod nullo casu nititur.

Dicitur et *πλὴν ἀλλά*, pro *ἀλλ' ὅμως*, πλὴν ἀλλά.
apud Lucianum: [32]) *οὐκ ἐπὶ δώροις μὲν τὰ ἡμέτερα, πλὴν ἀλλ' ἄπιθι*, i. e. *nihil donis opus est, quare abi*, siue, *veruntamen abi*. Idem: *πλὴν ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι*, i. e. *attamen*, vel *verumtamen quid facerem*. Vbi τὸ *ἀλλὰ* per se, etiam hunc sensum praestare posset, vt dictum est, vbi de ipso agitur. Ipsum autem *πλὴν*, si deest τὸ, *ἀλλὰ*, exceptiuum sensum efficeret: puta, si dixisset: *nihil donis opus est, quare nihil restat, nisi vt discedas*.

Iungitur etiam cum *ἀλλ' ἤ*, ἐκ παραλλήλου, πλὴν ἀλλ' ἤ.
et fit *πλὴν ἀλλ' ἤ*. Aristot. [33]) *οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός*. Nam et *ἀλλ' ἤ* vox exceptiuam vim habet, vt de ipso dictum est.

Iungitur item τῷ, *εἰ μή*, et fit *πλὴν εἰ μή*, πλὴν εἰ μή.
quod nihil plus, quam *πλὴν εἰ* significat, quod est exceptio cum conditione affirmata. Nam *μὴ* in hoc aggregato suam deponit significationem, vt de ipso dictum est [34]). Galenus primo de Caus. pulsuum: *μαλακὰ δ' εἴπερ ἦν, οὐκ ἂν ἐλάττων σαφῶς*

32) in Dearum Iudicio c. 11. Tom. 1. p. 262. cf. Viger. Idiotism. c. VIII. Sect. I. §. 9.

33) Metaphys. Lib. I. Opp. Tom. IV. p. 366.

34) Vide supra p. 99. seq. cf. Thom. M. in V. *χωρὶς εἰ μή*

σαφῶς τȣ̃ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς ἦν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἠλάττωτο τὰ τῆς χρείας. Vbi τὸ μὴ non tribui poteſt verbo ἠλάττωτο. Obſeruandumque eſt, negatiuam conditionem cum exceptione ſtare non poſſe. Nam exceptio alicuius poſitiui eſt, quod in ſingulis exemplis manifeſtum erit, ſi μὴ verbo principali adplicare tentabimus: vt in proxime dicto exemplo Galeni, in quo, cum εἰ μὴ nullo modo cum exceptionis ſenſu quadrare poſſit, ſed conditionem ſine exceptione prae ſe ferat, arguitur, conditionem negatiuam cum exceptione ſtare non poſſe.

πλὴν εἰ et πλὴν ἐάν. Porro πλὴν εἰ, et πλὴν ἐὰν quoque dicitur, hoc ab illo differens, quod πλὴν εἰ, tam *Indicatiuo*, quam *Optatiuo* iungitur, πλὴν ἐὰν autem *Subiunctiuo*, vt apud Ariſtot. πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται. Exempla cum *Optatiuo* ſunt innumera tum apud alios auctores, tum etiam apud Galenum, παιδὶ ἐπιλήπτ. ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα πλὴν εἴτι τȣ́των ἔχοι, τὸ δριμύ. Et περὶ φλεβοτομ. πλὴν εἴποτε μέχρι λειποθυμίας ἄγειν τὴν κένωσιν ἐπιχειρεῖμεν. Et primo de Cauſ. pulſ. πλὴν εἴποθ' ἡ δύναμις ἐσχάτως εἴη κεκμηκεῖα. Cuius conſtructionis cauſa eſt, quod Optandi voces dubitatiuis ſenſibus conueniunt, qualem prae ſe fert εἰ dubitatiua conditio [35]).

(πόθεν.)

μὴ τόδε, it. Graeuius ad Lucian. Soloec. p. 748.

35) apud Ariſtoph. Theſmoph. v. 539 deinceps ponuntur πλὴν ἄρ' ἢ, *niſi, praeterquam*, quod etiam ſignificat πλὴν ὅσον. Sed correctionis vim habet formula πλὴν γ' ὅτι ἐγώ. Ariſtid. Orat. pro Quatuoru. p. 305. ὡς ἐμοί γε δοκεῖ τῆς Τερπάνδρȣ μᾶλλον ἂν εἶναι μȣσικῆς εἰκάσαι, πλὴν γ' ὅτι ἐγὼ παρελήλυθεν. *Vt mihi videantur comparari poſſe potius cum Terpandri Muſica, niſi quod etiam*

πλὴν ὅσα Partic. ium habet Eurip. ... T. 598.

# (Πόθεν.)

Πόθεν, proprie aduerbium loci est, *vnde*, vt ὁπόθεν et ὅθεν, siue interrogatiue sumtum, siue extra interrogationem positum. Sed sumitur etiam pro ἀπὸ ποίας αἰτίας, *qua de causa*, *qua ratione*, *quo iure*, interrogatiue. Arrian. Dissert. Epictet. I. 28. ἀλλὰ πόθεν σὺ λέγεις, ὅτι οὐκ ἐστὶ κακά; *vnde vero*, h. e. *quibus rationibus probas mihi mala non esse?* Tum Atticis inprimis frequens est, cum fortius negant, tanquam aliquid aut esse nequeat, aut credi nefas sit, et interponitur orationi interrogatiue aut nude, aut addito γάρ; quae formula elliptica expleri potest sic: πόθεν γὰρ ταῦτα γενέσθαι δυνατόν; quod sublata interrogatione est οὐ δυνατὸν γενέσθαι, h. e. οὐδαμῶς, vel μηδαμῶς. Et sic veteres Grammatici exponunt, Thomas Mag. Schol. Euripid. ad Phoen. v. 1614. et ad Aristoph. Ran. v. 1503. et quem exscripsit Suidas, item Hesychius, quem corruptum emendauit Hemsterhusius sic: ποθὲν, ἀπό τινος μέρους, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὔτι, vel οὔτοι, (vide eum ad Lucian. Tim. c. 8. Tom. I. p. 115.) Pro diuersa igitur significatione, diuersa etiam scribendum putat Vir. Cl. ποθὲν et πόθεν, postremum est οὔτοι, siue οὐδαμῶς. Aristoph. Eccles. v. 968. οὗτος τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς; Νεος. πόθεν; *heus tu, quid fores pulsas? an me quaeris?* Iuu. *nequaquam.* Vid. Kuster ad h. l. it. Th. Gataker de stilo N. T. cap. XI. p. 73. Perizon.

*etiam superant illam*, wo sie nicht gar noch dieselbe übertreffen. Cf. Hoogeueen. ad Vigeri Idiotism. p. m. 397.

σαφῶς τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς ἦν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἠλάττωτο τὰ τῆς χρείας. Vbi τὸ μὴ non tribui poteſt verbo ἠλάττωτο. Obſeruandumque eſt, negatiuam conditionem cum exceptione ſtare non poſſe. Nam exceptio alicuius poſitiui eſt, quod in ſingulis exemplis manifeſtum erit, ſi μὴ verbo principali adplicare tentabimus: vt in proxime dicto exemplo Galeni, in quo, cum εἰ μὴ nullo modo cum exceptionis ſenſu quadrare poſſit, ſed conditionem ſine exceptione prae ſe ferat, arguitur, conditionem negatiuam cum exceptione ſtare non poſſe.

**πλὴν εἰ et πλὴν ἐάν.**

Porro πλὴν εἰ, et πλὴν ἐὰν quoque dicitur, hoc ab illo differens, quod πλὴν εἰ, tam *Indicatiuo*, quam *Optatiuo* iungitur, πλὴν ἐὰν autem *Subiunctiuo*, vt apud Ariſtot. πλὴν ἐὰν χρῆος ἢ χρήα γένηται. Exempla cum *Optatiuo* ſunt innumera tum apud alios auctores, tum etiam apud Galenum, παιδὶ ἐπιλήπτ. ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα πλὴν εἴτι τούτων ἔχοι, τὸ δριμύ. Et περὶ φλεβοτομ. πλὴν εἴποτε μέχρι λειποθυμίας ἄγειν τὴν κένωσιν ἐπιχειρεῖμεν. Et primo de Cauſ. pulſ. πλὴν εἴποθ' ἡ δύναμις ἐσχάτως εἴη κεκμηκυῖα. Cuius conſtructionis cauſa eſt, quod Optandi voces dubitatiuis ſenſibus conueniunt, qualem prae ſe fert εἰ dubitatiua conditio [35]).

(πόθεν.)

μὴ τόδε, it. Graeuius ad Lucian. Soloec. p. 748.

35) apud Ariſtoph. Theſmoph. v. 539 deinceps ponuntur πλὴν ἄρ' ἤ, *niſi, praeterquam*, quod etiam ſignificat πλὴν ὅσοι. Sed correctionis vim habet formula πλὴν γ' ὅτι τοι. Ariſtid. Orat. pro Quatuoru. p. 305. ὡς ἐμοί γε δοκεῖ τῆς Τερπάνδρου μᾶλλον ἂν εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι, πλὴν γ' ὅτι τοι παρελήλυθεν. *Vt mihi videantur comparari poſſe potius cum Terpandri Muſica, niſi quod etiam*

(Π ό θ ε ν.)

Πόθεν, proprie aduerbium loci est, *vnde*, vt ὁπόθεν et ὅθεν, siue interrogatiue sumtum, siue extra interrogationem positum. Sed sumitur etiam pro ἀπὸ ποίας αἰτίας, *qua de caussa*, *qua ratione*, *quo iure*, interrogatiue. Arrian. Dissert. Epictet. I. 28. ἀλλὰ πόθεν σὺ λέγεις, ὅτι οὐκ ἐςὶ κακά; *vnde vero*, h. e. *quibus rationibus probas mihi mala non esse?* Tum Atticis inprimis frequens est, cum fortius negant, tanquam aliquid aut esse nequeat, aut credi nefas sit, et interponitur orationi interrogatiue aut nude, aut addito γάρ; quae formula elliptica expleri potest sic: πόθεν γὰρ ταῦτα γενέσθαι δυνατόν; quod sublata interrogatione est οὐ δυνατὸν γενέσθαι, h. e. οὐδαμῶς, vel μηδαμῶς. Et sic veteres Grammatici exponunt, Thomas Mag. Schol. Euripid. ad Phoen. v. 1614. et ad Aristoph. Ran. v. 1503. et quem exscripsit Suidas, item Hesychius, quem corruptum emendauit Hemsterhusius sic: ποθὲν, ἀπό τινος μέρους, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὔτι, vel οὔτοι, (vide eum ad Lucian. Tim. c. 8. Tom. I. p. 115.) Pro diuersa igitur significatione, diuersa etiam scribendum putat Vir. Cl. ποθὲν et πόθεν, postremum est οὔτοι, siue οὐδαμῶς. Aristoph. Eccles. v. 968. οὗτος τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς; Νεος. πόθεν; *heus tu, quid fores pulsas? an me quaeris?* Iuu. *nequaquam*. Vid. Kuster ad h. l. it. Th. Gataker de stilo N. T. cap. XI. p. 73. Perizon.

*etiam superant illam*, wo sie nicht gar noch dieselbe übertreffen. Cf. Hoogeueen. ad Vigeri Idiotism. p. m. 397.

Perizon. ad Aelian. V. H. XIII. 2. Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 1614.

## Ποῦ.

πȣ̃. Ποῦ, aduerbium *locale*, interrogatiue acceptum, significat *vbi*, suumque accentum retinet, et praecedit alias comprehensionis partes, vt πȣ̃ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα; et πȣ̃ δὲ οἱ ἔντεα κεῖται. Ἀορίστως autem acceptum postponitur, suoque accentu deposito, proxime praecedentis vocis accentu seu tono regitur, et *alicubi* significat. Aristoph. in Pluto: [36]) εἰκῆ δὲ καταδαρθέντα πȣ. Localibus etiam aduerbiis, quae certum ac definitum quidem, sed tamen late patentem locum significant, adiectum, praecisam et in puncto consistentem determinationem tollit, vt, cum dicimus ἐνταῦθά πȣ, vt apud Galenum: ἐνταῦθά πȣ τὸν λόγον καταλιπόντες.

Cum autem στοχαστικῶς accipitur, pro *fortasse* dubitandi aduerbii vim induit, semperque ἐγκλίνεται, atque adeo semper postponitur, praecedentisque dictionis accentu vel tono regitur. Vnde monemur, τὸ στοχαστικὸν, πȣ, ἀόριστον itidem esse: contra id, quod locale est, ἀόριστον esse non posse, nisi locali aduerbio adiiciatur, vt supra dictum est. Nam apud Sophoclem in Aiace: [37]) ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν πȣ ναίεις; non locale est τὸ πȣ, sed στοχαστικὸν duntaxat. Non enim dubitat auctor, *quonam in loco Salamis insula sita sit*, sed στοχάζεται *de fortuna eius et hominum in ipsa habitantium.* Sic apud Homerum Iliad. β. [38]) αἱ δέ πȣ ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι, καὶ νήπια τέκνα, εἵαται

36) v. 300. 37) v. 602. seq. 38) v. 136.

εἵαται ἐν μεγάροισι. Hic τὸ πȢ, non locale, ſed ϛοχαϛικὸν duntaxat. Purum autem ϛοχαϛμὸν ſignificat τὸ πȢ, in illo carmine Iliad. β. 39) Ȣ̔́τω πȢ Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. Habet etiam τὸ πȢ ſenſum ϛοχαϛικὸν, cum dicimus δέκα πȢ, i. e. *circiter decem.* In quo ſenſu etiam apponitur τῷ τάχα et ἴσως aduerbiis, ἐκ παραλλήλȢ, vt τάχα πȢ, et ἴσως πȢ.

Habet etiam *aſſeuerandi* vim τὸ πȢ, qua ratione apponitur τῷ δὴ, καὶ τῷ ἦ, itidem affirmandi notis, vnde fit ἦπȢ, et δήπȢ. Per ſe autem τὸ πȢ, *aſſertiuam vim* prae ſe fert apud Platonem: 40) καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων δεῖ διακόνων πȢ τῶν τε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαϛα, i. e. *miniſtris vtique opus eſt.* Et rurſus: τὰ γὰρ τοιαῦτά πȢ δὴ ἀμφότερα ἀσπαζόμεθα. Nam etſi quis contendat, ϛοχαϛικῶς accipi in Platonis his locis, non tamen vim aſſertiuam ſimul habere ipſum negauerit. Vt etiam in illo Homeri: θεός πȢ σοί τόγ' ἔδωκε. In *interrogatione* etiam adhibetur τὸ πȢ ϛοχαϛικόν. Plato: φέρε δὴ πῶς λέγεις; τὸ μέν πȢ ἀρετὴν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν. Conſtat etiam ἦπȢ, interrogandi ſignum, ex πȢ coniecturali. Videtur etiam haec particula interdum vacare, vt apud Sophocl. in Aiace: 41) ταρβήσει γὰρ Ȣ̓ νεοσφαγῆ πȢ τόνδε, προςλεύσσων φόνον, niſi forte hoc in loco τὸ πȢ verbo applicare quis malit, et tum erit ϛοχαϛικὸν vel βεβαιωτικὸν, vt dicat, Ȣ̓ ταρβήσει πȢ, i. e. *non vtique formidabit.* ἦπȢ, δήπȢ.



39) v. 116.

40) Politic. lib. II. p. 386.

41) v. 546. ſeq. in Edit. Cantabrig. 1669. octonis, legitur νεοσφαγῆ τȢ̃τόγε etc. Sed Francofurt. 1550 lectionem habet a Deuario expreſſam.

## CAPVT XXIII.

## DE PARTICVLIS πρὶν, πρὸς, et πῶς.

πρὶν. Πρὶν, i. e. *pridem*, aduerbium temporis, de anteacto tempore dicitur, cum respectu ad praesens tempus, vt cum dicimus ὁ πρὶν χρόνος. Quapropter semper comparatiuum sensum habet, vt πρότερον, copulaturque cum *Indicatiuo* modo, cum de Futuro est sermo, vt Iliad. *α.* [42]) τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν κεν γῆρας ἔπεισιν. Vbi suspicari possemus, κεν pro ἂν legendum esse loco καὶ. Atque ita ἔπεισι pro ἐπέλθῃ, *Subiunctiuo* accipiendum esset. Nam *Subiunctiuo* semper iungitur vox haec, si ἂν particula ipsi addatur, vt si dicas: μὴ πράξῃς τοῦτο, πρὶν ἂν ἐπανέλθω. Tametsi etiam sine ἂν, eundem sensum habet, modo de futuro sit sermo, vt apud Synesium: καὶ φθάνει διαφθαρέντα πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανέλθῃ. Cuiusmodi locutiones plenius dicuntur, si πρότερον *aduerbium* praecesserit, cuius innumera exempla occurrunt. Plato: [43]) ἔνορκον ἂν ποιησαίμην, ὥσπερ Ἀργεῖοι, μὴ πρότερον κομίσειν, πρὶν ἂν νικήσω, i. e. *antequam vicerim.* Si vero de *praeterito* sit sermo, *Optandi* vocibus iungitur, quippe quae narrationibus obliquis tam rei praeteritae, vt praeteritae, quam praeteritae, vt futurae conueniant. Pausanias: μὴ πρότερον φάναι ζητοῦντι μηνύσειν πρὶν ἢ οἱ καὶ ἐν Ἀκροκορίνθῳ γένοιτο ὕδωρ. Hic de re praeterita, vt de futura loquitur. De praeterita autem, vt praeterita, loquitur Demosthen. πρὸς Λεπτίνην.

πρὶν ἄν. 

42) v. 29. 43) in Phaedone, c.38.

νην. [44]) χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτȣ̃ νόμον πρὶν τὸν παλαιὸν ἔλυσεν, et idcirco Indicatiui Praeterito iunxit τὸ πρὶν [45]).

## Π ρ ό ς.

Πρὸς, praepoſitio, quatenus compendioſis quibusdam locutionibus deſeruit, et quandam ſermoni affert elegantiam, in Commentario hoc locum habet. Nam cum proprie *motum ad locum*, vel *perſonam*, et ſimpliciter *reſpectum ad terminum quendam* indicet, ſaepiſſime tamen a propria ſignificatione declinans, praedictum officium ſermoni praeſtat. πρός.

*Genitiuo* itaque iuncta, in genealogiis adhibetur, ac generis ſeu originis conditionem quandam oſtendit, veluti cum dicimus: τὸ πρὸς μητρὸς, et τὸ πρὸς πατρὸς. Sic τὸ πρὸς ἀνδρῶν, τὸ πρὸς γυναικῶν, vt apud Pauſaniam: ἐλείπετο γὰρ τῆς Ευρυσθένȣς οἰκίας τὸ πρὸς ἀνδρῶν Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμȣ. In cuiusmodi locutionibus γένος vox ſupplenda eſt, [46]) quae vox interdum exprimitur, vt apud Aeſchinem de Demoſthene: ἐκ τῶν Νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν, i. e. *quod ad ſtirpem maternam pertinet.* Ex cuius vocis expreſſione patet, in ſuppreſſione etiam articulum ad eam vocem referri, tametſi apud



44) p. 374. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 486.

45) nonnunquam Infinitiuum etiam poſt ſe habet. Ariſtoph. Pluto v. 259. πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι. *priusquam mibi dicas.* Πρὶν δὴ, pro ἕως ȣ̃, *vsque dum*, ap. Thucyd. III. 29. Vid. Schol. ad h. l.

46) cf. Lamb. Bos Ellipſ. p. m. 37. it. Vigerus Idiotism. c. IX. ſect. 8. §. 6. et ibi Hoogeueen.

apud Atticos in eius vocis suppressione per *Pluralem* quoque articulum fiunt huiusmodi loquendi formae. Pausanias: Νηλεῖδαι τὰ πρὸς μητρὸς, *quod ad matris genus.* Ad quam locutionum formam alludens Aristophanes dixit: [47]) ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη: ac si dixisset; τὰ πρὸς ἀνδρῶν. Hac eadem ratione dicitur τὰ πρὸς ποδῶν, apud eundem in Auibus: [48]) vbi inducitur Epopis seruus, dicens, ἀπολεῖσθον. ad quae Euelpis: ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἀνθρώπω. Θερ. οὐδὲν λέγεις. Ευελ. καὶ μὴν ἔρου τὰ πρὸς ποδῶν, *atqui ex parte pedum hoc scrutare.*

Ad hanc significationem accedit sensus huius praepositionis in quibusdam locutionibus, qualis est illa apud Synesium: ὡς ὅ, τι ἂν ἀποβῇ καὶ πρὸς θεοῦ, καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος ὦ, vbi πρὸς θεοῦ et πρὸς ἀνθρώπων, *quantum ad Deum* et *quantum ad homines pertinet*, significat, perinde ac cum dicimus: πρὸς πατρὸς et πρὸς μητρὸς. Nam haec etiam *quantum ad patrem*, et *quantum ad matrem pertinet*, significant. Sic οὐ πρὸς ἰατροῦ θροεῖν ἐπῳδὰς (apud Sophoclem [49]) *non pertinet ad medicum.* Et apud Aristoph. in Pluto: [50]) τό, τ' αὖ δεδοικέναι, πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένου. Vbi interpres praepositionem πρὸς, τὸ καθῆκον significare dicit. Vide Commentaria Budaei, cum de hac particula agit: [51]) vbi tum aliorum latinorum scriptorum adducit exempla, vt Ouid. *ipse quidem per me sospes tutusque fuisses:* tum Ciceronis, vt ad Attic. [52]) *Sed*

47) in Vespis, v. 436.
48) v. 64. seq.
49) in Aiace, v. 583.
50) v. 354.
51) p. m. 523.
52) Lib. VII. ep. 15. extrem.

*Sed accipienda plaga est, sumus enim flagitiose imparati tum a militibus, tum a pecunia.* Quae verba ita graece ipse conuertit: τȣ̃το μὲν πρὸς τȣ̃ ϛρατιωτικȣ̃, τȣ̃το δὲ πρὸς τῶν χρημάτων.

*Genitiuo* etiam iuncta *obtestationibus*, *quae cum adiuratione fiunt*, deseruit, vt ἀντιβολῶ πρὸς παίδων μὴ περιΐδητέ με, apud Demosthenem. Sic obtestamur πρὸς Διὸς, [53]) πρὸς θεῶν, diuersa tamen ratione. Nam ibi *per salutem liberorum obtestamur;* hic vero non per salutem Deorum, sed *per Deorum fidem* obsecramus.

*Datiuo* iuncta, *additionem* significat, sicut etiam ἡ ἐπὶ, cui nonnunquam praeponitur ἐκ παραλλήλȣ, vt apud Aristoph. in Pluto: καὶ πρὸς ἐπὶ τȣ́τοις εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι etc. quamquam diuisim etiam legi possunt in eo loco praedictae praepositiones, vt dicat, καὶ πρὸς, *et insuper*, vel, *et amplius*, ἐπὶ τȣ́τοις, *ad haec*, vel *post haec* εἶπεν, et reliqua. Nam et sine casu ἐλλειπτικῶς in hac significatione ponitur ἡ πρὸς, et pro *insuper*, vel *amplius* accipitur. Plato: ὅτι κοινῇ  πρὸς ἐπὶ.

X 4 ϛρατευ-

53) Aristoph. Nub. v. 313. πρὸς τȣ̃ Διὸς ἀντιβολῶ σε, *per Iouem obsecro*, et sic semper in precationibus, sed in iuramentis dicunt νὴ τὸν Δία. Praeterea obseruat Gregorius de Dial. §. 45. πρὸς c. genit. apud Atticos pleonastice poni, locumque affert Aristoph. e Pluto v. 355. πρὸς ἀνδρὸς ȣ̓δὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένȣ, pro τȣ̃ ἀνδρός ἐστιν, *est hominis, nihil sani agentis*. Sed Schol. ad h. l. aliter statuit: ἡ πρὸς ἐνταῦθα ȣ̓τε περιττή ἐστιν, ȣ̓τε ἀντὶ τῆς ὑπὸ κεῖται, ἀλλὰ τὸ καθῆκον σημαίνει. Est etiam πρὸς c. gen. i. q. ὑπὲρ, vt τȣ̃το πρὸς ἡμῶν ἐστι, *est e re mea*. Aristoph. Vesp. v. 645. τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶναι χαλεπὸν μὴ πρὸς ἐμȣ̃ λέγοντι, iram meam non facile sedabit, qui ad arbitrium meum non loquitur. Vide Thom. Mag. in V. πρὸς.

στρατεύσονται, καὶ πρός γε ἄζ̈ουσι τῶν παίδων, ὅσοι ἀδροί. In qua forma et in extrema quoque comprehensione saepissime ponitur, vt apud Isaeum: δύο καὶ εἴκοσι μναῖ καὶ πρός. Quod plenius etiam καὶ μικρόν τι πρὸς dicitur. [54]) In cuiusmodi formis ἐλλειπτικῶς dictis, subintelligitur Datiuus casus. Nam locutio illa καὶ μικρὸν τι πρὸς, vel πρὸς τούτῳ, vel plenius πρὸς τούτοις diceretur. Dicitur et πρὸς δὲ, subsequente καὶ, et Datiuum itidem subintellectum respicit. Demosth. [55]) ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι τὸν λόγον τόνδε ἀσύμφορον τῇ πόλει, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον. *Ego vero existimo orationem hanc non expedire ciuitati, et praeterea minime iustam esse.*

πρὸς δὲ.

*Accusatiuo* etiam iuncta praepositio haec, in elegantibus et compendiosis quibusdam locutionibus adhibetur. Significat enim *comparationem* et *respectum*; quem sensum etiam habet ἡ παρὰ accusatiuo iuncta. Plato, τὰ δὲ ἄλλα μικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα, *reliqua vero perexigua sint, si cum his conferantur.* Huc referri potest sensus praepositionis huius in illis Aeschinis [56]) verbis: ἅπαντα μὲν οὖν διεξελθεῖν, ἃ ἐν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἐκακούργησε, πρὸς μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν. Et illud eiusdem: [57]) πρὸς ἕνδεκα γὰρ ἀμφορέας ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ κρίνομαι. In quibus exemplis ad *spatium* et *mensuram temporis* indicandam adhibe-

54) Demosth. Philipp. I. p. 17. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 47. τάλαντα ἐνενήκοντα, καὶ μικρόν τι πρός, *nonaginta talenta, et paulo amplius*, cf. Lamb. Bos Ellips. p. m. 212.

55) adu. Leptin. p. 376. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 491.

56) c. Timarch. ap. Steph. in Oratt. vet. p. 15. Edit. Reisk. Vol. III. p. 127.

57) de fals. leg. p. 296. Latini vtuntur *ad*. Terent. Eunuch. II. 3. 69. *at nihil ad nostram hanc.* Plenius ibid. IV. 4. 14. *ne comparandus hic quidem ad illum est.* Cf. Tursellin. V. *ad*, n. 18.

adhibetur. Affinem praedictae significationi sensum habet haec praepositio, cum *compensationem*, i. e. *paritatem pretii et aestimationis aliquarum rerum* significat, vt apud Theophrastum de Balsamo: πωλεῖται δὲ τὸ μὲν ἄκρατον, δὶς πρὸς ἀργύριον, τὸ δ' ἄλλο κατὰ λόγον τῆς μίξεως, i. e. vt recte interpretatur Budaeus: *rependitur bis tanto argento*. Dicitur et πρὸς τινα, *ad aliquem*, vt ad scopum, *sermonem instituere atque dirigere*. Aristid. in Panath. πρὸς ἣν ἥκις' ἂν ἁμαρτεῖν ἅπαντα καθιστάμενος τὸν λόγον ὑπολαμβάνω, vbi loco aduerbii *propter* poni praepositionem πρὸς, ait Budaeus. Quam quidem significationem aptius prae se fert haec praepositio apud Aristoph. in Ranis: πρὸς ταῦτα τοῦτον κολάσατε, *propterea hunc supplicio afficite*. Designat etiam haec praepositio *finem*, cum dicimus πρὸς ἔχθραν, πρὸς ἐπήρειαν, πρὸς χάριν [59]). πρὸς ταῦτα.

## Πώμαλα.

Πώμαλα, negandi particula, ex πόθεν et μάλα composita, abiecta syllaba θεν, Doriensium more, qui pro αὐτόθεν dicunt αὐτῶ, pro τουτόθεν, τουτῶ, pro πόθεν, πῶ, significat οὐδαμῶς. Etymologus M. p. 698. 40. πὸ πόθεν ἐπὶ τῆς οὐ ἀρνήσεως λέγεται — καὶ κατὰ τοιαύτην σημασίαν τὸ πώμαλα παρὰ ἀττικοῖς σημαίνει τὸ οὐδαμῶς. Thomas Mag. obseruat, Demosthenem hac voce semel tantum vsum esse, nempe in Orat. de falsa legat. p. 206. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 357. propterea eam πώμαλα.

X 5

58) est in Vesp. v. 922.

59) πρὸς ἔπος, *pro re nata, siue apposite ad rem*. Lucian. Hermot. c. 36. initio: οὐδὲν πρὸς ἔπος, *hoc nihil ad disputationem nostram*. Plura vide ap. Viger. Idiotism. cap. IX. sect. 8. §. 9.

eam Poetis relinquendam censet. Idem fere docet Harpocration, πολὺ δέ ἐστιν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ, affertque locum Aristophanis e Cocalo, fabula, quae intercidit; sed occurrit etiam in Pluto v. 66. ὦ τᾶν, ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. Χρ. πώμαλα, *facessite hinc.* Chr. *nequaquam.* Ad quem locum Schol. πώμαλα, ἀττικόν ἐστι. Vide etiam Gregor. de Dialectis §. 73. et ibi doctiss. Koen.

## Π ῶ ς.

πῶς. Πῶς particula dupliciter profertur: aut enim *interrogatiue*, proprio accentu regitur, verbumque locutionis vt plurimum praecedit, vt πῶς δοκεῖς; πῶς οἴει; [60]) cui etiam interdum postponitur, et ambitum claudit, ut ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; et γενήσεται δὲ πῶς: aut alieno accentu nititur, et ἀορίστως accipitur, vt οὕτω πως, i. e. *sic quodam modo* [61]). Atque ita mihi vsurpari videtur apud Aristoph. in Pluto: [62]) ἐγὼ δὲ τοῦτου τοῦ τρόπου πως εἰμ' ἀεί, i. e. *at ego nescio, quo pacto tali ingenio sum praeditus.* Quamuis Budaeus, secutus Aristopha-

60) his formulis vtuntur, cum singulare quidquam, admirandumue indicare volunt. Aristoph. Nub. v. 879. Pater ingenii dexteritatem filii sui ostendens Socrati, cum enarrauit, quam scite puerulus adhuc domunculas, nauiculas, plostella, aliaque fabricarit, tum subiicit, πῶς δοκεῖς; hoc nostrates efferunt, *du glaubst es gar nicht, wie artig.* It. in Ranis, v. 54. ἐξαίφνης πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει σφόδρα; *desiderium cor subito percussit, quam putas vehementer?* ich kann dirs gar nicht sagen, wie sehr.

61) item ὡδί πως, *sic fere.* Xenoph. Mem. Socr. IV. 6. 13.

62) v. 246. facit cum Deuario Hemsterhusius in sua Pluti editione: superiores omnes habent πῶς, sed pertinet ad ἀεὶ, nempe ἀεί πως, quod idem est, ac ἀεί ποτε.

phanis Interpretem, ἐμφατικῶς accipi particulam πῶς, in praedicta comprehensione sentiat, et cum admiratione proferendam; idque aliis exemplis confirmare conatur, adducens ex Pluto aliud dictum [63]): οἱ δ' ἐγκατακείμενοι παρ' αὐτῷ, πῶς δοκεῖς τὸν Πλοῦτον ἠσπάζοντο, i. e. *quo tandem eos modo putas Plutum amplexatos esse?* et ex Synesio: ἤδην, ἀλλὰ πῶς οἴει; In quibus duobus exemplis, cum πῶς particula interrogatiua sit, admirationis emphasin admittit, vt apud Caesarium, ἐν ταῖς πλεύσεσι, de nauigantibus: ὑπὸ δὲ τὴν σκέπην τῶν ἀκρωτηρίων ὑποφυγόντες, καὶ τοῦ ἀπευκτοῦ θανάτου πῶς σωθέντες, εὐχαριστηρίους τῷ θεῷ φωνὰς ἀναπέμπουσι. In illo autem Aristophanis: ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πως εἰμ' ἀεί, mihi πως, ἀόριστον esse videtur, pariterque interrogatione et admirabunda prolatione carere.

Caeterum πῶς interrogatiuum, affirmato verbo iunctum, ex natura interrogationis vehementer prolatae, negatiuum sensum infert, [64]) vt πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί; *qui fieri potest, vt tibi donum tribuant?* Contra, si negato verbo iungatur, affirmatiuum sensum efficit, vt *quidni* apud Latinos. Demosth. πῶς οὐκ ἀδικεῖς; i. e. *quidni facias iniuriam?* h. e. *omnino facis iuiuriam.* πῶς οὐκ.

Poni-

63) v. 742. encliticum πως saepe etiam abundat.

64) Sic Grammatici praecipiunt, πῶς γὰρ οὔ, καταφατικόν ἐστι, siue κατάφασιν δηλοῖ. h. e. *affirmandi vim habet.* Plane conuenit nostratium loquendi consuetudini, qui dicunt, *warum denn nicht?* pro *ja freylich.* Contra absque negatione πῶς γάρ, ἀποφατικόν ἐστι, h. e. *fortius negat.*, et reddendum *neutiquam sane.* Vide omnino Hemsterhusium ad Lucian. T. I. p. 103. Bergler. ad Alciphr. p. 92. Viger. Idiotism. c. VII. sect. II. §. 1. et 2.

Ponitur et in extrema periodo huiusmodi interrogatio apud eundem: ἐκεῖνα μὲν ἄξια χρείτος καὶ ἐπαίνȣ κρίνω, πῶς γὰρ ȣ̓; quae locutiones sic plenius dicerentur: πῶς φατέον ὡς ȣ̓κ ἀδικεῖς; vel, πῶς ἂν εἴποις ὡς ȣ̓κ ἀδικεῖς; *quomodo negare poteris, te non iniurium esse?* Absque negatione etiam (vt dictum est,) interrogatiue prolata πῶς particula, γὰρ particulae iungitur, et negatiuum sensum infert. Demosth. ȣ̓κ ἀπορῶν, πῶς γὰρ; ὅςγε κεκληρονόμηκας τῶν Φίλωνος χρημάτων. His duabus particulis aggregatur etiam in tertio loco ἂν particula, et fit πῶς γὰρ ἂν, si verbum aliquod obliqui modi subsequatur, vel subintelligatur, vt πῶς γὰρ ἂν γένοιτο, *qui fieri posset?*

πῶς γὰρ.

πῶς γὰρ ἄν.

πῶς pro διατί.

Πῶς etiam pro διατί accipitur in negatiue prolatis interrogationibus. Aristoph. in Nebulis: [65]) καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ, καὶ Κρονίων ὄζων, εἴπερ βάλλει τȣ̀ς ἐπιόρκȣς, πῶς δῆτ' ȣ̓χὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, ȣ̓δὲ Κλεώνυμον; interrogat enim, *cur non fulmine percutiat Simonem neque Cleonymum?* Non quaerit *de modo*, quo non percutiat. Nam de modo, quo quis aliquid faciat, vel fecerit, interrogare par est. Modum autem, quo quis aliquid non faciat, non modo non quaerere, sed ne fingere quidem animo possumus. Quapropter, cum affirmatiue interrogamus per vocem πῶς, semper vox haec ad modum referri potest, vt Iliad. ά. [66]) πῶς γάρ τοι δώσȣσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί; Non enim *cur* debeant munus tribuere interrogat; cum multae fuerint causae, cur hoc facere debuissent; sed *quo pacto* possint hoc prae-

65) v. 397. 66) v. 123.

praeſtare interrogat: ſubdens cauſam, *cur hoc non poſſint praeſtare*, ἀλλά τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασαι. Λαὺς δ' ὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν. Quum igitur negatiue interrogamus, ſemper particula πῶς pro διατί accipitur. Nam cur aliquis aliquid non faciat, pariter ac cur faciat, cauſa aliqua mouetur, vel certe cauſam afferre poteſt, et propterea cauſam etiam interrogare licet [67]).

## CAPVT XXIV.

## DE σχολῇ aduerbio, et de articulis τὸ μὲν et τὸ δὲ aduerbialiter acceptis, et τῦτ' ἐλλειπτικῶς.

*Nominum obliqui caſus ſaepe aduerbialiter accipiuntur.* Nam et *genitiui* nominum, in aduerbium transeunt, vt ἐπιπολῆς, et *datiui*, vt σχολῇ, et *accuſatiui*, vt ἀρχὴν. Porro σχολῇ aduerbium, *otioſe* et *tarde* ſignificat, vt σχολῇ περὶ τῶν εἰσαγγελλομένων σκοπῦνται, i. e. *cum otio*, opponiturque τῷ ταχὺ et σπυδαίως. σχολῇ.

Adhibetur autem in *conſequenti parte conditionalium*, quemadmodum τὸ ἤπυ, pro *multo minus*,

67) in quaerendo etiam rerum pretio adhibetur πῶς. Ariſtoph. Equit. v. 478: πῶς ὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος; *quomodo*, h. e. *quanti venditur caſeus apud Boeotos?* Etiam duo enclitica πω et πυ notanda ſunt, illud temporis aduerbium ſignificat *vnquam*: hoc loci, *alicubi*, ſed de tempore etiam adhibetur. Theophr. Charact. c. 7. τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν πυ.

*nus*, et *nullo modo*. Aristot. εἰ δὲ μὴ τούτων τί, σχολῇ γε τῶν ἄλλων τι ἂν εἴη, *quod si nullum horum est, tarde aliorum certe quidquam erit*, i. e. *aegre et vix aliorum quidquam erit*. Andocid.[68]) ὅπου τοίνυν αὐτοῖς τοῖς τριάκοντα ὀμνύετε μὴ μνησικακήσειν, ἦπου σχολῇ τῶν γε ἄλλων πολιτῶν τινι, *aegre profecto aliorum ciuium cuiquam*. Quae locutio *negandi vim* habet, in eaque τὸ ἦπου, et τὸ σχολῇ, idem ἐκ παραλλήλου significare sensit Budaeus, cum tamen ἦπου suam propriam βεβαιωτικὴν vim habeat, (vt de ipso dictum est) σχολῇ vero negationem inferendi officium praestet.

σχολῇ γε.

σχολῇ, facile. Accipitur etiam τὸ σχολῇ pro *facile*, et *facili negotio*, quia, quae sine negotio et contentione agimus, laxe, lente et remisse agimus. Lucianus de Parasito:[69]) ἐπειδὰν γοῦν καὶ τούτων τῶν τεχνῶν ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν κρατοῦσαν, σχολῇ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξῃ προφερεστάτη, i. e. *simulatque igitur his etiam artibus praestare parasiticam ostendero, facile patebit, reliquis quoque ipsam antecellere*.

Ponitur etiam *in principio ambitus*, propter membrorum argumenti *transpositionem*. Xenoph.[70]) σχολῇ γὰρ ἂν ἄλλος γέ τις τὰ δίκαια νομοθετήσειεν, εἰ μὴ θεός. Cuius argumenti naturalis ordo est, εἰ μὴ θεὸς τὰ δίκαια νομοθετεῖ, σχολῇ ἂν ἄλλος τις τὰ δίκαια νομοθετήσειε.

Τὸ

68) in Steph. Oratt. vet. parte altera p. 12. Edit. Reisk. Vol. IV. p. 43. f.

69) cap. 26. Opp. Tom. II. p. 856.

70) Memorab. IV. 4. 25. *minime vero*. Vid. Perizon. ad Aelian. IX. 24.

## Τὸ μὲν, τὸ δὲ, et τὰ μὲν, τὰ δὲ.

Τὸ μὲν, τὸ δὲ, et τὰ μὲν, τὰ δὲ, articuli neutri voces τὸ, et τὰ, partitiuis (quas vocant) coniunctionibus praepositae, si ad nullum πτωτικὸν referantur, *aduerbialiter* accipiuntur. Gregor. καὶ ὥσπερ ἐν χορῷ συμπλεκομένων ἀλλήλαις καὶ διϊσαμένων, τὸ μὲν φιλίας νόμῳ, τὸ δὲ ἐυταξίας. Demosthenes: τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δὲ ἤ τινι δήποτε αἰτίᾳ προάγονται. Cauendum autem est, *ne ad aliquod totum referatur partitio*, tunc enim in sua significatione manent articuli, vt, si aliquod subiectum praecederet, puta χρήματα, sequereturque τὰ μὲν ἀυτῶν ἀυτὸς ἔχε, τὰ δὲ ἐμὲ ἔα ἔχειν, i. e. *partem quidem earum tibi habe*, *partem vero mihi permitte.* Quod exemplum adfert Lexicographus, ad indicandam aduerbialem significationem harum particularum. At in eo non aduerbialiter, sed *declinabiliter* in propria significatione manent articuli, in accusandi videlicet casu recepti, et a verbo ἔχε, et ἔχειν reguntur. Quando autem *aduerbialiter* vsurpantur, a *nullo verbo* reguntur articuli, vt apud Plutarchum [71]): καὶ διελέχθη πρὸς τὺς πολίτας, τὰ μὲν, κακίζων ἀυτῶν ἀβυλίαν καὶ μαλακίαν, τὰ δὲ, παροξύνων καὶ παρακαλῶν, i. e. *ciues allocutus est*, *partimque*

τὸ μὲν, τὸ δὲ.

71) in Solone, Tom. I. p. 96. Ponitur etiam deinceps τὰ μὲν, τὸ δὲ sequente πλέον, *partim quidem*, *magis* vel *maxime vero*, siue *inprimis.* Thucyd. I. 90. initio. Λακεδαιμόνιοι δὲ, αἰσθόμενοι τὸ μέλλον, ἦλθον ἐς πρεσβείαν, τὰ μὲν καὶ ἀυτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μήποτ᾽ ἐκείνυς, μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα, τὸ δὲ πλέον, τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων etc. *Lacedaemonii autem*, *cognito*, *quod sit futurum*, *venerunt legati*, *partim*, *quod et ipsi libentius viderent*, *nec illos*, *nec alium quemquam muros habere*, *maxime vero*, *quod socii illos impellerent.*

*que eorum amentiam, atque segnitiem obiurgauit, partim incitauit atque hortatus est.*

τῦτο μὲν, τῦτο δὲ. Eodem modo accipitur vox τῦτο, *partitiuis coniunctionibus* iuncta. Demosth. [72]) τῦτο μὲν τοίνυν Θασίυς, πῶς ὐκ ἀδικήσετε, τῦτο δὲ Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, etc. Cuiusmodi locutiones ἐλλειπτικῶς dictae videntur. Nam proxima haec Demosthenis, κατὰ μὲν τῦτο τὸ μέρος Θασίυς, κατὰ δὲ τῦτο Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, plenius dicerentur, i. e. *ex vna parte Thasios, ex altera Archebium et Heraclidem.* Animaduertendum autem est idem, quod supra, ne scilicet totum aliquod subsit, ad quod partitio per τῦτο μὲν, et τῦτο δὲ facta referatur. Tunc enim hae particulae casus pronominis sunt, et a verbo aliquo reguntur, vt in exemplo, quod affert Budaeus ex Cicerone: [73]) *sed causarum, quae sunt a communi quaestione seiunctae, partim in iudiciis versari, partim in deliberationibus.* Quae verba Budaeus ad indicandam vocum τῦτο μὲν et τῦτο δὲ, aduerbialem significationem, sic in graecum sermonem transtulit: τῦτο μὲν αὐτῶν δικανικὸν, τῦτο δὲ βυλευ-

72) adu. Leptin. p. 369. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 474. Inuenitur etiam τῦτο μὲν, nude positum, non sequente τῦτο δὲ. Ac de τῦτο quidem Vigerus iam annotauit, (Idiotism. c. 4. §. 14.) eleganter id quidem poni pleonastice: et Hoogeueen pro indice nouae attentionis adhibitum putat. Locus e Demosth. de Corona allatus extat p. 268. Edit. Reisk. καί τοι καὶ τῦτο, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, hic μὲν abest post τῦτο. Sed apud Isocratem Euagora, p. m. 372. sic incipit periodus: τῦτο μὲν γὰρ Αἰακὸς ὁ Διὸς μὲν ἔκγονος etc. Wolffius τῦτο μὲν, in versione omisit. Simpliciter vertit: *Aeacus enim, qui et Iouis filius* etc. Nobis vtique formula videtur elliptica, sic fere constituenda: *Hoc enim exemplis declarabo.*

73) de Orat. I. c. 31.

βȣλευτικόν. Verum, opinor, primum quidem non vidit pronominis *genitiuum* ἀυτῶν totius locum habere, quod per τȣ̃το μὲν et τȣ̃το δὲ, in partes diuiditur, atque ita non aduerbialiter, sed vt casus pronominis accipi, et a verbo ἐςί, subintellecto regi. Deinde vero ne illud quidem animaduertit, non recte fieri partitiones per casus τȣ̃το pronominis, cum rectius dicatur per articuli casus τὸ μὲν ἀυτῶν δικανικὸν, τὸ δὲ βȣλευτικόν.

## Ταῦτα.

Ταῦτα pluralis vox pronominis τȣ̃το, ἐλλειπτικῶς pro διὰ ταῦτα accipitur, si particulae ἄρα, vel δὴ, aut τοι [74]) ipsi iungantur, vnde fit ταῦτ' ἄρα, et ταῦτά τοι, et ταῦτα δὴ, quae plane idem significant. Gaza ex Cicerone, ταῦτ' ἄρα καὶ συμβαίνει ὅπερ ἀπεφηνάμην. Vbi ταῦτ' ἄρα, etiam ταῦτά τοι, et ταῦτα δὴ dici potuit αἰτιολογικῶς μετὰ ςοχασμȣ̃ ἢ βεβαιώσεως. Apud Platonem vero ταῦτα δὴ, μετὰ βεβαιώσεως dictum est: ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. In quibus omnibus subauditur διὰ praepositio. ταῦτα.

✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳

# CAPVT XXV.

## DE ADVERBIO προτȣ̃.

Προτȣ̃, *aduerbium temporis*, ex praepositione πρὸ, quae semper *genitiuo* iungitur, et τȣ̃ articulo, vice pro- προτ.

74) etiam δὴ, ὦν, γάρ, γε, τȣ̃τό τοι. Videatur do-
Dicitur etiam in singulari, ctiss. Koen, ad Gregor. de
raro tamen τȣ̃τ' ἄρα, τȣ̃τό Dial p. 11. no. 25.

pronominis τούτου accepto constat. Dicitur enim ὁ προτοῦ χρόνος, et ὁ προτοῦ βίος, perinde ac ὁ πρὸ τούτου χρόνος, et ὁ πρὸ τούτου βίος. Vbi pronomen τούτου demonstratiuum, ad praesens tempus, vel aliud quidpiam, quod tempore metiri solemus, relationem habet. Cum enim dicimus ὁ προτοῦ χρόνος, et ὁ προτοῦ βίος, supplendum est nomen appellatiuum, ad quod refertur, in *genitiuo casu* formatum. Est enim plena oratio: ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου βίος, et ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου χρόνος. Non semper autem repetitionem hanc nominis fieri contingit. Nam cum dicimus ὁ προτοῦ πόλεμος, non necessario supponitur, nunc quoque bellum esse, ita vt dicere possimus, ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολέμου πόλεμος. Et hinc aduerbialis huius particulae vis ostenditur, cum appellatiuum nomen non possit repeti, quod relationem suscipiat. Quod quidem appellatiuum nomen, iuxta verbi vel alterius particulae, a qua regitur, naturam, in omnibus casibus variatur, nunquam mutato προτοῦ, et πρὸ τούτου. Dicimus enim ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ, vel ἐν τῷ πρὸ τούτου, et κατὰ τὸν προτοῦ χρόνον, vel κατὰ τὸν πρὸ τούτου. Dicitur et per se saepissime vox προτοῦ, [75]) sed semper ad *praesens tempus* relationem habet, vel tacite, vel expresse.

## CAPVT XXVI.
## DE ταύτῃ PARTICVLA.

ταύτῃ. Ταύτῃ, *datiuus*, ab αὕτη, pronomine deductus, quatenus *sine Substantiuo* ponitur, *aduerbialem* induit

75) vt Aristoph. Nub. v. 5. οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν, ἀλλ' οὐκ ἂν προτοῦ. Schol. ἀλλ' οὐκ ἂν πρότερον, integra oratio

duit significationem, estque localis primaria eius vocis significatio. Nam ad nomen ὁδὸς relationem habet, cum dicimus ταύτῃ βαδιστέον, [76]) vt plena sit oratio, ταύτῃ τῇ ὁδῷ βαδιστέον.

Secundo loco *causalem vim* habet, perinde ac διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα, i. e. *ideo*, et *hac de causa*, vt apud Aristoph. in Pluto, [77]) μηδὲν ταύτῃ γε κομήσεις, *ne propterea insolescas.* Habet autem vim *limitatiuam* in hac causali significatione. Xenophon. οὐδὲ μέντοι ταύτῃ γε ἀτιμαστέον τὸ κάλλος, *neque tamen idcirco adspernanda est pulchritudo.* Tribuit etiam huic particulae *illatiuam* significationem Budaeus, et pro τοιγαροῦν, i. e. *itaque*, vsurpari docet: afferens exemplum ex Herodiano, ταύτῃ ὁ Ἀλβῖνος καὶ Φρουρᾷ μείζονι ἔφρατ]εν ἑαυτόν. Vbi tamen *causalem* potest habere significationem, vt dicat, διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα ὁ Ἀλβῖνος ἔφρατ]εν ἑαυτόν. Quod ipse quoque animaduertisse videtur, cum voces ταύτῃ τοι, pro *itaque*, et τούτου ἕνεκα accipi dicat apud Gregorium. Quando vero *simplicem limitationem* significat, pro κατὰ τοῦτο, *eatenus*, et *secundum hoc* accipitur, et saepe in ea significatione respondet τῷ ᾗ. Accipitur etiam ἀντὶ τοῦ οὕτως, [78]) vt apud Platonem: ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο, i. e. *haec etiam sic dicebantur.* Idem alibi: ἔστω ταύτῃ ὅπη τις ὑπολαμβάνει, *esto, haec ita se habere, sicut quisque putat.*

ταύτῃ τοι.

 CAPVT

tio est: οὐκ ἂν ἔρρεγκον πρὸ τούτου χρόνου, siue ἐποίουν τοῦτο, *hoc non facturi fuissent antehac.*

76) sic τῇδε ἕπου, *hac sequere*, sc. ὁδῷ.

77) v. 572.

78) Sic Schol. Thucyd. II. 91. ταύτῃ exponit οὕτως, siue κατὰ τοῦτο τὸ μέρος.

## CAPVT XXVII.

## DE NOMINE ταχὺ, in aduerbii naturam transeunte.

ταχὺ. Ταχὺ, nomen notae significationis, quando *aduerbialiter* accipitur, opponitur τῷ σχολῇ, item *aduerbialiter* vsurpato; et non solum in posteriori parte consequentiarum adhibetur, vt apud Aristophanem, sed etiam in simplicibus enunciationibus, cum γὰρ iungitur *ironice*, pro σχολῇ. Aeschin. [79]) contra Timarch. ταῦθ' ὁ γέρων ὁ ἐκ παιδὸς σεσωφρονηκὼς παρῄνεσε τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις, ταχὺ γὰρ ἂν Τίμαρχον ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι. ταχὺ γὰρ ἄν. Quod *ironice* dictum, idem valet, quod σχολῇ γε Τίμαρχον etc. Vbi tamen tacita consequentia innuitur, cuius antecedens ex superioribus petendum est, et sensus huiusmodi: *si senator ille spartanus rectam et probatam cuiusdam praui hominis sententiam respuit, multo minus ab huiusmodi hominibus, qualis est Timarchus et Demosthenes, rempublicam administrari passus esset.* Vnde patet, γὰρ ex γε et ἄρα constare, vt apud Aristoph. in Acharnens. [80]) σφόδρα γ' ἄρ' ἐσωζόμην ἐγὼ, vt suo loco dictum est.

CAPVT

79) in Oratt. vet. ap. H. Steph. p. 26. Edit. Reisk. Vol. III. p. 174. ibi *Iurinus* pro ταχὺ mauult τάχα, sed non est, vt bene monuit Reisk. V. Cl. sollicitandum, nam sic saepe, inprimis apud Platonem, ταχὺ pro τάχα, inuenitur. Aristoph. Nub. v. 647. ταχύ γ' ἂν δύναιο μανθάνειν σὺ περὶ ῥυθμῶν. *Tu fortasse discere possis artem musicam.* Ad h. l. Schol. ταχὺ γ' ἂν, ἐν εἰρωνείᾳ. Aeschinis locum *Iurinus* sic reddit: *Haec seuerus ille senex suis ciuibus. Forte enim passus esset Timarchum vel cinaedum Demosthenem rempublicam capessere.*

80) v. 71.

## CAPVT XXVIII.

# DE NOMINE τί, interrogatiue accepto.

Τί, neutrum nomen, *interrogatiue* acceptum, quod quidem tunc accentu acuto ſemper eſt praeditum, neque vnquam accentum reiicit, encliticarum more, pro οὐδὲν vſurpari nonnunquam docet Budaeus, afferens exemplum ex Demoſthene: [81]) εἶτ' ἐλαυνομένων καὶ ὑβριζομένων, καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων, i. e. vt ipſe interpretatur, *et nihil non mali patientibus.* Item ex Gregor. ὀνειδιζόμενος, καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων, τί δ' οὐκ ἀκούων, i. e. vt idem interpretatur: *nihil non contumeliarum perpeſſus.* Quae quidem Budaei opinio, neſcio an admittenda ſit. Nam vt concedamus, affirmatas interrogationes negatiuis enunciationibus inferri, ſi cum emphaſi proferantur, vt ſi dicas: τί κακὸν πάσχεις; infers, οὐδὲν κακὸν πάσχεις, tamen ſi conſideremus propoſitas loquendi formulas, qualis eſt illa Demoſthenis, καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων: et Gregorii: καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων, et huiusmodi alias, negatum habere verbum ſeu participium; videbimus non *negatiuam*, ſed *affirmatiuam* [82]) enunciationem ex ipſis



81) de Corona, p. 319. C. Edit. Reisk. Vol. I. p. 241.

82) recte, et Budaei *nihil non mali* etiam affirmat, i. e. *quodcunque malum*, allerley Ungemach. Ergo idem erit, vtrum τί accipias pro οὐδὲν, ſeruata particula οὐχὶ, pro *nihil non*, an pro πᾶν, omiſſo οὐχί. Quod autem Deuarius dubitat, an οὐδὲν οὐ, pro *nihil non* graece dici poſſit, quodammodo ex analogia colligendum eſſet, quoniam dicunt οὐ δύναμαι μὴ, *non poſſum non*, pro *neceſſe eſt.* Ariſtoph. Ran. v. 42. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα δύναμαι μὴ γελᾶν, *per Cererem, non poſſum non ridere.*

ipsis inferri, et sic in τί ὐχὶ πασχόντων: interrogationibus, vocem τί, non pro ὐδὲν, sed pro πᾶν accipi, totamque locutionem τί κακὸν ὐχὶ πασχόντων, pro πᾶν κακὸν πασχόντων, vsurpari. Adde, quod non plane patet, an apud Graecos dicantur voces ὐδὲν ὐ, in sensu, quo apud Latinos *nihil non.* Quod tametsi diceretur, tamen in supra dictis locutionibus supra dictum sensum habebunt; et sic ὐδὲν κακὸν ὐ πασχόντων, pariter pro πᾶν κακὸν πασχόντων interpretandum erit.

τί, pro διατί. Τί etiam pro διατί saepissime accipitur, et pro ἐς τί, i. e. *quam ad rem?* Aristoph. in Nebulis: [83]) τὐτ' ὐν τί ἐςι χρήσιμον; haec autem (Geometria) *quam ad rem est utilis?*

# CAPVT XXIX.

## DE τί NOMINE, δὲ coniunctioni praeposito, subsequente εἰ μὴ exceptiua.

τί δὲ, εἰ μή. Τί δὲ, εἰ μὴ, coordinatae voces sunt, non vt ex ipsis vnum formale signum efficiatur, sed ita, vt vna-

83) v. 202. Addimus atticam illam formulam τί παθὼν, quae significat idem, quod τί, *quare? quomodo?* de qua Vid. Casaub. ad Athenaeum XIII. 9. qui etiam τί μαθὼν sensu eodem dici exemplis scriptorum docet. Ex Aristoph. Biletus ad Nub. v. 1508. etiam congessit multa loca, vt Acharn. v. 826. Vesp. v. 251. Lysistr. v. 599. quibus addimus Plut. v. 909. Sed haec loca merito pro suspectis et vitio librariorum deprauatis habentur, quoniam nulla adest ratio, quomodo μαθὼν

vnaquaeque propriam significationem prae se ferat, vt apud Xenoph. [84]) καὶ πῶς δὴ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, διέταξας αὐτῇ: τί δὲ, εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξέ μοι πρῶτον ἐπιδεῖξαι αὐτῇ; In qua locutione et similibus subauditur vox ἄλλο, cum praecedente verbo repetito, vt sit integra locutio: τί δὲ ἄλλο διέταξα, εἰ μὴ et reliqua. Vbi etiam loco εἰ μὴ vtimur particula ἢ eiusdem significationis, vt apud Lucianum: [85]) σὺ δὲ δὴ τί πρὸς τοῦτο; Διογ. τί δ' ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; τί δὲ ἤ.

Dicitur et sine δὲ, vt apud Thucydidem: [86]) ὑμεῖς δὲ, εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν πλαταιίδα, Θηβαΐδα ποιήσετε, τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθένταις, πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς, ἀτίμους γερῶν ὧν νῦν ἴσχουσι καταλείψετε; Cum autem sine δὲ proferantur huiusmodi locutiones, patet, ipsum δὲ, non esse partem integralem vocum τί δὲ εἰ μὴ, ac si esset vna nota formalis. Nam ex formalibus signis, si particulam aliquam subtrahas, sensus ipsius perit, vel certe deprauatur atque minuitur. Puta, si εἰ μὴ aggregatum seiunges, non amplius sensum exceptiuum seruabit, vt pro πλὴν accipiatur. In proposita igitur vocum ordinatione ac serie, τί ἄλλο ἤ.



θὼν et παθὼν in hac formula eiusdem sint significationis. Sed cum Atticis πάσχειν etiam pro *facere* vsurpatur, significatus huius formulae facile intelligitur.

84) de administr. domest. c. 9. §. 2.

85) Dial. Mort. XIII. c. 2. Iensius Lect. Lucian. I. 11. p. 116. putat ὅτι excidisse post ἢ, sed videtur attica ellipsis esse. Sic Aristoph. Nub. v. 1497. ἄνθρωπε τί ποιεῖς; Στρ. ὅ, τι ποιῶ; τί ἄλλο γ', ἢ διαλεπτολογοῦμαι etc. *quid agis? Strep. quid agam? quid aliud, quam subtiliter disputo?*

86) Hist. III. 52.

ſerie, ad ſenſus integritatem, ſupplendum eſt nomen ἄλλο, et praecedens verbum repetendum eſt. Quam loquendi formam Cicero, vt multa alia imitatus, plene et integre locutionem cum verbi additione exprimit, cum dicit: *Nam quid aliud agimus, cum ab omni negotio ſeuocamus animum, niſi animum ad ſe ipſum vocamus?* [87]) Reducuntur autem ad enunciationem huiusmodi interrogationes. Nam τί ἄλλο ἢ, et τί ἄλλο εἰ μὴ, idem valent, quod ὀυδὲν ἄλλο ἢ, et ὀυδὲν ἄλλο εἰ μή.

## CAPVT XXX.
## DE PARTICVLIS τί δὴ, τί μὴν, et ποιός, oxytono.

τί δή. Τί δὴ etiam vt formale ſignum deſcribit Budaeus. Cuius opinio refellitur eadem ratione, qua ſupra oſtenſum eſt, τί δὲ, εἰ μὴ non eſſe totum quid, ſed tres particulas non colligatas, ſed ſimul appoſitas. Si enim in Platonis verbis illis: τί δὴ ὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὀ πάντες ἐρᾷν φαμὲν; particulam δὴ ſubtrahas: τί ὖν per ſe, idem officium praeſtabit, τί ὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης et cetera. Secus accidit in formalibus ſignis, vt proxime dictum eſt. Ex quibus, ſi particulam aliquam demas, quae remanent, eandem ſignificationem non itidem ſeruant: puta, ex ἄλλως τε, et εἰ δὲ μὴ, ſi ex altero τε, ex altero vero δὲ ſubtrahas, neutri ſuus ſenſus remanebit. Nam aliud εἰ δὲ μὴ, aliud εἰ μὴ ſignificat, vt ſuo loco dictum eſt.

Τί

87) extat iſte locus I. Tuſcul. 31.

## Τί μήν.

Τί μὴν etiam pro τί δὴ, *interrogatiue* vſurpari docet, [88]) vt ἀλλὰ τί μὴν, i. e. vt ipſe interpretatur, *quidnam igitur*? Nonnunquam etiam *concedentis* eſſe vocem τί μὴν affirmat, et pro *quidni* accipi, vt apud Platonem: δίκαιος ἀνὴρ καὶ εὐσεβὴς, ἆρ' ὀ θεοφιλὴς ἐςι; Πρ. τί μήν; In quo tamen exemplo τί μὴν, *interrogatiue* itidem accipitur. Interrogatus enim Protagoras, *an iuſtus vir deo etiam amicus eſſet?* reſpondet, τί μὴν, i. e. *quidni?* Quod *ſenſu* quidem *concedentis* et *forma* autem loquendi, *interrogatiuum*. In qua interrogatione τί μὴν; *quid vero*, et *quidni* ſignificat, i. e. *quid non*, et *cur non?* conuertiturque interrogatio in affirmationem, vt ſit, *plane ita eſt*. τί μήν.

## Ποιός.

Ποιός, ὀξύτονον, *qualitatis particeps*, et ποιός τις, *qualitatis cuiusdam particeps*, quod nonnunquam pro περιττὸς accipi notauit Budaeus, [89]) vt apud Ariſtotelem: [90]) δῆλον ἐκ τούτων, ὅτι παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναςικῇ καὶ παιδοτριβικῇ, τούτων γὰρ, ἡ μὲν, ποίαν τινα ποιεῖ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ποιός.



88) Idem docet Vigerus, τί μὴν praemiſſo etiam ἀλλὰ, vſurpari tum, cum ab eo, qui iam negauit, ſe cauſam aliquam rei aut facti habuiſſe, vsque rei rationem exigere pergimus, vt, τοῦτο νὴ Δία τὸ αἴτιον οὐ μὴ ἐγένετο, ἀλλὰ τί μήν; *haec vtique tibi cauſa non fuit, quaenam igitur?* Vide eius Idiotism. c. III. Sect. II. §. 10.

89) Comment. gr. l. p. 508. vbi ποιός τις, ait, ὀξύτονον idem, quod ποιὸς ſignificat, h. e. *qualitatis particeps*, vt ποσός, *quantitatis*.

90) Opp. Tom. V. Polit. lib. VIII. p. 628.

τος, ἡ δὲ, τὰ ἔργα, i. e. vt ipse interpretatur: *harum enim altera praestantem reddit corporis habitum, altera vero opera.* Quae quidem Budaei interpretatio verum quidem sensum assequitur, sed non ex vi vocis ποιὸς et ποιὰ, quae simpliciter *qualem*, vel *qualitatis participem* significant, is sensus efficitur: sed quia res ita se habet, quod videlicet *gymnastica praestantiora reddit corpora*, voces propositae sensum hunc prae se ferunt. At non ex veritate sententiae vel modo et forma locutionis vocibus tribuenda est significatio ab etymologia aliena, sed sensus ex vocibus iuxta cuiusque vim et notionem eliciendus est [91]).

## CAPVT XXXI.

## DE PRONOMINE τίς, et τὸ καὶ τὸ, τὸ μὲν, τὸ δὲ, aliisque horum similibus.

τίς. Τίς pronomen, ἀορίστως acceptum, quod et fere ἐγκλιτικὸν μέρος est, non solum *postponitur adiectiuis et appellatiuis nominibus*, vt ἄνθρωπός τις, et μοχθηρός τις; sed etiam *praeponitur* cum *Substantiuis*, quod frequenter fit; tum vero *adiectiuis*

91) Venia danda est ingenio viri, etymologiae, atque adeo obscuritati tenacius inhaerenti, quam perspicuitati consulenti. Ita sane versio *Iulii Pacii* plausum *Deuarii* omnino feret, quae haec est: *patet ex his, quod adolescentes gymnasticae et paedotribicae sunt tradendi: quarum altera* qualem aliquam *facit habitudinem corporis, altera operationis.* Sed hodie merito istae versiones exploduntur a pueris.

*uis* quoque nonnunquam, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [92]) δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ἦν. Nec facit ad hoc interpoſita negatio: nam et ſine negatione, δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τις μοχθηρὸς ἦν, itidem dici potuit.

Τίς etiam, vt opponitur τῷ οὐδεὶς, Budaeo dedit occaſionem, vt ἀντὶ τοῦ μέγας ipſum accipi contendat in loco Demoſth. quem ipſe citat, [93]) τὸ δοκεῖν τινὲς εἶναι δι' εὐπορίαν προσειληφότες. Nec animaduertit oppoſitionem hanc vocis τί, ad οὐδὲν, ſi minus in Ciceronis loco, quem, ad probandum ſimilem vſum vocis huius apud Latinos, affert ex Epiſtolis ad Atticum: [94]) *Fac, vt omnia ad me perſcribas, meque vt facis, velis eſſe aliquem: quoniam qui ſui, et qui eſſe potui, iam eſſe non poſſum*: certe ex Platonis auctoritate, quam itidem affert ad oſtendendum vſum huius vocis in ſuo neutro genere, ὑμᾶς τε ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθέ τι ποιεῖν, οὐδὲν ποιοῦντες [95]).

Pro ποῖος etiam, et ὁποῖος accipi τίς, ὀξυνόμενον, recte annotauit Budaeus, vt apud Demoſth. λέγε δή μοι τὰς μαρτυρίας, τίς ἐγὼ πρὸς τοὺς συμβάλλοντας ἀνθρώπους τοὺς δεομένους εἰμί. Ciceronemque eodem modo vſum eſſe pronomine *qui*, cum dicit: *Xenophon Socraticus, qui vir et quantus!* τίς, pro ποῖος et ὁποῖος.

Τὸ

92) v. 1004.

93) in Comment. gr. l. p. 32.

94) Lib. III. 15.

95) Iterum auctor vellicat Budaeum, tanquam falſo doceat, τί, per ſe, ac ſine oppoſito οὐδὲν, hanc vim indicandi aliquid eximii admirandiue habere. Sed exempla collegit Hoogeueenus ap. Viger. Idiotism. c. III. Sect. II. n. 75. p. m. 123.

# Τὸ καὶ τό.

τὸ καὶ τό. Τὸ καὶ τὸ, pro τοῦτο καὶ τοῦτο apud Demosth. περὶ τοῦ στεφάνου, [96]) accipi recte notauit Budaeus: εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. De quo articulo docendum est, non solum in *Accusatiuo* accipi pro τοῦτο pronomine, vt in loco citato Demosthenis: sed etiam in *aliis casibus*, vt si dicas, τὸ καὶ τὸ συνέβη μοι, tunc nominatiui casus erunt voces τὸ καὶ τό. Et sic in aliis casibus, vt exigunt partes, cum quibus copulatur. Nam enallage in partibus declinabilibus, si in vno casu admittatur, in reliquis etiam admittitur: puta, si articulus masculinus in prima voce ὁ, pro οὗτος accipitur, τοῦ etiam pro τούτου, et τῷ pro τούτῳ, et τὸν pro τοῦτον vsurpabitur [97]). Exempla sunt apud Homerum: [98]) ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθείς, et τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα. τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος, τὸν δ' ἄρα ὑπόδρα ἰδών.

Notandum autem, pro indefinita et incerta re dici propositas voces, et idem valere, quod τὸ δεῖνα καὶ τὸ δεῖνα. Sicut etiam in genere masculino τὸν καὶ τὸν apud Lysiam: καί μοι κάλει τὸν καὶ τὸν, pro τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα, h. e. *hunc et illum.* In quo Lysiae loco, cum verba sint *iubentis testes in medium prodire*, notandum est, indefinite dici τὸν καὶ τόν: siue quod res, de qua loquitur, adeo nota esset omnibus, vt non solum nominatus quisque, sed quilibet sine discrimine de ipsa testimonium dicere posset: aut ita inde-

96) p.347. C. Edit.Reisk. Vol. I. p. 308.

97) Vide H. Steph. in Append. de Dial. p. 183. f.

98) Il. α. v. 9. it. Il. ξ. v. 470. et Il. α. v. 148.

indefinite locum nominibus propriis reliquit Orator, quod fit in declamationibus, quae veluti formulae sunt forensium orationum.

## Τὸ μὲν, τὸ δὲ.

Τὸ μὲν et τὸ δὲ, eiusdem enallages ratione, pro τȣτο μὲν et τȣτο δὲ accipiuntur, significantque *partim* et *partim*, ideoque obliquis etiam casibus iunguntur, quia aduerbialiter construuntur [99]). τὸ μὲν, τὸ δὲ.

## Τὸ μὲν τὶ, et τὸ δὲ τι.

Additur etiam supra dictis vocibus τι, ἀόριϛον, et fit τὸ μέν τι et τὸ δέ τι, quae itidem *partim* et *partim* significant. Basilius: τὸ μέν τι καὶ διὰ τὸ πολλάκις ἀπατηθῆναι, τὸ δέ τι καὶ ὑπὸ ἀσχολιῶν περισπώμενος. In quibus τι particula *deminuendi* et *adstringendi* vim habet [1]). τὸ μέν τι, τὸ δέ τι.

## Τοιȣτος.

Τοιȣτος, nomen ἀνταποδοτικὸν, non solum τῷ οἷος, *nomini relatiuo*, sed etiam τῷ ὅς, *articulo relatiuo* praepositum respondet. Sophocl. in Antig. γινώσκων ὅτι τοιȣτός ἐϛιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Vbi τὸ τοιȣτος, pro μοιος vsurpari videtur, cum tamen, si id, quod potentia subintelligendum est, repetatur, articulus in propria signifi- τοιȣτος.

99) de his iam supra egit p. 262.

1) copiosius de his particulis, earumque vero vsu apud Scriptores egit Hoogeueenus ad Vigeri Idiodism. c. I. v. 16.

gnificatione remaneat, hoc modo: τοιϗτός ἐςιν, οἷοί εἰσιν ἐκεῖνοι, οἷςπερ ᾔδετε ξυνών [2]).

## Τϗτο μὲν, et τϗτο δὲ.

τϗτο μὲν, τϗτο δὲ. Ipſum quoque τϗτο μὲν et τϗτο δὲ, *partim, partim,* vel *tum, cum,* atque etiam *ſimul, ſimul* ſignificat, vt recte notauit Budaeus. Demoſth. [3]) τϗτο μὲν τοίνυν Θασίϗς, πῶς ϗκ ἀδικήσετε, τϗτο δὲ Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, i. e. *ſimul etiam Thaſios, ſimul Archebium iniuria afficietis.* Andocid. [4]) τϗτο μὲν, οἷς ὑμεῖς ἐναντία μαχεσάμενοι διηλλάγητε, καὶ ὅρκϗς ὠμόσατε, τϗτο δὲ, ϗ̓ς φεύγοντας κατηγάγετε, τϗτο δὲ, ϗ̓ς ἀτίμϗς ὄντας, ἐπιτίμϗς ἐποιήσατε. Ex quo Andocidis loco animaduertendum eſt, non modo *ſemel* voci τϗτο μὲν reſpondere vocem τϗτο δὲ, ſed *iterum atque iterum et ſaepius,* ſi plura erunt recenſenda. Quomodo et Ciceronem vſum eſſe, patet ex eius verbis illis: [5]) *quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum redeunt, tum antecedunt, tum etiam ſubſequuntur.*

CAPVT

2) Addimus τοσϗτον, quod Atticis ſaepe pro τὸ δὲ τι μόνον, h. e. *hoc vnum duntaxat,* vſurpatur. Vide Viger. Idiotism. c. III. Sect. 12. §. 1. Porro ἐν τοσϗτῳ, quaſi aduerbialiter dicitur, pro *interea,* ſubintellecto χρόνῳ. Vid. Lamb. Bos. Ellipſ. p. m. 243.

3) adu. Leptin. p. 369. A. edit. Reisk. Vol. I. p. 474. ſaepe etiam *modo, modo* ſignificat. Lucian. Charid. c. 7. καὶ τϗτο μὲν γενόμενος κύκνος, τϗτο δ' ἐν εἴδει ταύρϗ τὴν Εὐρώπην ἁρπάζει, *modo in cygnum mutatus, modo in tauri ſpecie Europam rapit.*

4) de Myſter. quae eſt Orat. I. ap. H. Steph. Oratt. vet. parte altera p. 14. Edit. Reisk. Vol. IV. p. 51. ſ.

5) de nat. Deor. II. c. 30.

## CAPVT XXXII.

## DE PARTICVLIS τοι, τοίνυν, τȣ͂, et τῷ.

Τοι particulae, vis *affirmatiua* seu *confirmatiua* apertius perspicitur, cum ea partibus declinabilibus apponitur, vt apud Xenoph. [6]) ἀλλὰ σωφρόνων τοι ἐςὶν ȣ͂τω ποιεῖν. Cum enim affirmatiua oratio sit, videlicet, quod σωφρόνων ἀνθρώπων ἐςὶ τὸ ȣ͂τω ποιεῖν, particula τοι affirmationem auget et confirmat, vt *sane* et *profecto* apud Latinos. Et in supra dicto exemplo idem valet, ac si diceres, *nimirum*, vel *enimuero sapientis est ita facere*. Hanc eandem vim habet, cum vocibus aliis postponitur. [7]). Notandum autem, cum *monosyllabis particulis* iungitur τοι, interdum per *appositionem iungi*, ac tunc suam vim nonnunquam *retinere*: interdum vero *componi*, ac tunc tam eam, cum qua componitur, quam ipsam τοι, suam quamque significationem *amittere*, et ex ambabus *tertium quoddam* resultare, vt in μέν τοι, γέ τοι [8]), τοι.

καὶ

6) de Administr. domest. c. VII. §. 15.

7) Sic ap. Aristoph. Pluto v. 29. πένης ἦν. Καρ. οἶδά τοι, *noui equidem*, ich weiss es wohl. Interdum etiam τοι post γὰρ, id indicare videtur, cuius caussa per γὰρ redditur. Xenoph. Mem. II. c. 3. §. 6. Socrates interrogat Chaerecratem de fratre Chaerephonte, num is erga alios eodem modo se gerat, quo erga fratrem soleat? πότερα, inquit, ȣ̓δενὶ ἀρέσαι δύναται Χαιρεφῶν, ὥσπερ ȣ̓δὲ σοί; ἢ ἔςιν, οἷς καὶ πάνυ ἀρέσκει; ad haec Chaerecrates: διὰ τȣ͂το γάρ τοι ἄξιόν ἐςιν ἐμὲ μισεῖν αὐτόν, *propterea enim*. Sed γὰρ non habet, ad quod referatur. Particulae autem τοι confirmantur praecedentia, ἔςιν οἷς, *sunt omnino*, ab eo igitur pendet γάρ. *Ey freylich, denn darum eben etc.*

8) hoc interpres Aristoph. ad

καὶ τοι, et quibusdam fortasse aliis, de quibus in praecedentibus dictum est.

δέ τοι. Porro δὲ particulae *per appositionem* postponitur. Δέ τοι enim vox, tam δὲ, quam τοι particulae vim prae se fert. Quando vero *aduerbiis*, et simpliciter *vnicam syllabam excedentibus vocibus* iungitur, semper suam retinet significationem: dummodo dissyllaba illa, cui iungitur, ex *duabus monosyllabis non sit coagmentata*, qualis est τοι γὰρ,

τοι γὰρ τοι. cui postponitur aliud τοι, et fit τοι γὰρ τοι. Tunc enim τοὶ suam propriam amittit significationem. Sed si dissyllabis simplicibus iungitur, semper suam habet significationem: id quod Budaeus minus videtur animaduertisse, cum dicat, hoc πάνυτοι, frequentius dici πάνυ τι, per τι nomen, quod saepe ἀργὸν esse ait. Quod equidem nescio, an otiosum alicubi sit, vt Budaei videtur [9]). Nam tametsi cum nullo nomine substantiuo aliquando iungatur, sed adiiciatur aliis orationis partibus: non idcirco plane otiosum est, sed *deminuendi* et *coërcendi* vim habet, vt paulo supra de ipso dictum est.

Interponitur etiam aliquando, vt διά τοι τοῦτο. Porro si quando praeponatur haec particula, propriam significationem amittit, vt in τοι γὰρ, τοι γὰρ τοι et τοιγαροῦν, et in vnius cuiusdam formalis notae significationem coalescit.

Τοίνυν.

ad Plut. v. 424. vel pro δὲ, vel pro γὰρ accipi, docet, frequentius tamen pro γὰρ.

9) omnino abundat saepe, veluti in ποῖός τις, οἷός τις, τοῖός τις, ap. Theophr. Charact.

# Τοίνυν.

Τοίνυν, συλλογιςικόν est, i. e. *illatiuum conclusionis*, quae ex antecedente, vel praemissis quibusdam, aut tacitis aut expressis sequitur, et in hoc eundem vsum praestat, quem vox οὖν et οὐκοῦν. Eandem vim habet, quando *collectiuum* est. Dico autem collectiuum, cum ex aliqua narratione ἀποςατικῶς subiicimus sententiam ἐπιλογικὴν, vt apud Platonem post multa subiungitur: ἓν μὲν τοίνυν τοῦτο ἐπορισάμεθα. Est enim hic quoque illatiuum, veluti conclusionis cuiusdam [10]). Vicissim autem assumtionibus etiam, i. e. minori argumentorum propositioni deseruit, et vocatur tunc συλληπτικὸν τὸ τοίνυν, cum videlicet caussam conclusionis vel signum continet, vt apud Lucianum: ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας, haec est conclusio, cuius probationem subdit: οὐ τοίνυν οὐδὲ προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς. In Isocratis Panegyrico ratiocinatio ponitur propemodum in forma argumenti: [11]) οἶμαι δὲ πᾶσι δοκεῖν, τούτους κρατίςους προςάτας γεγενῆσθαι τῶν ἑλλήνων, ἐφ' ὧν οἱ πειθαρχήσαντες ἄριςα τυγχάνουσι πράξαντες. Haec est maior propositio, quam subsequitur assumtio, siue minor propositio: ἐπὶ τοίνυν τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας, εὑρήσομεν καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους πρὸς εὐδαιμονίαν πλεῖςον ἐπιδόντας, καὶ τὰς πόλεις μεγι-

τοίνυν.

10) immo ipsam facit conclusionem, quo colliguntur antecedentia, hac formula, *quae cum ita sint*, aut alia ex tota oratione ducta. v. c. Aristoph. Nub. v. 428. Strepsiades iussus a nubium Choro libere, quae velit sibi darent poscere: ὦ δέσποιναι, respondet, δέομαι τοίνυν etc. *o dominae*, cum tam faciles estis, *precor*.

11) p. 120.

*μεγίςας γενομένας.* Ex quibus sequitur ibi proposita conclusio: *ἡμεῖς ἄρα κράτιςοι προςάται γεγόναμεν.* Sic in Archidamo: [12]) *τὰς κτήσεις τὰς πολυχρονίους κυρίας καὶ πατρώας ἅπαντες εἶναι νομίζουσιν.* Post quae additur assumtio: *ἡμεῖς τοίνυν Μεσσήνην εἵλομεν, πρὶν ἢ Πέρσας λαβεῖν τὴν βασιλείαν.* Ex quibus infertur ibi proposita conclusio: *ad Lacedaemonios pertinere Messanae possessionem.* Demosthenes etiam cum probare vellet, *omnia esse facta, quae ad salutem et praesidium patriae pertinerent*, exponeretque, *quaenam essent necessaria*, *οὐκ ἐκ μὲν τῆς θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι χρῆν; ἐκ δὲ τῆς μεσογείας τὴν Βοιωτίαν* [13]). Post aliarum quarundam rerum enumerationem, addit assumtionem: *ταῦτα τοίνυν ὑμῖν ἅπαντα πέπρακται.* Et alibi eadem argumentandi forma vsus est: *τί δὲ μεῖζον ἔχοι τίς ἂν εἰπεῖν ἀδίκημα κατ' ἀνδρὸς ῥήτορος, ἢ εἰ μὴ ταυτὰ καὶ φρονεῖ καὶ λέγει; σὺ τοίνυν τοιοῦτος εὑρέθης.*

Seruit etiam *transitionibus inchoatiuis*, vt apud Latinos *igitur*, *itaque* et *proinde.* Demosth. [14]) *ὑμῶν τοίνυν, οὐδ' ἂν εἷς οὐδὲν οὐν ἰδίᾳ τινὶ δοίη, τοῦτ' ἀφέλοιτο πάλιν. Itaque*, vel *proinde nullus vestrum est*, etc. Qua ratione *prolixae etiam narrationis initii signum est.* Demosth. *καὶ θεωρεῖτε εἰ παραπλήσια τῇ πόλει καὶ τούτοις αὐτοῖς γέγονε, τῇ πόλει μὲν τοίνυν* etc. *ciuitati igitur* etc. Quanquam in hoc etiam exemplo *συλληπτικὸν* est, et conclusionem probat, quod videlicet *οὐ παραπλήσια τῇ πόλει καὶ τούτοις πέπρακται.* Hoc itaque semper animaduertendum est, an conclusio

12) p. 236.
13) hic locus est ex Orat. de Corona p. 355. B. Edit. Reisk. Vol. I. p. 326.
14) adv. Leptin. p. 379. A. Edit. Reisk. Vol. I. p. 498.

clusio aliqua subsit, cuius probationem haec particula comitetur, ne sententiae vel narrationis initium ipsam comitari et inchoatiuae transitionis signum esse arbitremur [15]).

## Τοῦ et τῷ.

Τοῦ et τῷ, casus articuli tam masculini quam neutri, per enallagen pro *genitiuo* et *datiuo* pronominis τις accipiuntur tam ἀορίστως, quam ἐρωτηματικῶς accepti, vt τοῦ χάριν; pro τίνος χάριν, ἐρωτηματικῶς, et ἕνεκά του, pro ἕνεκά τινος, ἀορίστως. Sic in *datiuo*, τῷ δέδωκας, pro τίνι; et δέδωκάς τῳ, pro δέδωκάς τινι. Ex quibus apparet, *praeponi* in constructione has voces, et *cum accentu* proferri, si ἐρωτηματικῶς accipiantur: *postponi* autem ἐγκλιτικῶς, cum ἀοριστωδῶς vsurpantur. τοῦ et τῷ.

Porro τοῦ in articuli significatione, cum ἐλλιπῶς τοῦ ἕνεκα, vel τοῦ χάριν dicitur, *Infinitiuo* verbo iungitur, vt apud Gregorium: ὀλίγα τῶν ἐγκυκλίων φιλοσοφήσας τοῦ μὴ δοκεῖν παντάπασι τῶν τοιούτων ἀπείρως ἔχειν. Quod plene dicitur apud Aristoph. τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν, et alibi. Iungitur alioquin etiam Infinitiuo, sicuti et ceteri casus omnes articuli neutri, vt ὀλίγον ἐδέησε τοῦ λῃσταῖς περιπεσεῖν, quod alia loquendi forma dicitur, παρ' ὀλίγον λῃσταῖς περιέπεσεν. Sic παρ' ὀλίγον ἀπέθανεν etc.



15) τοίνυν etiam pro δή, *vtique*, *videlicet*, adhibetur, item pro μὲν οὖν, *et quidem*, *et vero*, *atque*. In transitionibus etiam oratoriis τοίνυν significat *iam vero*, *at*, *verum*, *sed*. Nonnunquam *atqui*. *et tamen*. De his omnino vid. Viger. Idiotism. c. VIII. sect. 9. §. 7. seq.

## CAPVT XXXIII.

## DE ὑπὲρ PRAEPOSITIONE et Φεῦ.

ὑπὲρ. De praepositione ὑπὲρ annotauit Budaeus, *in eadem periodo ipsam geminari*, vt apud Demosthenem: μὴ γὰρ οἴεσθε αὐτὸν ὑπὲρ ὧν ἥρηνται μὴ λαβεῖν, ὑπὲρ τούτων ὑμῖν λειτουργεῖν ἐθελήσειν. Vbi alterum ὑπὲρ vacare dicit, quod ad sensum attinet. Verum non omnino alteram praepositionem vacare dicendum est, sed eam duntaxat, quae secundo loco posita est, casumque iteratum, quicum copulatur. Porro, non solum ὑπερ praepositionem, in eiusmodi loquendi formis, in vna eademque comprehensione repeti contingit; sed fere omnes, quocunque casu vnaquaeque iuncta fuerit, vt, καθ' οὓς νόμους πολιτευόμεθα, κατὰ τούτους μὲ κρίνεσθαι δεῖ, δι' οὓς γὰρ ἔφυγε τὴν πατρίδα, διὰ τούτους κατῆλθεν; ἐξ ὧν γέγονε πλούσιος, ἐκ τούτων ἀπέβαλε τὴν οὐσίαν, ἐν οἷς ηὐδοκίμησεν, ἐν τούτοις πάλιν ἠδόξησε. Atque ita reliquae prope omnes. Non igitur communem omnibus praepositionibus loquendi formam vni tantum adscribi oportuit.

### Ὑπὲρ ὧν.

ὑπὲρ ὧν. Ὑπὲρ ὧν voces, vt *vnam vocem*, quae suam vim naturalem non retinet, (vt eius verbis vtar,) describit Budaeus, [16]) vt ἀνθ' ὧν, non animaduertens, praepositiones αντὶ, et ὑπὲρ, vice διὰ praepositionis, accipi, esseque ἀνθ' ὧν, et ὑπὲρ ὧν, duas voces, iuxta cuiusque naturalem significationem acceptas, pro δι' ἃ, vel ὧν ἕνεκα. Isocra-

16) Comment. gr. l. p. 508.

crates: [17]) τὴν δὲ ἡμετέραν ἱκανὴν νομίζοντες εἶναι μόνην ἀποδοῦναι χάριν, ὑπὲρ ὧν ὁ πατὴρ αὐτῶν ἅπαντας ἀνθρώπους εὐηργέτησεν, i. e. δι' ἃ, vel ὧν ἕνεκα, vel ἀντὶ ὧν. In qua Isocratis locutione et similibus, relatiuus articulus, more Atticorum, in casu antecedentis, subsequenti tribuitur verbo. Esset enim plena locutio: ἀντὶ ἐκείνων, ἃ ὁ πατὴρ αὐτῶν πάντας εὐεργέτησεν, eo modo, quo dicitur: ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν. Est enim integra locutio, ἔμαθεν ἀπ' ἐκείνων, ἃ ἔπαθεν. Sic χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, pro χρῶμαι τοῖς βιβλίοις, ἃ ἔχω.

## DE Φεῦ ADVERBIO.

De Φεῦ aduerbio, quoniam communi opinione *Genitiuo* iungi, i. e. construi creditur, vt Φεῦ τῶν κακῶν, aduertendum est, genitiuum dici ἐλλειπτικῶς, subaudirique ἕνεκα, a quo regitur genitiuus, non a Φεῦ, quod tantum ἀποστατικῶς κατὰ σχετλιασμὸν dicitur. Accipitur etiam eodem modo, quo οὐαὶ apud scriptores ecclesiasticos, vt apud Procopium in Salomonis Prouerbia, ἐλύμενος ἀντὶ τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι τὸ ἀεὶ Φεῦ εἶναι, vbi τὸ Φεῦ idem valet, quod οὐαί. φεῦ.

## CAPVT XXXIV.
## DE ὦ PARTICVLA et ὤν.

Ὦ particula, σχετλιαστικῶς accepta, *exclamantis* est, non autem *vocantis*. Nam exclamantis intentio est, πάθος aliquod significare, puta, ὦ.

 *indi-*

17) Panegyr. p. 100.

*indignationem*, vel *admirationem*: vocantis est, eum, quem vocat, ad se conuertere, vel attentum sermoni reddere. Porro, quando vocatio fit cum ὦ, aduerbio, semper aduerbium ὦ, ad nominis *Vocatiuum* casum fertur, vt ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ὦ Ὀδυσσεῦ πολύαινε. Cum igitur ὦ, τὸ κλητικὸν, cum nominis Vocatiuo cohaereat, verisimile est, illud ὦ, quod Vocatiuo non iungitur, κλητικὸν non esse, et idcirco ad illius differentiam, diuerso quoque accentu distingui debere. Quanquam enim non paucae voces, certo quodam modo scriptae et prolatae, aequiuocationis ratione, plura quaedam significant, atque etiam diuersis modis construuntur; tamen hanc vocem ω, pro diuersitate significationis, diuerso quoque accentu, in antiquis auctorum exemplaribus, notatam esse conspicimus. In quibus exemplaribus τὸ σχετλιαστικὸν et θαυμαστικὸν, cum graui accentu scriptum habetur ὢ, sicut τὸ κλητικὸν semper cum circumflexo [18]). Hoc etiam annotandum est, sine vllo etiam casu particulam ω, inueniri apud Aristoph. in Auib. [19]) ὢ, τοῦτο μέν τοι νὴ Δί' αὐτοῖσιν πιθοῦ. Vbi τὸ ὢ non κλητικῶς, sed δυσωπητικῶς potius accipiendum est, quemadmodum in Pluto [20]) τὸ ἆ, in illis verbis: ἆ, ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. Quae quidem particulae ὢ et ἆ, vehementiore spiritu proferendae sunt, et cum diastole ἀποστατικῶς. Inuenitur etiam τὸ κλητικὸν ὦ, sine Vocatiuo κατ' ἀποσιώπησιν apud eundem in Nebulis: [21]) ὦ τί σ' εἴπω, i. e. *o, quid te nominem.* Est autem ἦθος indignabunde loquentis. Qua aposiopesi ostendit, *non posse flagitio filii sui, a quo*

18) Vid. Thom. Mag.

19) v. 662.

20) v. 1053.

21) v. 1381.

*quo caedebatur, nomen satis congruum inuenire: non πατραλοία, non ἀσεβὲς, non ἀλιτήριε, non aliud quidquam.* Caeterum, quod ad syntaxin huius particulae pertinet, vel σχετλιαστικῶς, vel θαυμαστικῶς, vel alio quodam modo, praeterquam κλητικῶς acceptae: meo quidem iudicio, *casu nullo* haec particula regitur, sed διεσταλμένως quibusdam casibus praeponitur. Nam cum *genitiuo* praeponitur, genitiuus tunc ἐλλειπτικῶς dicitur, vt, cum dicimus, ὢ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, [22]) subintelligitur enim τὸ ἕνεκα. Et sic genitiuus non ab ὢ particula, sed ab ἕνεκα regitur eodem modo, quod dicitur apud Gregorium: ὢ τοῦ θαύματος, λόγῳ κρατουμένην φύσιν τὴν ῥέουσαν. Vbi Budaeus *defectiuam* orationem esse annotauit, quoniam *genitiuo* subiecit *accusatiuum.* Tametsi non propterea, sed propter ἔλλειψιν τοῦ ἕνεκα, defectiua dici debeat illa oratio, in qua accusatiuus διεσταλμένως, genitiuum subsequitur, qui accusatiuus, τὴν φύσιν scilicet, a participio κρατουμένην regitur, quod loco infiniti accipitur, ac si dixisset, ὢ τοῦ θαύματος ἕνεκα τοῦ κρατεῖσθαι λόγῳ τὴν ῥέουσαν φύσιν. Cumque hanc particulam etiam *recto* iungi dicat, si, tanquam cum suo casu ita iungi intelligit, idem erit error, de quo proxime dictum est. Iuliani verba de Libanio citat



22) Non placet ellipsis ἕνεκα, sic enim contra sententiam auctoris particula ὢ omnino regeret constructionem, idemque esset, quasi diceres, λυποῦμαι τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος ἕνεκα. Cum etiam in acclamationibus ponatur simpliciter genitiuus, vt ap. Aristoph. Eccl. v.782. τῆς μωρίας, *hem stultitiam!* duplex esset ellipsis τοῦ ὢ, et ἕνεκα, q. d. ἄχθομαι τῆς μωρίας ἕνεκα. Sed ratio huius ellipticae formulae cognoscitur e Nub. Aristoph. v.2. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον. Sic etiam ὅσον τὸ χρῆμα τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος!

tat Budaeus, ad probandam propositae particulae cum *recto* constructionem, ὢ λόγος, ὢ φρένες, ὢ σύνεσις, et Gregorii ὢ τίς Ιερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν, In quibus, si ipsam *recto* iungi concedamus, etiam cum *aduerbio* πῶς copulari concedendum erit apud eundem Gregorium: ὢ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην. Tametsi nec aduerbium cum aduerbio, nec rectus nominis transitiue cum aliis partibus cohaereat. Dicendum itaque, διεσταλμένως praeponi τῷ τίς, καὶ τῷ πῶς aduerbio. Cuius rei signum est, sine ipso etiam posse easdem sententias efferri, τίς Ιερεμίας ὀδύρεται etc. et πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην. Et tunc idem erit sensus verborum; carebunt tamen indignationis signo. Caeterum, quia in Iuliani admiratiua illa de Libanio locutione, si ὢ particulam detrahas, non modo admirationis signo carebit, verum etiam nullo modo constabunt casus illi, et idcirco necessario ab ὢ particula regi videbuntur: sciendum est, cum qualitatem sermonis et sensus et ingenii admiretur, ad eius locutionis integritatem qualitatis nomina ποῖος vel οἷος subintelligenda esse; vt sit integra locutio, ὢ ποῖος, vel οἷος λόγος, ὢ ποῖαι vel οἷαι φρένες, ὢ ποία vel οἵα σύνεσις: quemadmodum in Aesopi verbis illis: [23]) ὢ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Vbi etiam τὸ ὢ non κλητικῶς, sed καταγελαστικῶς dicitur. Atque ita in illa etiam Iuliani locutione διεσταλμένως proferenda erit particula ὢ, sine qua etiam posset proferri eadem sententia ποῖος vel οἷος λόγος etc. Omnino enim huiusmodi particulae, quae πάθος significant, si inter alias dictiones interserantur, παρενθετικῶς ab aliis separantur: sin autem praeponan-

23) fab. XI.

ponantur, διεϛαλμένως separantur, nec vllo modo inter constructionis membra numerantur [24]).

### ὧν.

Ὧν genitiuus pluralis articuli neutri ἐλλιπῶς nonnunquam dicitur, vt ὧν ἔπαθεν, ὀργὴν ἔχει. Deest enim causalis ἕνεκα, vt sit integer sermo: ἕνεκα ὧν ἔπαθεν, vel ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, ὀργὴν ἔχει. ὧν.

## CAPVT XXXV.

## DE ὡς ADVERBIO, et omnino de voce ὡς.

Quemadmodum οὕτως aduerbium, ab οὗτος pronomine vltimae syllabae productione, deducitur, sicut nonnullae aliae orationis partes ab aliis, quae in ordine partium, quatenus partes ipsas praecedunt, deducuntur, (de quibus hic non est dicendi locus,) ita ab ὃς *articulo relatiuo*, deduci aduerbium ὥς, ὀξύτονον, non modo vocis similitudo, sed etiam analoga significatio declarat. Nam sicut ὃς pro οὗτος, per enallagen accipitur, sic ὥς, ὀξύτονον, aduerbium, pro οὕτως itidem aduerbio, ponitur, non solum apud Poetas, quod semper accidit, sed saepe etiam in oratione soluta; vt apud Isocrat. in Panegyr. [25]) οὐ μὴν, οὐδ' εἰ συναγο- ὥς.



24) formula acclamandi *heus tu!* graece effertur ὦ οὗτος, etiam simpliciter οὗτος. Blandientium est ὦ ἐτάν, ὦ 'τάν, siue ὦ 'τᾶν, ὦταν, ὠτᾶν, *amice, bone vir!* cf. Viger. Idiotism. c. VII. sect. II. §. 5.

25) p. 134.

αγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὣς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσι. In quo loco τὸ, οὐδ' ὣς, pro οὐδ' οὕτως, respondet τῷ, οὐδ' εἰ antecedenti. Alibi autem τῷ, εἰ καὶ, vel καίπερ, vel alii conditioni siue concessioni.

Saepe etiam antecedens supprimitur subintelligendum; secus ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν καὶ ὁμοιώσεων, vbi semper τὸ ὥς, ὀξύτονον, ad praecedens ὡς, βαρύτονον refertur. Verum, sicut ὥς, ὀξύτονον, ab ὅς, articulo relatiuo deduci deprehenditur, sic ὡς, βαρύτονον, καὶ τόνου κενὸν, i. e. *accentu carens*, ab ὁ articulo protactico, quod itidem βαρυτόνως, i. e. *sine accentu* profertur, deduci analogica ratione licet conii cere: praeterea, quemadmodum τὸ ὥς, ὀξύτονον, naturam sui originalis, videlicet ὅς, relatiui, retinet, eo quod ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν adhibetur, et ad praecedens aliquod refertur, sic τὸ βαρύτονον ὡς, quod ἐν ταῖς προτάσεσι τῶν παραβολῶν praeponitur, indicat, ab ὁ protactico, quod nominibus praeponitur, originem ducere.

His itaque de vtriusque aduerbii origine positis, patet, ὡς, βαρύτονον semper *praecedere*, *subsequi* autem τὸ ὥς, ὀξυτονούμενον, tametsi τὸ ἀνταποδοτικὸν quando supprimatur; vt, cum in communi sermone ducem vel militem aliquem laudare volentes dicimus: *illum, vt Caesarem se gessisse*, ὁ δεῖνα ὡς Καίσαρ σήμερον ἠρίστευσε: subintelligendo nimirum, *quemadmodum Caesar suis temporibus* ἠρίστευε, *sic laudandum hunc nostris vel aliis temporibus*. Contra nunquam τὸ ἀνταποδοτικὸν inuenies, nisi τὸ προτακτικὸν praecesserit:

rit: praeterquam si quando comparationum membra *praepostere* ponantur.

Illud etiam non praetermittendum, aduerbio ὡς, vt dicit Aristoteles, τὰς εἰκόνας a parabolis distare, quod hae absque signo ὡς fieri non possunt, qualitatique qualitatem conferunt: vt cum dicimus, *hic sicut Caesar se gessit*, vel *sicut leo*: illae personam laudandam in alterius personam hominis, siue animalis transferentes, qualitates quoque illius applicant subiecto: vt si ducem aliquem laudare volentes, Caesarem, vel leonem ipsum esse dicamus, Caesaris etiam, vel leonis qualitates illi tribuimus. Videtur autem ἐν ταῖς παραβολαῖς *secundum quid* fieri assimilatio: ἐν ταῖς εἰκόσι vero *simpliciter*. Porro, quia τὸ ὥς, ὀξύτονον non nisi ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν vsui est, de ipso nihil est, quod praeterea dicendum sit.

Latior vsus est τῦ βαρυτόνυ ὡς, quod quidem per *enallagen* tum *praepositionum* quarundam, tum sui generis *aduerbiorum*, tum etiam *coniunctionum* significationem induit. Praepositionis itaque εἰς et πρὸς significationem induit, iuxta Atticorum idioma, vt apud Aristoph. in Pluto: [26]) ᾠχόμην ὡς τὸν θεὸν, pro, πρὸς τὸν θεὸν, et apud Aeschinem: pro εἰς. Ἐπειδὴ τοίνυν ἥκομεν ὡς Μακε-

26) v. 32. Accusatiuum non regi ab ὡς, sed ab omissa praepositionum aliqua πρὸς, εἰς, ἐπὶ, docent exempla, vbi diserte ponuntur. Vide Lamb. Bosii Ellips. p. m. 348. Sed magna virorum doctorum dissensio est in eo, quod ὡς alii abundare, alii contra existimant. Vid. Ernesti V. Ven. ad Xenoph. Mem. II. 7. §. 2. Valkenar. ad Euripid. Phoen. p. 475.

Μακεδονίαν, vbi patet, ὡς pro εἰς accipi, vel certe loco ὡς, praepositionem εἰς esse scribendam.

ὡς, pro ἐπεί. Accipitur et pro ἐπεὶ et ἐπειδὴ, χρονικῶς. Demosth. ὡς τὰ παρ' ἡμῶν ἐπύθοντο, i. e. ἐπειδή. Sic apud Latinos accipi particulam *vt*, annotauit Budaeus, afferens ex Cicerone: [27]) *est enim annus, vt repulsam tulit.* Virgilius: [28]) *vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error*, Theocritum imitatus, qui item in vno et eodem carmine, ter iterauit particulam ὡς, vbique χρονικῶς, [29]) ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὡς με γλυκὺς ἵμερος εἷλε. Sed primo quidem loco προτακτικῶς, reliquis duobus ἀνταποδοτικῶς, ac si dixisset: *simulac vidi, statim furere coepi.* Sic apud Virgilium, *simulac vidi, statim perii.* Ex Italorum autem vulgari sermone, quo nostris temporibus vtuntur, monemur, particulam ὡς, in supra dictis ἐκ παραβολικοῦ, siue ὁμοιωματικοῦ, in sensum χρονικὸν transire. Nam apud Italos voces illae vulgares, quae *sicut* et *sic*, ἀνταποδοτικὰ significant, accipiuntur etiam χρονικῶς: puta illud Virgilii, *vt vidi, vt perii*, dicerent, com' io *viddi, cosi mi per si.* Potest etiam secundo et tertio loco positum ὡς, apud Theocritum, itemque apud Virgilium θαυμαστῶς et σχετλιαστικῶς accipi; vt indignetur, qui loquitur, quod in huiusmodi affectum adeo facile inciderit. In hoc sensu iungitur etiam aduerbio

ὡς τάχιστα. τάχιστα, et fit ὡς τάχιστα pro ἐπειδὴ τάχιστα, i. e. *statim vt, simulatque.* Notandum autem *duplicem sensum* esse vocum ὡς τάχιστα. Si enim *absolute*, nulla respondente dicatur, tunc particula

27) Orat. Philipp. VIII. c. 9.

28) Ecloga VIII. v. 41.

29) Ecloga II. v. 82. vbi haec: χὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη

cula ὡς, prout ſuperlatiuis praeponitur, pro ὅτι vel ὅσον nomine, quae intenſionem ſignificant, vſurpatur, vt apud Latinos *quam* particula, cum dicunt, *quam celerrime*, de quibus infra dicetur. Si vero particulis ὡς τάχιςα, reſpondeat aliud aduerbium ſiue expreſſum, ſiue ſubintellectum, tunc (vt dictum eſt) particula ὡς, χρονικῶς accipitur, vt apud Ariſtoph. in Pluto: [30]) ὡς γὰρ τάχις' ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεὸν, ἄγοντες ἄνδρα, τότε μὲν ἀθλιώτατον, νῦν δ', εἴ τιν' ἄλλον, μακάριον κ' εὐδαίμονα, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατ]αν ἤγομεν.

Iungitur etiam *Infinitiuo*, in hoc eodem ſenſu. Demoſth. ὡς δὲ ἀκȣ̃σαι τȣ̀ς παρόντας ἐν τῷ συμποσίῳ, τοσȣ̃τον κρότον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥςε etc. ἀντὶ τȣ̃, ὡς δὲ ἤκȣσαν, pro ἐπειδὴ ἤκȣσαν. Herodotus: [31]) ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι τȣ̀ς πορθμέας κληθέντας, ἱςορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. Plato: εὐθέως ȣ̃ν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ὦ, φάναι, Ἀριςόδημε εἰς καλὸν ἥκεις, ἀντὶ τȣ̃, ὡς ἴδεν ὁ Ἀγάθων, pro, ἐπειδὴ ἴδεν. ὡς, c. Infinit.

Ponitur et ἀντὶ τȣ̃ ἵνα, τελικȣ̃ κατὰ μετάληψιν, quatenus pro ὅπως accipitur. Synes. ἐγὼ καὶ σȣ̃ κήδομαι καὶ τȣ̃δε, σȣ̃ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης, τȣ̃ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. In quo ſenſu etiam *Participio* iungitur. Iſocr. in Panegyr. [32]) ὁ βασιλεῦς ἀπορήσας τοῖς παρȣ̃σι πράγμασι τȣ̀ς ἄρχοντας τȣ̀ς τῶν Ἑλλήνων συλλαβεῖν ἐτόλμησεν, ὡς εἰ τȣ̃το παρανομήσειε, συνταράξων τὸ ςρατόπεδον. Vbi ὡς συνταράξων pro ἵνα συνταράξῃ accipitur. Ὅς etiam relatiuum cauſalem vim habere alibi dictum eſt; pro ἵνα.

30) v. 653. ſeq.
31) Lib. I. c. 24.
32) p. 138. cf. Viger. Idiotiſm. c. VIII. ſect. 10. §. 3.

est; vt si dicas: *πῶς ἂν εἴη οὗτος ἀγαθὸς, ὅς τὸν πατέρα τύπτει;* i. e. *quippe qui patrem caedat?*

Ponitur item *ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ, αἰτιολογικοῦ* [33]). Aristoph. in Pace: [34]) *οὐκοῦν ἁμιλλήσεσθον, ὡς ἢν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ, πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλητος, nam si Chaeris vos viderit* etc. Lucian. *ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἐλεῶ τελέως ἤδη ἐκβεβακχευμένον, quandoquidem tui quoque nunc misereor.* In quo etiam sensu per particulam *vt* exprimi vocem *ὡς*, arbitratur Budaeus, cum affirmet, proxime citato loco Luciani: *ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἐλεῶ*, etc. non esse dissimile illud Ciceronis de Demosthene: [35]) *vt non iam sine causa Demosthenes tribuerit primas et secundas et tertias actioni.* Et illud Plinii: *vt non sit mirari satis naturae prouidentiam.* In quibus Ciceronis et Plinii locutionibus, cum illatiuam ex praecedentibus doceat esse particulam *vt*: mirum, cur non dissimilem hanc causali *ὡς*, quale est in loco Luciani, esse tradat. Porro exempla *τοῦ αἰτιολογικοῦ*, *ὡς*, sexcenta apud auctores sunt.

Accipitur etiam *limitatiue*, pro *duntaxat*, *in quantum*, vel *quatenus* et *secundum*. Aristot. X. Ethicor. [36]) de commentatione loquens: *καὶ τὸ αὔταρκες δὴ, καὶ σχολαστικὸν, καὶ ἄτρυτον, ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα*, i. e. *duntaxat pro hominis ingenio et pro humana conditione, vt sunt humana.* Sic dicimus, *ὡς τὰ πολλὰ*, et *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*, i. e. *plerumque* limitatiue. Nam et apud Latinos in hoc sensu acci-

33) siue etiam *ἀντὶ τοῦ γάρ*. Vid. Schol. Thucyd. I. c. 124.

34) v. 950. seq.

35) Orat. c. 17.

36) Opp. Tom. V. p. 384.

accipi particulam *vt*, Budaeus annotauit. Cicero: *at hi quidem, vt Athenienſium ſecula numerantur, adoleſcentes debent videri*, i. e. quod alii minus eleganter dicunt *prout*, et *in quantum*, vel *ſecundum quod Athenienſium ſaecula numerantur*. Sic alibi dixit idem Cic. *vt in malis*, et alia huiusmodi. Sic apud Xenoph. I. *παιδείας*, [37]) *ἀλλ' ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τὰς πολεμίας ἃς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσαμαι αὐτὸς ἰδὼν, ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίσασθαι*, *ſi quidem nobiscum conferantur*, i. e. *ſi certare nobiscum inſtituerint*, et apud Lucianum: [38]) *τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ*. *ſi mecum comparetur*.

Iungitur etiam praepoſitioni *κατὰ* in ſenſu *limitatiuo*. Ariſtot. [39]) de ſue loquens: *τάχισα δ' ἐπιδίδωσιν εἰς παχύτητα ὡς κατὰ μέγεθος*, *proportione magnitudinis*, vbi ſine *ὡς* etiam praepoſitio *κατὰ* vim coercendae orationis haberet. *ὡς κατά.*

Accipitur et pro *ἕως*, aduerbio [40]). Demoſth. *καὶ μετ' αὐτοῦ γύναια ὡς τριάκοντα*, *circiter triginta*, vbi *τὸ ὡς* non ſimpliciter adſtringendi eſt, ſed *σοχαστικῶς* limitati loci, vel temporis ſpatium, vel numeri quantitatem, quo ſenſu idem ſignificare videtur, quod *ὡσεὶ* particula.

*Super-*

37) cap. V. §. 7. male Leunclauia verſio; *hoſtem certo ſcio pugnandi aduerſum nos rudem eſſe.*

38) in Contempl. c. 7. Opp. Tom. I. p. 498.

39) Hiſt. Anim. VIII. Opp. T. III. p. 218.

40) V. Cl. *Dukerus* ad Thucyd. VIII. 1. p. 507. vbi *ὡς ἂν καιρὸς ᾖ*, a Schol. per *ἕως ἂν* exponitur, dubitat, an vsquam *ὡς* pro *ἕως* inueniatur: adeoque *Deuarianum* *ὡς* pro *ἕως*, ſuſpectum eſſe, *ἕως* enim non *numeri*, ſed *temporis* aduerbium eſſe. Probat *Palmerium* verba Thucyd. exponentem: *ſicut tempus requireret.*

*Superlatiuis* etiam tam *nominibus*, quam *aduerbiis* praeponitur, vt *quam* apud Latinos, et sicut ὅτι, intensionem significat, vt supra dictum est de ὡς τάχιϛα. Vnde ἐκ παραλλήλου etiam
ὡς ὅτι. τῷ ὅτι praeponitur. Dioscorides: ἁλὸς ὡς ὅτι λευκοτάτου, *salis quam candidissimi*, vel *perquam albi*. Sic Galenus: ὡς ὅτι μαλακώτατα. Exempla simplicis ὡς cum nominibus innumera sunt. Xenoph. I. παιδείας, ἐγὼ δὲ ἐβουλόμην σε ὡς λαμπρότατον φανῆναι.

*Aduerbiis* etiam *subiungitur* in significatione intensiua, vt nomen ὅσον. Aristoph. in Vespis: [41]) ἀργαλέον, ὡς σοφόν, et in Auibus: [42]) ἄφατον, ὡς φρόνιμος. Plato: ὑπερφυῶς μὲν οὖν ἔφη ὡς βούλομαι, vbi interponuntur voces μὲν οὖν ἔφη, continuate autem ὑπερφυῶς ὡς βούλομαι, diceretur, i. e. *magnopere cupio*. Alibi ὡς σφόδρα dixit ἐκ παραλλήλου, quemadmodum *perquam* voces dicuntur apud Latinos, vt annotauit Budaeus. Alioquin ὡς *aduerbiis praepositum*, meo quidem iudicio, non magis intensiuum est, quam παρέλκον, vt cum dicimus ὡς ἀληθῶς, et ὡς ἑτέρως [43]).

Quemadmodum autem relatiua nomina saepe ἀντὶ τῶν πευϛικῶν vsurpantur, vt ὅσον pro πόσον; sic ὡς pro πῶς, vel ὅπως saepe accipitur. Xenophon: καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἑκατέρῳ χρῷτο, i. e. *quonam modo*. Pro ὅπως etiam, quod non raro pro ἵνα accipitur, particula

41) v. 1270. Schol. ad h. l. ἀντὶ τοῦ, δυσχερὲς εἰπεῖν, ὅπως ἦν σαφός, *dictu difficile, quam sapiens*.

42) v. 427.

43) Vid. Bergler ad Alciphron. I. 30. p. 126.

cula ὡς inuenitur μεταληπτικῶς. Nam quia ὡς pro ὅπως accipitur, ὅπως autem nonnunquam τὸ ἵνα significat, idcirco fit, vt ὡς pro ἵνα accipiatur. Obſeruandum autem eſt, ὅπως aduerbium non ſemper pro ἵνα vſurpari, ſed plerumque *qualitatem* et *modum* ſignificare; et idcirco, cum ὡς pro ὅπως accipiatur, ὅπως autem non ſemper τὸ ἵνα ſignificet: ſequitur, neque ὡς quidem pro ἵνα ſemper vſurpari, ſed etiam *modum* ſignificare. Vnde fit, vt ὅπως, vocis aequiuocatio, dubium ſenſum tribuat particulae ὡς, quae tamen dubitatio per ea, quae praecedunt particulam ὡς, plerumque tollitur. Notandum etiam, in ſuperiori Xenophontis loco Budaeum voces ὡς ἂν pro vna voce accepiſſe, in quibus tamen ἂν, δυνητικῶς in conſtructionis diſtributione verbo χρῷτο adiungitur. Vt autem ὡς particula in qualitatis et modi ſignificatione, vt modo dictum eſt, pro antecedente πῶς et ὅπως accipitur: ſic etiam pro ὅτως conſequente accipitur, quando verbis ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε praeponitur, facitque ſenſum ἐυκτικὸν, ſi tantum ſupra dictis apponitur, vt apud Homer. [44]) ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς ὅππότε δεῦρο υἱεῖ σῷ ἑπόμην.

Dicitur autem ἀπευτικῶς, ſi verba cum negatiua iungantur, vt apud Homer. ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι, et apud Syneſium: καὶ νῦν ἐὰν ὀυχ ὑπαίτιος ὢν ἀκούεις κακῶς, ἀτυχεῖς μὲν, ἀλλ' ὀυκ ἀδικεῖς, ὡς ὤφελες μηδ' ἀτυχεῖν [45]). In quibus exemplis, Syneſii illud, ὡς ὤφελες μηδ' ἀτυχεῖν, pro ὅτως ὤφελες vſurpatur, et itidem apud Home-

44) Iliad. γ. v. 173. 45) cf. Viger. Idiotism. c. V. ſect. 9. §. 5.

Homerum, οὕτως ὤφελε θάνατός μοι ἀδεῖν. Cum autem consequentia supponant antecedentia, in his quoque ipsum ὡς, prout antecedit ἐν ταῖς ὁμοιώσεσι καὶ παραβολαῖς subintelligitur, vt in Synesii exemplo, οὕτως ὤφελες μὴ ἀτυχεῖν, ὡς οὐκ ἀδικεῖς. Interdum etiam ipsum ὡς in significatione antecedentis accipi potest in eiusmodi locutionibus, qualiter potest accipi in locutione illa: ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι. Hoc tamen interest, quod, cum pro οὕτως accipitur, καταστατικὴν sententiam efficiat: cum autem in propria significatione accipitur, *modum* simpliciter significat, vt in ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι.

Animaduertendum autem est, in fragmentis quibusdam, quae Tryphoni Grammatico tribuuntur, τὸ ὡς, ἀντὶ τοῦ εἴθε, ἐυκτικοῦ accipi, nos doceri in illo carmine Homeri: ὡς ὄφελεν θάνατός μοι etc. In quem errorem incidit Grammaticus quisquis ille fuerit, quod non animaduertit, voces ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, etiam per se, sine adiunctione aliqua ἐυκτικὸν vel ἀπευκτικόν, si negationi iunguntur, sensum habere, vt, si dicamus ὤφελον ἰδεῖν, i. e. *vtinam vidissem*, quod est, ni fallor, apud Herodotum. Quam vocem ὤφελον, tametsi aduerbialiter quis accipiat, tamen idoneum argumentum, huiusmodi significationem habere praedictas voces, quod ὤφελον a verbali, in aduerbialem translatum, hanc eandem habeat significationem [46]).

Fre-

46) Attici, vt et Homerus et reliqui Poetae, ὤφελον semper vt verbum tractant, ὤφελον ἐγώ, ὤφελές συ, ὤφελεν οὗτος. Communi autem dialecto vtentes ὤφελον aduerbialiter pro *vtinam* vsurpabant.

Frequentior et euidentior vſus earum vocum eſt ἐν ἀπευκ]ικῇ σημασίᾳ, quando negationi iunguntur, vt apud Homer. μὴ ὤφελες λίσσεσθαι ἀμύμονα πηλείωνα, i. e. *vtinam nunquam deprecatus eſſes Achillem.* Et alibi, μὴ ὄφελον νικᾶν. Cum itaque ὡς particulae ſupradicta ſignificatio ſubobſcura ſit, ſenſus autem εἴθε, aduerbium, hoc in loco commode recipiat; factum eſt, vt pro εἴθε accipi dicatur ὡς particula. Quae cauſa fuit, cur multis aliis in locis auctorum, nonnulli explanatores errauerint, qui, vbi vocem aliquam obſcuram offenderunt, facile aliam clarae ſignificationis, quae comprehenſionis ſenſui quadrare poſſit, pro obſcura illa ſubſtituunt, cuius etiam ſignificationem obſcurae illi tribuunt. Simile quiddam accidit indoctis alioqui ſciolis librariis, qui in transſcribendis libris, ſi vocem ſubobſcuram offenderent, pro ea ſibi notiorem, loco obſcurae illius ſubſtituerunt: vt, ſi quis in illo Ouidii carmine: *ipſe quidem per me ſoſpes tutusque fuiſſes*, pro voce *ſoſpes* ſcriberet *hoſpes*.

Reſtat nunc conſiderandum, quo modo intelligatur particula ὡς apud Ariſtophanem: ἐν εἰρήνῃ, [47]) in illis verbis: ὡς κυκάτω, καὶ πατείτω πάντα, καὶ ταραττέτω· ὐ γὰρ ἂν χαίροντες ἡμεῖς τήμερον, παυσαίμεθ' ἄν. Videtur enim concedentis eſſe cum indignationis vel etiam deſperationis et contemtionis affectu, quaſi diceret: *quantumuis turbet et conculcet omnia, nos tamen exultatione et laetitia non abſtinebimus*, continetque huiusmodi locutio conſequentiam, in qua antecedens concedentis eſt, conſequens vero aduerſatiuum.



47) v. 319. ſeq.

ὡς γε, ὥσπερ. Porro particula ὡς etiam aliis quibusdam particulis praeponitur, vt γε et περ, in ea significatione, qua comparationibus et similitudinibus seruit, quae tamen ipsius ὡς significationem non immutant, sed dumtaxat efficaciam quandam ipsi tribuunt, puta τὸ γε *limitatiuum*, vt in ὥς γε μοι δοκεῖ, et aliae aliam.

Ὡς etiam ἀντὶ τοῦ, ὅτι, ἀφηγηματικοῦ accipitur, et ipsum saepe etiam παρέλκει, cum obliquam orationem in rectam commutamus [48]). Demosth. ὅθ' οὗτος ὡς ἀπήλλαγμαι περιιὼν ἐλογοποίει, ἔνδηλοί τινες ἦσαν ἀχθόμενοι. Illud enim ἀπήλλαγμαι, si ex tertia persona loquentis oblique diceretur, ὡς ἀπηλλάγη dicendum fuit, sed per ἠθοποιίαν, ex persona Μηδίου, in prima persona verbali dicitur, et sic persona locutionis personae rei accommodatur.

Apponitur etiam τῷ ὅτι, ἐκ παραλλήλου, et fit ὡς ὅτι, cui modo immediate praeponitur, modo quibusdam interpositis, vt apud Xenophontem: ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅτι etc. [49]). Quae repetitio τοῦ ὅτι, propter multorum interpositionem post ὡς particulam necessario fieri videtur, secus quando immediate subiicitur τὸ ὅτι, vt saepe fit.

ὡς pro ὥστε. Caeterum ὡς *Infinitiuo* iunctum pro ὥστε accipitur. Aeschines: [50]) κατεπαγγέλλεται γὰρ τοσοῦ-

48) nempe, cum aliquem inducimus ipsum loquentem. Lucian. in Philopat. c. 21. ἕτερος μετείπε, ὡς ἐπεδείξατό μοί τις, etc. *alius interlocutus est: Ostendit mihi aliquis.*

49) cf. Viger. Idiotism. c. VIII. sect. 10. §. 8.

50) contra Timarch. Edit. Reisk. Vol. III. p. 169. seq. vbi futur. legitur, ἐκκαλίσεσθαι.

τοσούτους ἐκκαλέσασθαι παρὰ τῶν δικαστῶν θορύβους, ὡς οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με ἐπὶ τὸ δικαστήριον. Quod factum esse dicit Budaeus ex vi verbi ἐπαγγέλλομαι, quod *futurum* poscit, cum tamen sub aliorum etiam verborum ductu *futuro* iungantur ὡς et ὥστε aduerbia, si *de futuro loqui oporteat.* Hoc autem aptius dici potuit de infinito ἐκκαλέσασθαι, quod in *futuro* potius dicendum fuit: quippe cum de re non facta, sed quae futura erat, agatur. *Iactari enim Demosthenem* dicit Aeschines, *se tot et tantos rumores excitaturum, quibus ego deserta causa fugam arriperem.* Obseruandum autem est, multum interesse, vtrum in consequenti parte ambitus, vt in proxime dicto Aeschinis loco, an in antecedenti ponatur ὡς particula, et infinito iungatur: vt apud Demosthenem: ὡς δὲ ἀκοῦσαι, et apud Herodotum, ὡς δὲ παρεῖναι. Nam in consequenti pro ὥστε, ἀποτελεστικῶς, in antecedenti autem pro ἐπειδὴ, χρονικῶς accipitur [51]).

## CAPVT XXXVI.

## DE ὥστε PARTICVLA.

Nunc de voce ὥστε dicendum est, in qua ὡς particula principem locum habet, et non solum suo accentu subsequentem τε regit, sed etiam suam ipsi significationem impertit, prorsusque illius significationem abolet. Ex vocis autem ὥστε accentu monemur, non ex duabus ipsam compositam ὥστε.



51) Est elegans formula, vulgo male intellecta, ὡς δὴ τί τοῦτο, *quorsum illud?* de qua vid. Hemsterh. ad Lucian. Necyom. c. 8. Opp. Tom. I. p. 467.

sitam esse, sed ex constituentium appositione aggregatam, quales multae aliae apud Graecos inueniuntur, vt οἴμοι, εἴθε, etc. Porro, quemadmodum ὡς sola pro ὥστε interdum vsurpatur, vt supra dictum est, sic ὥστε vicissim ἀντὶ τοῦ ὡς, ὁμοιωματικοῦ, nonnunquam inuenitur apud Poetas. Homer. Iliad. γ. [52]) τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός, *quippe Dea.* In propria vero significatione acceptum, duplicem habet vsum: et vno quidem modo *absolute* accipitur, nullique particulae praecedenti respondet, licet ex praecedentium positione aliquid per ipsam colligatur et inferatur. Tunc vero non solum *Indicatiuo* et *Infinitiuo*, sed etiam *Optatiuo* iunctum inuenitur. v. c. ὥστε δύναμαι ἀποφήνασθαι, ὥστε δύνασθαί με, ὥστε δυναίμην. Cum vero non absolute nec solum sensui, sed etiam structurae et sermonis ordini seruit, tunc ἀποτελεστικὸν a Grammaticis dicitur, et tam *aduerbiis*, quam *nominibus qualitatis* et *quantitatis* ἀνταποδοτικῶς respondet, vt τόσος vel τοσοῦτος ὥστε, τοιοῦτος et τηλικοῦτος ὥστε, οὕτως ὥστε. Et non solum *Infinitis* verbis, sed etiam *Indicatiuis* adhaeret. Aeschin. [53]) τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ἀποῤῥάψειν τὸ στόμα τοῦ Φιλίππου. Thucyd. [54]) ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ὁ Τύραννος ἐλθὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι. Synes. τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν. Notandum autem, interdum *non exprimi*, sed *subintelligi* praecedens nomen, vel aduerbium, vt apud Xenoph. lib. I. ἀπομν. [55]) ἐμίσει τὸν Σωκρά-

52) v. 380. seq.

53) de falsa leg. Edit. Reisk. Vol. III. p. 206.

54) Hist. lib. III. 104. lege pro ἐλθὼν, ἑλών.

55) cap. 2. §. 31.

κράτην ὁ Κριτίας, ὥστε ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ, vbi plena locutio esset: οὕτως ἐμίσει, ὥστε etc. vt idem auctor in eodem libro locutus est:[56]) οὕτω γὰρ εὐτελὴς ἦν, ὥστ' οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα.

Est autem vis huiusmodi locutionum, vt exprimant gradum, vel modum qualitatis, et mensuram propositae quantitatis secundum *magis* et *minus* rebus accidentem. Cum autem huiusmodi accidentia non possint semper exprimi, sed sensu vel intellectu percipienda sint, necesse est, per effectus alicuius expositionem ipsorum intensionem vel remissionem exprimere: puta, si dicamus: *adeo iratus est, vt librum, quem tenebat, abiecerit*; per effectum hunc ostendimus *magnopere* aliquem iratum fuisse. Et hac ratione ἀποτελεστικὸν vocatur aduerbium ὥστε, quemadmodum ἀποστατικὸν, quando positis quibusdam, veluti ab alio principio colligimus et inferimus aliquid, quod tunc ἀφίστασθαι, i. e. *recedere a praecedentibus*, videmur. Aduertendum autem, hoc nomen ἀποστατικὸν non semper conuenire particulae ὥστε, quoties aliquid colligimus et inferimus: sed solum cum ἐπιλογικῶς reassumimus et in arctum redigimus ea, quae fusius exposuimus. Alioqui, quando illationibus argumentorum seruit, non dicitur ἀποστατικὸν, sed ἐπιφορικὸν, vt in Epigrammate:

[57]) Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολώλεκα, καὶ μίαν αἶγα,
ὧν χάριν εἴληφας μισθάριον Μενέκλεις.

 Οὔτε

56) cap. 3. §. 5.
57) Lucillii in rhetores, ap. H. Steph. Antholog. Lib. II. p. 169.

Οὔτε δέ μοι κοινόν τι πρὸς Ὀθρυάδαν γεγένηται,
 Οὔτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν.
Ἀλλὰ πρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν, ὥστε τί ποιεῖ
 ἐνθάδε μοι Ξέρξης καὶ Λακεδαιμόνιοι;
Πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάριν, ἢ μέγα κράξω,
 ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἀλλὰ τὸ χοιρίδιον.

Infertur enim, *nihil ad rem esse loqui de bello Persico et Laconico, cum de furto propositum sit dicere.* Sic in alio Epigrammate [58]):

Ἡ πολιὴ κροτάφοισι Κοτυτταρὶς, ἡ πολύμυθος
 γραῖα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι πρεσβύτατος.
Ἡ φάος ἀθρήσασ' ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ
 γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη,
Ζώει καὶ λεύσσουσα καὶ ἀρτίπος, οἷά τε νύμφη,
 ὥστε με διστάζειν μή τι πέπονθ' Ἀΐδης.

Vbi infertur *mali fortasse aliquid accidisse Plutoni, cum vetulam decrepitam tamdiu viuere patiatur.*

## CAPVT XXXVII.

## DE ἄγε, φέρε, ἴθι, HORTANDI, seu excitandi notis.

ἄγε, φέρε, ἴθι. Ἄγε, φέρε, ἴθι, *hortandi aduerbia*, cum hortationis significatione etiam *personae et numeri indicationem* habent: quippe quae ab Imperatiui modi verbis in aduerbia transsierunt. Nam cum hortationes per Imperatiui modi voces fieri natura

tura

58) Nicarchi ap. eund. Lib. II. p. 134.

tura soleant, fit, vt illae, quae per se constructionem non regunt, sed aliis verbis adiacent, ipsae aduerbiorum loco in constructionem veniant, et sermoni vim et efficacitatem tribuant. Neque tamen cuiusque verbi imperatiuae voces transeunt in aduerbia, sed propositis duntaxat vocibus datum est, vt aliis verbis adhaereant, et per se constructionem non regant. Nam hae quoque, cum verba sunt, constructionem regunt, et verbum aliud non admittunt; vt si dicamus: ἄγε τὸν ἵππον οἴκαδε, φέρε τὸ γραμματεῖον, ἴθι ταχέως δραμών. Tunc enim ipsa principalia sunt in constructione, nec aliud verbum admittunt: quippe cum vna oratio a duobus vel pluribus verbis, quatenus verba sunt, non regatur, nisi plura illa verba aut per copulam, aut κατὰ τὸ ἀσύνδετον in vnum redigantur. Cum itaque aliorum verborum quodlibet in sui Imperatiui modi vocibus per se ipsum constructionem regat, non potest aliud verbum in constructionis societatem admittere. Propositis vero accidit, vt verbali significatione deposita, aliorum verborum vim adiuuent. Nam si in illo Homeri, ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, vocem ἄγε subtrahas, puram imperandi formam, non item hortandi habebit oratio, hortandi qualitate detracta. Quam quidem qualitatem hortandi aduerbia, imperandi vocibus tribuunt. Quare non otiosae sunt in constructione huiusmodi hortandi seu excitandi notae. Quae ex eo etiam verbalem originem demonstrant, quod numerorum indicationem habent. Nam tametsi ἄγε in sua singularitate non solum ad singularia, verum etiam ad pluralia verba refertur, vt ἄγε δὴ, σὺ πρῶτον σαυτὸν ὅςις εἶ, φράσον, apud

Aristoph. in Pluto: [59]) et ἀλλ' ἄγε μίμνετε πάντες, Iliad. β. [60]) et ἄγε ἀκούσατε, apud Xenoph. in Apologia [61]); tamen in plurali etiam numero pluralibus verbis adiungitur, quod saepius accidit ἐν τοῖς ἀνθυποτάκτοις, vt ἄγετε πειθώμεθα, apud Homerum, et ἄγετε ἐπὶ μὲν τοῖς ὑποζυγίοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους καταλείπωμεν. Mutata etiam *imperandi* forma in *interrogantem* vox ἄγε ad verba pluralia refertur, vt apud Plutarchum: [62]) ἄγε, τί οὐκ ἀπολογεῖτε πρὸς τὴν κατηγορίαν, et in *praecipiendi* forma: [63]) ἄγε, ὅπως εἰς καλόν τι καταθήσεσθε τὴν σχολὴν, i. e. *videte, vt otium in re quapiam honesta collocetis.* Ex personarum etiam indicatione verbalem significationem huiusmodi voces prae se ferunt, cum non solum ad secundae, verum etiam ad primae personae verba dirigantur. Vnde fit, vt per *Subiunctiui voces cohortatio fiat*, si ad primam dirigatur personam. Nam quando vel seorsum se ipse quispiam hortatur, vt φέρε ἴδω, φέρε εἴπω, vel simul cum aliis seipsum immiscendo, vt φέρε ἐκεῖνο πρῶτον λάβωμεν, et φέρε τοῦτον ἑλόμενοι δείξωμεν, propter imperatiui defectum, Subiunctiui seu Coniunctiui primis personis vtatur necesse est [64]).

CAPVT

59) v. 56.

60) v. 330.

61) §. 14. p. 106. Edit. Bachi, similiter latini, *age videamus.* Seru. ad Virgil. II. Aen. v. 707. *age*, non est modo verbum imperantis, sed aduerbium hortantis: adeo vt plerumque *age facite dicamus*, et singularem numerum copulemus plurali.

62) in Poplicola Opp. Tom. I. p. 99. E.

63) ap. eundem de tuenda valetud. Opp. T. II.

64) φέρε, cum Infinitiuo εἰπεῖν eleganter etiam seruit transitionibus, et significat

at

# CAPVT XXXVIII.

## DE δεῦρο ADVERBIO LOCI παρακελευστικῶς accepto.

Δεῦρο, *loci aduerbium*, etiam παρακελευστικῶς accipitur, quando imperandi verba ſupprimuntur, vt apud Ariſtoph. in Pace, [65]) δεῦρο σύ, et in Nebul. [66]) δεῦρο δεῦρ' Ἀμυνία, et millies alibi apud alios auctores: vbi cum κατ' ἔλλειψιν verbum ſubticeatur, τὸ δεῦρο τοπικὸν, παρακελεύσεως emphaſin habet, quod ſtatim oſtenditur, ſi verbum exprimatur, vt in δεῦρ' ἴθι νύμφη φίλη [67]), et δεῦρο μῦσ' ἐλθέ, apud eundem Homerum. Iungitur etiam τῷ ἄγε, παρακελευστικῷ, in illo Homeri: [68]) δεῦρ' ἄγ ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, νῆα κατάστησον, ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσης, vbi τὸ δεῦρο, τοπικὸν apparebit, ſi verba ſic ordinauerimus: ὦ πολύαιν' Ὀδυσσεῦ, ἄγε κατάστησον τὴν ναῦν δεῦρο, ἵνα ἀκούσης τὴν ἡμετέραν φωνὴν, i. e. *age, nauim huc appelle, vt noſtram vocem audias.* δεῦρο.

*at fortaſſe*, et omiſſo verbo εἰπεῖν, eſt *verbi gratia*, cui etiam nonnunquam οἷον praeponitur. De eo vid. Viger. Idiotism. cap. V. ſect. 13. §. 8. 9. et ibidem Hoogeveen.

65) v. 881.

66) v. 690.

67) Hom. Il. γ. v. 130.

68) Odyſſ. μ. v. 184. ſeq.

CAPVT

## CAPVT XXXIX.

## DE ἴτε, VOCE PLVRALITER formata, hortatiue pro aduerbio accipienda.

ἴτε. Sed et ἴτε, *pluraliter* formata, inuenitur *hortatiue* apud Aristoph. in Pluto: 69) vbi *seruus*, *heri sui populares arcessens*, et, *vt secum eant*, *excitans*, ait: ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδετε. Cumque ἴτε non *venite*, sed *abite* significet, seruus autem non *vt alio abeant*, sed vt *secum herum eius conueniant*, hortatur, sequitur, vt ἴτε, in quantum *verbum*, non habeat propriam significationem. Quare pro *aduerbio* accipiendum videtur, nisi quis vocem ἴτε, non minus *abite*, quam *venite* significare contendat 70).

## CAPVT XL.

## DE ἔστιν ὅτε, ἔστιν οὗ, et ἔστιν ὡς vocibus.

ἔστιν ὅτε, οὗ, ὡς. Ἔστιν, *tertia persona verbi substantiui* εἰμὶ, aduerbio *temporis* ὅτε, et οὗ *loci*, et ὡς *modi* praeposita, efficit voces ἔστιν ὅτε, et ἔστιν οὗ, et ἔστιν ὡς. Qua-

69) v. 255.

70) etiam ap. Lat. *ire* pro *venire* in vsu fuit. Terent. Adel. III. 3. 7. *Sed eccum Syrum ire video.* Sed in loco Aristoph. ἴτε, proprie est *ite*. Seruus vrget viam accelerandam, *ite*, *properate*, *festinate*.

71) ἔστιν ὅτε, tam initio, quam medio ac fine periodi ponitur pro ἐνίοτε.

Quarum ἔστιν ὅτε pro *interdum* et *nonnunquam* accipitur, ἔστιν οὗ pro *alicubi*, et ἔστιν ὡς pro *quodammodo* et *quadantenus*, diciturque eorum vnumquodque ἀοριστολογικῶς. Vnde fit, vt verbum ἐστὶν adeo vnicuique praedictorum aduerbiorum commisceri videatur, vt suam pene significationem deponat. Attamen, si negatio praecesserit, perspicuum erit, ipsum in eiusmodi adpositione, suam significationem retinere. Si enim οὐκ ἔστιν ὅτε, et οὐκ ἔστιν οὗ, et οὐκ ἔστιν ὡς, dicamus, *nullum tempus*, *nullumque locum*, *nec vllum modum esse*, *quando*, vel *vbi* vel *qualiter aliquid fuerit*, vel *sit*, vel *esse possit*, vel *potuerit*, significabimus [72].

Porro, ἔστιν ὡς vel ὅπως etiam dicitur in locutione negatiua, vt apud Aristot. οὐκ ἔσθ' ὅπως, multis in locis, pro *fieri non potest* [73]. Accidit autem praedictis vocibus, quod paucis admodum earum, quas formales appellamus. Nam si quis ipsas recenseat, paucas alterius vocis interpositione interrumpi comperiet. Exemplum seiunctionis vocis ἔστιν ὡς est apud Aristotelem: [74]) εἰ οὖν ἐστὶν τὸ μὲν ὕλη, τὸ δὲ εἶδος, τὸ δὲ ἐκ τούτων, καὶ οὐσία ἥτε ὕλη, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἐκ τούτων, ἔστι μὲν ὡς καὶ ἡ ὕλη, μέρος τινὸς λέγεται, ἔστι δ' ὡς οὔ. Nec tamen idcirco dicendum est, agre-

οὐκ ἔσθ' ὅπως.

72) ἔστιν ὃ, ap. Thucyd. II. 13. significat τὶ, verba sunt, ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, quod Cl. Duker accipit pro μέρος τι αὐτοῦ ἀφύλακτον ἦν. Vide eum p. 107. no. 55.

73) duplici negatione, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ, *non fieri potest*, *quin*, significat *plane*, *certissime*, ἔστιν ὅπου, interrogatiuo est, *quando tandem?*

74) Metaphys. lib. VI. Opp. Tom. IV. p. 478.

gregatas voces ἔςιν ὡς, dissolui, cum καθ' ὑπέρβατον coëant. Nam si seorsum consideres ambas partes, non amplius sensus idem remanebit. Dictum est autem ex hoc formales notas dignosci, quod seiunctis vocibus constituentibus, neutra ipsarum per se idem praestabit, quod ambae simul, praeterquam quod in supra dicto Aristotelis exemplo duo verba, ἐςὶ videlicet, et λέγεται, de vno subiecto ὕλη sine copula dicentur. Quae tametsi κατὰ τὸ ἀσύνδετον dicta esse quis contendat, certe auctoris sensum neutiquam seruare poterit, si vocem ἐςὶν a voce ὡς seiungat. Porro, accentus super prima syllaba verbi ἐςι denotat, vocem ἔςιν ὡς, ἀποςατικῶς a praecedentibus ipsam dici, interuallumque seu pausam praecedere. Nam (vt Herodianus docet,) τὸ ἔςιν in principio orationis penacuitur. Quod autem pausam sequitur, principium subsequentium verborum dici potest, quamuis non sit ambitus totius initium.

## CAPVT XLI.

## DE ἐςὶ VOCE articulis relatiuis praeposita.

ἐςὶ. Caeterum verbum ἐςὶ, in numero *multitudinis* articulo etiam relatiuo plurali praeponitur, et ἀοριςολογικὸν itidem nomen efficit. Nam εἰσὶν οἵ, pro τινὲς, *nonnulli* accipitur. [75]) In *singulari* vero nume-

75) Vtrumque recte dicitur ἔςιν οἵ τινες et εἰσὶν οἵτινες, *nonnulli*. Et in singulari ἔςιν ὃς, *aliquis*, ἔςιν οἷς

numero non nisi negatiua praecedente inuenitur, vt οὐκ ἔστιν ὃς, *non est qui*, pro οὐδεὶς, *nullus*. Sic οὐκ ἔστιν ὃς τις apud Euripidem: οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Praecipue autem quodam iure (vt cetera verba) sic etiam verbum ἐστὶ in singulari numero, pluraliter formato articulo neutro iungitur. Dicimus enim ἔστιν ἃ, etiam in affirmata locutione pro τινὰ vel ἔνια, *quaedam* et *nonnulla*, vt apud Aristophanem in Acharnensibus: [76]) οἶδ' ἐγὼ καὶ τοὺς Λάκωνας, οἷς ἄγαν ἐγκείμεθα, οὐχ' ἁπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐγὼ λέγων ὁδὶ πόλλ' ἂν ἀποφήναιμ' ἐκείνους ἔσθ' ἃ κἀδικουμένους. Vbi ἔσθ' ἃ necessario pro τινὰ accipiendum videtur, vt sit, πολλὰ ἔσθ' ἃ, pro πολλά τινα. οὐκ ἔστιν ὃς.

## CAPVT XLII.

## DE τί δὲ, et τί οὖν INTERROGATIVIS SIGNIS.

Τί δὲ, et τί οὖν, non solutas voces, sed formalia esse signa, ex eo intelligitur, quod si seorsum vtraslibet voces ponas, non amplius idem signi- τί δὲ, τί οὖν.

οἷς, *quibusdam*. Et ita per omnes casus, numeros, genera. Ad haec obseruandum, ἐστι, vel εἰσι de re etiam praeterita et futura dici, ita, vt ἔστιν ἃ mox *fuerunt*, *qui*, mox *erunt*, *qui* reddendum sit.

76) v. 308. 312. 313.

ſignificabit ipſarum vnaquaeque, quod ambae ſimul. Praeterea in conſtructionis diſtributione, vox τί ad nullum nomen refertur, et ſic pro πότερον et ἆρα, ſimul iunctae, vt vna dictio accipiuntur. Gregorius τί οὖν, θεὸς τὸ πνεῦμα; i. e. ἆρ' οὖν; ſecus, ſi nomen τί ad ſubſtantiuum aliquod referatur, tunc enim diſſoluitur aggregatum, nec amplius vt vnum quoddam ſubſiſtit, ſed ſingulae partes, vt membra, conſtructioni adhibentur, vt ſi dicas: τί οὖν ζητεῖς: tunc vox τί erit accuſatiui caſus, verbi ζητεῖς pendentis. Sic ſi dicas, τί οὖν κλαίεις; vel aliud verbum abſolutum τί voci adponas, διατί ſignificabit. Obſeruandum autem, interdum propter nominis ſubſequutionem, diſſolui aggregatum videri τί οὖν, vt in illa quaeſtione Caeſarii: τί οὖν ἄλλο νομίζεις τῇ φύσει τὸν ὑπερκείμενον οὐρανὸν, παρὰ τὸν ὁρώμενον τοῦτον καὶ στερέωμα λεγόμενον. Vbi nomen τί, ad nomen ἄλλο, ferri videtur, vt ſi diceret, τί ἄλλο νομίζεις, cûm tamen (meo iudicio,) hoc etiam in loco, formale ſignum ſit τὸ, τί οὖν, et διεσταλμένως legi debeat. Non enim, *quod aliud ſuperius coelum putet*, *quam viſibile hoc* interrogat; ſed, *numquid ſuperius coelum diuerſum natura a viſibili hoc exiſtimet.* Nam prior illa interrogatio in enunciationem conuertitur, poſterior haec dubitationem retinet. Quod autem de τί οὖν dicimus, idem etiam de τί δὲ dicendum eſt. Vtraque enim ἀποστατικῶς καὶ διεσταλμένως, i. e. ſeiunctim a ſequentibus proferenda ſunt, cum ſigno etiam τῆς διαστολῆς.

## CAPVT XLIII.
## DE VOCE ἄπαγε.

Ἄπαγε, *aduerbium*, ex Imperatiui modi verbo, in aduerbialem ſignificationem translatum, quod et iuxta ſui originem verbaliter quandoque conſtruitur, vt ἄπαγε σαυτὸν τῆς ἀνοίας ἄνθρωπε, apud auctorem quendam eccleſiaſticum, in libro, cui titulus: πεύσεις προσαχθεῖσαι Καισαρίῳ etc. Aduerbialiter vero acceptum opponitur τῷ εὖγε, et eandem conſtructionem recipit. Vt enim dicimus, εὖγε τῆς εὐνοίας, vel φιλανθρωπίας, ἐλλειπτικῶς τοῦ ἕνεκα: ſic ἄπαγε τῆς ἀνοίας, vel ἀφροσύνης, ſubintelligendo τὸ ἕνεκα, apud Chryſoſtomum, περὶ τῆς ἱερωσ. Sic Ariſtoph. 77) εἰς Μακαρίαν, i. e. εἰς ὄλεθρον. Nam mortui μακαρῖται dicuntur.

ἄπαγε.

## CAPVT XLIV.
## DE οὐαὶ comminantis et condolentis.

Οὐαὶ, vox in ſacris literis crebro vſurpata, plerumque *comminantis* eſt, nonnunquam *condolentis*, vt *vae* interiectio apud latinos. Virgilius 78): *Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae.* Iungitur autem plerumque *datiuo*, vt οὐαὶ ὑμῖν, ſaepe in Euangeliis; et οὐαὶ τῷ στεφάνῳ τῆς ὕβρεως, Eſaiae Capite XXVIII. 79) Nonnunquam etiam *abſolu-*

οὐαί.

77) in Equit. v. 1148. ἄπαγ' ἐς Μακαρίαν ἐκποδών.

78) Ecloga IX. v. 28.

79) v. 1.

*absolute* et *intransitiue* praeponitur *recto casui*, vt de ὢ etiam mox infra dicetur, vt οὐαὶ πόλις ἀριὴλ, Esaiae cap. XXIX. [80]) et XXXI. [81]) οὐαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον, et οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, eiusdem cap. XXX. [82]) et Abbacuc cap. II. [83]) οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν πόλιν ἐν αἵματι, et paulo infra: [84]) οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ, ἔκνηψον, ἐγέρθητι.

## CAPVT XLV.

## DE ὢ, cum nominatiuo σχετλιαστικῶς, latine *vae* verso.

ὢ. Ὢ cum nominatiuo σχετλιαστικῶς. Abbacuc Cap. II. [85]) ὢ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Et paulo infra: [86]) ὢ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν δολερὰν. Latinus interpres: *vae, qui congregat, et vae, qui potum dat amico suo.*

Atque haec de linguae graecae particulis hactenus dicta sint, quatenus ad institutam disputationem pertinebant.

80) v. 1.
81) v. 1.
82) v. 1.
83) v. 12.
84) v. 19.
85) v. 9.
86) v. 15. lege ἀνατροπῇ δολερᾷ.

INDEX

# INDEX PARTICVLARVM GRAECARVM PRO VARIO SINGVLARVM VSV.

καὶ

# INDEX PARTICVLARVM,
## QVAE IN NOTIS OCCVRRVNT.



ἀντί-

EMEN-

## EMENDANDA IN CONTEXTV.

Pag. 2. lin. 24. quod hic, lege, quod hoc. p. 6. l. 8. quod quidem, leg. quod illis quidem. p. 14. l. 1. perticulam, lege, partic. p. 19. l. 4. ἄξων, l. ἄξιον et pro ἐκισχεῖν, l. ἐπισχεῖν. p. 21. l. 16. expugnabiles, leg. non expugn. p. 23. l. 14. μόνον, leg. μόνον. et lin. 16. pro ὑποκονίειν, ἀποκ. et lin. 21. ὅα γε, lege, ὅτι γε. p. 28. l. 10. pro qubus, lege, quibus. p. 29. l. 8. ἀλλῶ, lege, ἀλλὰ. p. 31. l. 12. aduersatiua, lege, aduersatiue. p. 38. l. antep. σκύπει, lege, σκόπει. p. 39. l. 14. ἄλλό ει, lege, ἄλλο τι. et l. 17. πλεῖςυ, lege πλείςυ. p. 40. l. 10. ἄν τω, lege, ἄν τις. et l. 18. Acipitur, lege, accipitur. p. 43. l. 2. bona, lege, bono. p. 47. l. vlt. ἀποςήσοις, lege, ἀποςήσαις. p. 55. l. 10 καλὰ, lege, τὰ κακά: p. 61. l. 19. Aristoph. lege, Aristotel. p. 72. l. 10. ἆρα μὴ, lege, ἆρα μὴ. et l. 27. Mocris, lege, Moeris. et sic iterum. p. 73. l. 5. p. 93. l. 9. εὖν, lege, οὖν. et l. 18. κινδυνεύσάντας, ἑτέρα, lege, κινδυνεύσαντας ἑταίρους. p. 94. l. 9. quendam, lege quandam. p. 103. l. 20. ἄλλον, lege, ἄλλων. p. 104. l. 2. τί θαί; lege, δαί; p. 117. l. 2. πειθυμένω, lege, πειθομένω. p. 120. l. 7. βρέσβεων, lege πρέσβ. et l. 11. ἀπείγγειλεν, l. ἀπήγγειλεν p. 128. l. 10 ὑπερφρονεῖν, lege, ὑπερφρ. p. 135. l. 5. Ἄιδος, lege, Ἄϊδος. p. 139. l. 9. χ. de Repub. lege x. de Rep. p. 142. l. 7. et propter lege, et quapropter. p. 151. l. 4. genitiuo, lege, cum genitiuo. p. 152. l. 8. ἀφυβρίση, lege, ἂν ἀφυβρίσῃ. p. 153. l. 17. εἰδύ, lege, ἡδύ. p. 164 l. 10. Platonis χ. lege, Plat. x. et l. 15. consequentiae, lege, consequentia. p. 170. l. 20. opponitur, lege, appon. p. 171. l. 3. ω, lege, ὦ. p. 174. l. 11. ἐπί, lege, ἐπεὶ. p. 177. l. 14. catenus, lege, eatenus. p. 181. l. 20. ταῦτα, lege, ταῦτα. p. 182. l. 12. ὅμοιο, lege, ὅμοια. p. 193. l. 27. euersis, lege, euersio. p. 197. l. 12. omnibusque, lege, omnibus. p. 200. l. 5. id dicere, lege, id elicere, et l. 19. Xenephontis, lege, Xenoph. p. 201. l. 29. μὰ δίκτνα, lege, μὰ δίκτυα, p. 205. l. 25. ὅνιοι, lege, ἔνιοι p. 206 l. 13. φιλία, lege, φιλίπ. p. 232. l. 24. πολεμίοις, lege, πολεμίους. p. 236. l. 17. τῶν τῶν, vnum delendum. p. 240. l. 3. δοριαλώτων. lege, δορυαλώτων. et l. 25. manet, lege, manant. p. 248. l. 8. qua et, lege, quae et οἱ. p. 251. l. 18. τὰλαθὲς, lege, τἀληθὲς. p. 253. l. 24. ἐλθῃ, lege, ἔλθῃ. p. 255. l. 23. subuortunt, lege, subuertant. p. 256. l. 9. τεθεωρηκεῖα, lege, τεθεωρηκῆα. p. 269. l. 20. τὸ τί, lege, τὸ δὲ. p. 270. l. 11 v. e. lege, v. c. p. 272. l. 11. quandam, lege, quendam, p. 273. l. 7. afficitur, lege, efficitur. p. 287. l. 20. abhinc, lege, abi hinc. p. 290. l. 1. ὑπεκφηγε, leg.

ὑπεκ-

ὑπέκφυγε. p. 295. l. 16. in quo, l. pro quo. et μένθης lege, μένθην. p. 300. l. 27. ἠπείχθησαν lege, ἠπείχθησαν. p. 301. l. 3. πεανίσκος, lege, νεανίσκος. et l. 11. δοριαλώτων ὑπάρχ. lege, δορυαλώτων ὑπάρχ. p. 304. l. 31. particula, lege, particulae. p. 308. l. 11. negatiue, lege, negatiuae. p. 320. l. 23. κεκμηκεῖα, lege, κεκμηκυῖα. p. 329. l. 23. τώ, lege, πώ. et l. 24. πὸ, lege, τὸ. p. 330. l. 20. εἶμ'. lege, εἶμ'. p. 339. l. 24. ἢ, lege, ᾖ. p. 345. l. 11. et forma, lege, eſt, forma. p. 347. l. 15. qui ſui, lege, qui fui. et l. 19. τιεῖν, lege, ποιεῖν. p. 349. l. 21. pro μοιος. lege, pro ὅμοιος. p. 352. l. 17. Budaei, lege, Budaeo. p. 354. l. 22. ὐδὲν ὐν, lege, οὐδὲν ἂν. p. 362. l. 26. quando, lege, quandoque, p. 370. l. 1. δάναῖος, lege, Θάνατος. p. 372. l. 6. τόγε, lege, τό, γε.

## IN NOTIS.

P. 1. n. 35. lege 34. p. 12. col. 2. l. 7. χορέυετον, lege, χορέυετον. p. 22. col. 1. lin. 1. fore, lege, fere. p. 43. col. 1. l. 8. Mocris, lege, Moeris, et ſic corrigendum eſt per totum librum. p. 73. col. 1. lin. 2. ἀντὶ τοῦ δεάυτάρ. lege, ἀντὶ τοῦ δὲ, αὐτάρ. p. 77. col. 2. l. 5. μετὰτ ταῦτα, lege, μετὰ ταῦτα. p. 89. col. 2. lin. extr. οὐ δοκεισει? leg. οὐ δοκεῖ σοι? p. 94. col. 1. lin. extr. in γ. τίθαν. lege, in V. τίθην. p. 96. col. 1. lin. 5. in γ. Γοῦν. lege, in V. Γοῦν. p. 112. col. 1. lin. 8. Mocris in γ. lege, Moeris in V. p. 131. col. 2. lin. 1. ἰν ἀρχῇ. lege, ἐν ἀρχῇ. p. 150. col. 1. lin. 6. τσῖς, lege, τοῖς. p. 177. col. 2. l. 5. χρὴ, lege χρὴ. p. 197. col. 2. l. 4. in γ. lege, in V. p. 199. col. 2. l. 6. διάλυ, lege, διόλυ. p. 201. col. 2. lin. 1. Thermoph. leg. Theſmoph. p. 224. c. 1. l. 6. οὐ ἂν, lege, οὐκ ἄν. p. 231. lin. 1. on ad, lege, non ad. p. 262. col. 2. l. 8, Joue Frag. lege, Joue Trag. p. 268. col. 2. l. 3. delecto, lege, deleto. p. 301. col. 1. lin. 9. late, lege, lat. et col. 2. l. 7. Chriſtoph. lege, Ariſtoph. p. 310. col. 1. lin. 4. aliad, lege, aliud. p. 320. col. 2. l. 3. Ιεγπάνδρυ, lege, Τεγπάνδρυ. p. 327. col. 2. l. 8. ἐμὴν, lege, ἐμὴν.

This book is due two weeks from the last date stamped below, and if not returned at or before that time a fine of five cents a day will be incurred.